
HENNINGI ARNISAEI HALBERSTADIENSIS DE IURE CONNUBIORUM COMMENTARIUS POLITICUS IN QUO…

Henning Arnisaeus



13 – 23. 6. 17.



Prohib. Dec. 7. 7bris 1609, 26. Martii 1621,
et 2. Xbris 1622.

HENNINGI ARNISÆI
Halberstadiensis

DE IVRE CONNUBIORUM
Commentarius Politicus

In quo

PLERÆQUE, QUÆ CIRCA Sponsalia & Nuptias moveri solent Controversiæ à Theologis, JCtis, & Philosophis, Politicis argumentis, suo quæq; loco, disputantur & deciduntur.







FRANCOFURTI,

Impensis Iohannis Thimij, Typis Andreæ Eichorn.
ANNO M.D.CXIII.



Illustri ac Generoso Dn.

DN. ALEXANDRO SIGISMUNDO L. B. A ZEDLITZ

& Newkirch/ In groß Leßlaw/ Logaw/ etc.

RECTORI ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ pro tempore Magnifico Domino suo Gratioso.



Ui laboribus suis, quos publici juris faciunt, Magnorum virorum nomina præscribunt, & quemadmodum solent, qui peregrè adventantes hospites allicere cupiūt, insignia principum in vestibulo, tanquam hederas, suspendunt, non omnes unâ ratione ducuntur, dum alij patrocinium quærunt, alij benevolentiam demereri, alij gratiora lectori ea opera facere student, quorum oras specioso proloquio & tacita præscripti Mecœnatis cōmendatione illinunt. Sunt, qui aliud aucupentur, quod nec mihi dicere, nec philosopho spectare fas est. Me, si rationem poscas, Illustris & Generose Baro, Rector Magnifice, quâ permotus hoc Politices primordium, tuæ Generos. offerre in animum induxerim, quanquam per se, absq; omni alio fuco sit, splendidum putavi, si vetustum Czedlitiæ gentis, & felicibus Rudolphi II. sacratiss: memoriæ, auspitijs, in avo tuo, Sigismundo, Cameræ Uratislaviensis tot

annos præside optimè merito, ad altius fastigium evectũ nomen toti, quod sequitur, operi facem præluceat, nec nihil inde retusum iri spero invidiam, quæ se bonis Autoribus, qui in publicos usus privatas prodigunt operas, undiq; inflat, bellumq; movet non necessarium: Nihil tamẽ tanti ponderis aut momenti extitit apud me, quam quod tuæ Generos. & Magnif. sive de oblato honore, quem in Academia summum putamus, gratulari, sive de peracto propè officio gratias agere, & simul eius aliquod monumentum, modò vitam huic opusculo promittere audeã, ad posteros propagare voluerim. Tum etiam, cum tuæ Gener. ut mole aliqua curarum, & necessitate hîc sese perpetim continendi levaretur, in onere administrationis adjunctus seu potiùs succenturiatus huc usq; fuerim, obsequij mei & debitæ observantiæ testimonium adijciendum putavi. Sive enim genus & indolem tuam ad altissima hortantem, sive honorum, quibus fulges, eminentiam inter se contenderint Rectori eligendo Triumviri, nec digniorem hoc tempore, cui sceptra traderent, nec majorem honorem, quo te dignè afficerent, invenire potuerunt. Gesserunt hunc honorẽ ante te quot quæso Maximarum gentium Principes, Electores & Archiepiscopi? Ex Marchionibus Iohannes Georgius, Elector Anno 1541. Duo Friderici Anno 1542. & 1601. Christianus, 1598. Christianus VVilhelmus, Archiepiscopus Magdeburgensis, 1600. & ante annum nondum completum, Georgius VVilhelmus: Ex ducibus Megapolitanis, Iohannes Albertus, Anno 1541. ex Munsterbergensium in Silesia Ducibus

cibus, Caroli ambo filij, Henricus VVenceslaus, an. 1608. & in cujus locū tu ſurrogatus es, Carolus Fridericus. an. 1612. Ne tot Illuſtrium Comitum, ex celebribus Reinſteinenſium, Eberſteinenſium & de Lindr familijs nomina huc afferam, aut Generoſorum plus quam triginta Baronū catalogum ex faſtis retexam, quibus omnibus ſucceßiſſe annon maxima laus eſt? & quidem ita ſucceßiſſe, ut quos generis ſublimitate non aſſequereris, modeſta erga omnes gravitate, prudentiq; in rerum argumentis diſpiciendis promtitudine, non longo poſt te intervallo relinqueres? Debes hanc naturæ facilitatem utriq;, tam materno ex Rotenburgiorum, quam ex Czedlitiorum familia paterno avo, quorum illum licet per adita principum diu defatigatum invidia fati ante ætatem terris præripuerit, hunc tamen ſingularis Dei providentia adhuc vivum & ſupra ætatem vegetum ante oculos tibi ſervat, ut ſpeculum habeas, in quo te contuearis, exemplar, quod imiteris, regulam, quam ſequaris, monitorem, quem præcinentem audias:

Diſce, nepos, virtutem ex me, verumq; laborem:
Fortunam ex alijs.

Tu modò, quò te Majorum virtus vocat, & natura viam monſtrat, ingredere, & cave Neptunus unquam offendat clavum ſecus ac cepiſti, hoc eſt, minùs rectum tenentem. Sic quam tibi jamdudum Academia condidit aram, non tantum immortali ambire lauru perpetuabit, ſed & mihi, quem veluti teſtem ingenij tui non reſpuiſti, poſt aliquot meſſes major naſcetur in laudes

tuas evagandi occasio & animus, quando hoc tempore præcoquis ominibus expectationem aliorum prævertere, intempestivoq; applausu vel tuas obtundere, vel malevolorũ aures eradicare de industriâ abstineo, non quod non maxima quæq; de te Reipubl. polliceri verè possim, sed ne innatam ingenio tuo modestiam in ruborem agam & subsannandi ausam invidiæ præbeam. Omnium talium instar tibi sit submissa nuncupatio hujus opusculi, quod cum, te Rectore, commodùm in Academia lucem cepisset admirari, nemini ante te debitum fuit, nec ego, qui id genus gratias, pro benevolentiâ reponere soleo, quenquam hoc tempore circumspexi, ex cujus ære me prius explicatum voluissem. Vale Generose Baro, Magnifice Dn. Rector, & hoc observantiæ meæ testimonium, si te aliò amor literarum abripuerit, aut auffer tecum, aut fixum retine, si forte me prius hinc abeuntem videris. Ego ubi me spe mea minùs decidisse ex continuato favore intellexero, indicium hoc singularis & æternum deprædicandæ clementiæ apud me emori nunquam sinam. Scriptum Francofurti cis Viadr. die 9. Mart. Anno 1613.

T. Gen. & Magn.

deditiss.

Henningus Arnisæus D.
& Pro-Rect.




LECTORI BENEVOLO S. P.

IAm diu in ære tuo ſum, Amice Lector, nec dum fidem promiſſam libero. Moveo quidem, ſed parum promoveo, ac, veluti in rota Ixionis occupatus, quò longius progredior, eò minus portum proſpicio, quò plus alas verbero, eò magis intricor. Tanta eſt civilis ſtudii profunditas, tantus luxus. Quemadmodum cœna dubia ambiguos reddit comeſſatores, quid prius carpere debeant, dum nec illibatum quicquam relinquere velit cupido edendi, nec renuentem ſtomachum grato quidẽ, ſed inutili onere prægravare auſit: Ita poſtquã ſemel frena dedi per Politicorum delitias luxurianti animo, nec quomodo vagantem retrahere, nec quo loco feſſum potiſsimum ſiſtere debeam, invenio: quanquam ab hac palæſtra alieniorem me facit diſcors profeſsio, & privata partim, partim publica negotia carceribus non emittunt, niſi apprimè delaſſatum. Contra tamen nitor, quantum poſſum, & aliquando me mihi ſurripio, ut, ſi metam attingere forte non licuerit, voluntatẽ & fidem opprobrio eripiã, & conantis ſaltem ſtrenuoq; currentis laudes promerear. Inde eſt, quod cum nuper opuſcula quædã

gravioris

gravioris argumenti videris, modò accipias iterum aliud ex eadem quidem moneta, ſed eò minus pretioſum, quo magis à publicis ſacris ſe demittit ad penates domeſticos. Dum enim relectio totius Politicæ me occupat, & operæ, partim ſuo vitio, partim mea indiligentia, tardius muginantur, viſum fuit hoc ejus caput tuæ cenſuræ ſeparatim exhibere, cũ reliquarum partium proportionem præter ſpem & modum mole exceſsiſſet. Nolim enim tibi perſuadeas huic unicæ rei me dediſſe operam de induſtria, ut poſt tot excellentes viros, qui de Connubiis eleganter ſcripſerunt, actum agerem, quanquam illi ſe utplurimum intra terminos vel Theologicos vel Iuridicos tenent, nec ad Politicorum agros, niſi aliud agendo, diffunduntur: Sed cum reliqua Politices capita, unum poſt aliud, elaborarem, non potui ab hoc ſine invidia manus cohibere, cumq; & per ſe latè pateat, & ego in hoc Oceano primum periculum nuper facere tentaſſem, præter morem animo morem geſsi, & creſcenti ſub manibus utri tantum indulſi, ut cum ſpem mihi de uno capitulo finxiſſem, integer exierit liber, quẽ velim interim legas, dum cætera, quæ ſub prælo fervent, ſequuntur. Malo enim hiulcam habeas hac parte Politicam, quam monſtroſam. Vale, & ſtudiis Autoris fave.



DE JURE CONNUBIORUM.

CAPUT PRIMUM.

De necessitate, Utilitate & dignitate Conjugii.

SUMMARIA.

1. *Matrimonium esse principium familiæ & Reipubl.*
2. *Quare Politicus & legislator de nuptijs ritè ineundis diligenter sollicitus esse debeat.*
3. *Incommoda conjugij.*
4. *Qua ratione incommoda hæc sint declinanda.*
5. *Utrum cives à Magistratu ad ineunda conjugia compellendi.*
6. *De finibus conjugij.*
7. *De cœlibatu Pontificio & dignitate conjugij.*

SECT. I.

Matrimonium esse principium familiæ & Reipubl.

1. *Primo loco quærendam uxorem.*
2. *Phœnicum sententia, qui Bovem primo loco quærebant.*
3. *Montecatini sententia, utramq; societatem æquè primam statuentis.*
4. *Sententia Connani varia.*
5. *Duas quidem societates esse æquè necessarias.*
6. *Sed conjugalem primam esse & ex præscripto naturæ præcedere.*



PRINCIPIUM FAMILIÆ, ET, *ut loquitur Cic. 1. offic. seminarium Reipubl:* est conjunctio maris & fœminæ, quam Romani *matrimonium* vocant. *§. Ius naturale. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. §. jus naturale. de just. & jur.* Musonius *apud Stobæum.* Nuptias vocat constitutionem domus: ἀρχὴ μὲν οἴκου πόλεως γάμος. *Domum* enim Hesiodus *2. oper. & dier.* 1. *Matrimonii principium est familiæ & Reipubl.*

primùm;

primùm: mox *uxorem*, & demum *Bovem*, seu servum quærebat, à cu-
2. jus sententia licet Phœnices dissentirent, qui, *referente Ammonio apud Plut. lib 9. Symp. c. 1* primas tribuebant Bovi, eumq; inde ἄλφα vocare solebant; Tamen Hesiodi consilium magis arridet Aristot. *1. Oecom. c. 2.* & nobis mariti & uxoris societas, tanquàm fundamentum totius familiæ primo loco explicanda videtur, cum requiratur primò ad primarium familiæ finem, qui est procreatio sobolis.

3. Montecatinus quidem *1. Polit. c. 2. tex. 6. verb. propter salutem.* Vtramq; societatem tam maris & fœminæ, quam Domini & servi statuit æquè primam, quia æquè necessariæ sunt, & licet cælibes vivant in civitate, sine servo tamen nemo vivere potest, nisi silvestris & ferus. Connan. *1. comm.*
4. *Iur. c. 4. n. 4.* multas domus docet constitisse sine servili opera, & propterea paternam societatem præfert herili, *n. 6.* licet *lib. 8. com. c. 1. n. 1.* familiam, & quæ sint ad usum familiæ necessaria, ante conjugium & uxorem quæri scribat, adeoq; servum naturâ priorem faciat uxore. Quod si remotis arbitris rem intueamur, constat & sine liberis, & sine uxore, & sine servis familias subsistere, sed imperfectas, licet filii ab Arist. *1. Pol. c. 2.* in essentiali
5. complemento familiæ non includantur. Servo verò & uxore ad perfectionem domus omninò opus esse, ex duplici fine à natura præscripto concludit Aristot. & hinc rectè infert Montecat. utramq; societatem esse necessariam, sed inde non destruitur prioritas conjugii, quia & materia & forma sunt necessaria principia ad constitutionem totius, licet altera sit
6. prior altera. Quod autem conjugalis societas prima sit, *cum Arist. 1. Oec. c. 1. Cic 1 off* ex fine simul & appetitu astruimus. Servus enim requiritur ad sustentationem familiæ & liberorum. Prius igitur oportet familiam constitui, & liberos procreari, quam de alendis solliciti simus. Nec enim servus instrumentum est privati & solitariam vitam sequentis hominis, sed patrisfamilias, & refertur ad ampliandam totam familiam, eoq; nomine posterior est uxore, de quo testatur etiam appetitus, ex quo origo societatum ab Arist. deducitur, ut ex *Cic. 1. off.* alibi deduximus. Accedit quod naturalior sit appetitus generationis & uxoris, quam servi, quia is omnibus animalibus inditus reperitur, hic à solo homine, ratione magis, quam sola natura duce elicitur. Item conservandi familiam per servum modus non tendit in ipsam naturam humanam, sed absolvitur in rebus externis per accidens ad vitam necessariis. Ipsa verò natura humana propagatur per uxorem, ideoq; ejus cum marito societatem primam omniũ statuimus, & primo loco explicandam aggrediemur.

Qua

Qua de causa legumlatores de matrimoniis plurimùm teneantur esse solliciti. Sect. 2.

1. *Infirmis fundamentis, nihil, quod sit stabile futurum, inædificari.*
2. *Ex conjugiorum bonitate pendere salutem civium.*
3. *Plerosq; uxore ducta pœnitet.*
4. *Quidam casu duxerunt uxores.*
5. *Fructus temerarij matrimonij.*
6. *Diu probandos esse mores eius, quã quæris individuam vitæ sociam.*
7. *Eos æstimari etiam ex patria & parentum moribus.*
8. *Romani & Spartani multabant temerè contractas nuptias.*
9. *Mala domestica degenerant in publica.*
10. *Et retrahunt cives à publicis oneribus.*
11. *Interest Reipubl. ne promiscuè cuiquam cum quoquam contrahantur affinitates.*
12. *Item ne quis ignominiosam sibi & Reipubl. quærat uxorem.*

NUlla autem de re magis sollicitos fuisse veteres, quam de conjugio 1.
& militia, autor est Aventin. *4. part. de reb. Turc.* & non tantum ex legibus XII. tabular. & quæ post ea secula natæ sunt apud Romanos, sed & Solonis & Lycurgi apud Athenienses & Lacedæmonios *& ex 1. Polit. c. ult.* manifestum evadit. Sciebant enim, nisi probè jactis fundamentis, nihil, quod stabile futurum esset & longis seculis memorandum, inde educi posse.

ὅταν ἡ κρηπὶς μὴ καταβληθῆ γένους
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

Et parva in principio negligentia cum re ipsa exurgere, viresq; progrediendo tantas sumere consuevit, *1. de Cœl. tex 33. Gal. 9. de plac. c. 1.* ut magno sæpe malo non privatam tantum familiam, sed integram multet Rempubl. *ut docet Arist. 5. Polit. c. 1. Scip. Ammir. lib. 16. disc. 1.* Benè Livius *libr. 7.* de re non valdè dissimili: *Quamvis parva sint hæc, tamen parva hæc non contemnendo, majores nostri, maximam hanc rem fecerunt.* Publicã enim totius felicitatem à felicitate omnium civium non distinguit Arist. *1. Eth. Nic. c. 2. 3. Polit. c. 12. 7. Polit. c. 2.* Cives verò nulla alia re feliciores censentur, quam beato conjugio, ut Euripides ait: *Conjugia quibus mortalium sunt felicia, illis est & vita beata.* Et ob hanc causam tam singulis civibus propter privatam cujusq; familiæ tranquillitatem, quam legislatoribus, ob pacem & salutem totius Reipubl. diligens cautio, dum de ducenda uxore agitur, adhibenda est, ne, ut de senectutem necessari-

am adeptis Cato *apud Cic.in Cat.Maj.*ita de uxores temerè ducentibus,jure dicere possemus: *Uxorem, ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adepti: Tanta est stultitia inconstantia & perversitas.* Ea enim mercis malè emtæ pæna est, ut emtori perpetuò suam exprobret stultitiam. *Mala emtio semper est ingrata, eò maximè, quod stultitiam Domino exprobrare videtur*, ut scribit Plinius Bebio Hispano. *libr.1. Ep.* Lycurgus, ut assuefaceret cives in matrimonio non tam libidinem suam sequi, quam procreationem spectare sobolis, noctu jubebat ignotos misceri conjuges. *Plut.in Lycurg.* & Dapsolibyes olim cæciore ac tantùm non fortuito impetu, matrimonia sociabant, dum uno die post occasum vergiliarum simul congregati, in contuberniũ seorsim discumbentium fæminarum irruebant, illam quisq; pro uxore habituri, quam cæca sors primam in nexum brachialem intulisset. *Stob: serm. 42.*

5. *Fructus temerarij matrimonij.*

Nostris moribus, postquam pravi abusus Censori notari desierunt, & malè suâ culpâ contracti conjugii nulla pæna est, quid mirum, si tot divortia, tot discordia matrimonia, tot de utroq; apud magistratus querelæ,tot privatim in ædibus & publicè in foro, sed nimis seræ lamentationes audiantur. Ad amicitiam perpetuam stabiliendam tamdiu mores amici, quem animus sit in consortium asciscere, pertentare & probare jubet *Arist. 8. Eth.c. 4.* donec modium Salis cum eo consumseris, quia citius non putavit ingenium & mores cujusquam posse perspici, nedum ut ex primo aspectu fæminæ versipellem animum cæcus amator æstimare possit, aut sagaci conjectura deprehendere.

6. *Ducendã esse notam.*

Et amicum quidem, ubi te ejus cepit satietas, cum gratia dimittere, & res suas sibi habere jubere posses: Fœminæ asperitatem etiam invitus tolerare, & si sapias,tacitè mussitare cogeris. Theophilus Imperator Orientis, ut optimam ex omnibus sibi eligendi copiam faceret, in palatium contraxit, quicquid reperiri potuit Virginum spectatarum, & cum in Icasiam oculos conjecisset, diffisus tamen callidæ & expeditæ ipsius responsioni, pomum, amoris signum, obtulit Theodoræ. *Zonar. in Theoph.* Ludovvicus Pius Imp. Hermingarda mortua, eodem consilio, procerum sibi filias coram exhiberi jussit, ex quibus Juditham filiam VVelfonis Comitis delegit. *Autor coæt. in vit. Ludovv.* Basilius Muscovitarum princeps ex mille quingentis principum suorum (Knessos vocant) filiabus, unam Salomen, pro justa uxore retinuit. *Sigismund. in hist. Muscov.* Assyrii olim coactas in forum nubiles puellas venum exponebant, licitatoribusq;, quas vellent,argento redimendi copiam faciebant. *AElian. libr. 4. c. 1.* Circumspectè quidem & prudenter, si solis oculis, ut dicebat Olympias

Olympias Alexandri M. mater, ducenda esset uxor, aut ex faciei bonitate infallibile judicium posset fieri de moribus: prudentius Clisthenes Sicyonius Tyrannus, qui dignum electurus filiæ maritum, sibi generum, non tantum nobilitatem & florem Græciæ ad ædes suas invitavit, sed præcipuos tam diu detinuit, donec in mores intimos cujusq; penetraret. *Herod. 6. libr.* Cum enim sponsam Hippoclydæ destinasset, & ex libidinosa ejus saltatione conjecturam faceret de dissoluto ingenio, mutato animo Megacli Atheniensi filiā elocavit. Hoc est, cujus Soloniců admonet Libanius: *Uxorem cognitam ducas, cujus parentes & matrem præcipuè bonis moribus præstantem noveris.* Non enim tantùm in servis patriam spectandam monet Ulpianus, *l. quod si nolit. §. qui mancip. de AEdil. edict.* *quod præsumtum sit, quosdam bonos esse, quia nationis non sunt infamata, quosdam malos, quia ea natione sunt, quæ magis est infamis*: sed parentum magis habendam rationem monet Joh. Fab. *in rubr. Inst. de nupt.* quia ut plurimùm videmus, non solùm labem sanguinis, sed & morum ad posteros derivari, quemadmodum Impp. in filiis timent exempla paterni criminis *l. quisquis. §. 1 C. ad l. Iul. Maj.* & Theognis ait: 7. *Respiciendum etiam ad parentum & patriæ mores.*

Οὔτε γὰρ ἐκ σκυλλῆς ῥόδα φύεται, οὐδ' ὑάκινθος.
Οὐδὲ πότ' ἐκ δουλῆς τέκνον ἐλεύθερον.

Maximè verò præspeculandos mores, & his formatum animum, ex eo apparet, quia moribus nativum vitium corrigi, & ex Socrate libidinoso institutione fieri potest temperatissimus Philosophus.

Hæc & iis multò minutiora, si quis in ducenda uxore negligenter observasset, aut inconsulto impetu, futili & sibi ignominioso, Reipubl. verò detrimentoso vinculo temere se implicuisset, apud Romanos ex arbitrio censorum, apud Lacedæmonios ex lege multabatur, *ut Plutarchus testatur in Lysandr. in fin.* Nam qui *uxorem vel omnino non ducerent, vel nimis tarde, vel malè, vel qui divitias quærerent potius, quam honestatem generis, iis parata erat actio.* Plato *lib. 5. de ll.* legislatori in constituenda Rep. & ferendis legibus, vult initium faciendum ab exordiis civitatis, seu nuptiis privatorum civium. Privatæ enim calamitates redundant in publicam, & impossibile est, ut corpus benè se habeat, cum membra languescant. Nec enim publicis officiis defungi potest, quem domi exedit mulieris insania. Cato solebat dicere, *difficilius esse, ut quis sit bonus maritus, quam bonus Senator.* *Plut. in Cat. Maj.* & Plinius *in Paneg.* *Multos foris claros domestica destruxit infamia, & ne* 8. *Romani & Spart: multabant temerè contracta matrimonia.*

maximi cives haberentur, hoc effecit, quod mariti minores essent. Qui verò domi suæ sufficere nequit, eum negat Isocr. *orat. 1. ad Nicocl.* ad publicam administrationem accersendum, sicut & D. Paulus in Episcopo requirit, *ut domi sua benè præsideat.* Augustus Imp. cum de ornatu mulierum & virorũ continentia, pręcepta dare conaretur, irrisus est, quod domi non haberet de iis rebus loquendi libertatem. Cum multis enim rem habebat, Liviæq;, quam vivo marito ejus duxerat erat, ut ajunt, subjectus. Nec in adolescentem quidem, accusatum, quod in uxorem duxerat, cum qua adulterium commiserat, serio animadvertere ausus fuit: Tantum

10. monuit, ne in posterum iterũ impingeret. *Xiphil. in Dionis August.* Nec publicis vacare potest, qui domesticis calamitatibus retrahitur, aut domi non habet, qui privatã rem procuret, sicut Scipio scripsit ex expeditione: *Mitterent successorem ad exercitus: sibi enim redeundum esse ad colendum agellum, ne familia recideret ad ærarios, & nihil remanerent, unde dos solvi posset filiabus. Val. 4. c. 4.*

11. Præterea multum interest Reipubl ne affinitates promiscue contrahantur, & potentiores hac arte supprimant plebem, Rempublicamq; ad se solos traducant, quo consilio XViros interdixisse patrum thoris plebeios, paulò post dicemus, & Pompeius, Cæsar, & Crassus mutuis affinitatibus oppresserunt Rempubl. Privatum enim commodum hic anteponebat Cato Uticensis publico, qui cum potuisset conjurationem hanc disjicere, ne filiam in servitutem conjiceret, noluit potentiorem sibi generum asciscere. Potuisset autem exemplum capere à Catone Majore, qui servos suos non solebat prohibere à conversatione ancillarum, ne foras quæsitum irent, quod domi negatum esset, & ne simul cum amore aliò transferrent studia & servitia sua. *Plut. in Cat.* Quantum enim in affinitatibus situm sit, Pyrrhus ostendit, qui plures duxit uxores, non eo, quo Augustus, consilio, ut ex incalescentibus adulterio mulieribus eliceret arcana maritorum: *Suet. in Aug.* sed ut ex affinitate ampliori, plures sibi conciliaret amicos, & vires acquireret majores. *Plut. in Pyrrh.* Exercitus Augusti, & Antonii, ut vinculo aliquo colligarent animos duorum Imperatorum, Claudiam Antonii privignam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, obtruserunt Augusto, licet vix dum nubilem, *Sueton. in Aug. c. 62.* rati, non alia necessitudine melius, quam affinitate, compesci gliscentes discordias. Benè autem tum agi cum Republ. quando affinitates non contrahuntur, ad cumulandas divitias aut augendam potentiam privatam, sed ex virtute & in bonum Reipubl. rectè notat Valer.

Affinitates sæpe nocent Reipubl.

lib.

lib.4.*c*.4. Nam etiam, remota affinitate; Reipubl.intereſt ſcire; quæ mulier cui marito jungatur, quoniam virorum animos non rarò mulieres ſibi totos devincire & corrumpere ſolent, quemadmodum peregrinæ mulieres a vera religione abduxerunt Salomonem, Regum prudentiſſimum, & Bacchanalium ſacrilegiis implicarunt Romanos, *Liv.li.39*. adeò ut Rempubl. Lacedæmoniorum ad fæminas recidiſſe queratur Ariſt. 2. *Polit. c. 7.* & Plut. *in Agid. & Cleom.* & de Republ. Athenienſium diceret Themiſtoc. *Athenienſes imperant Græcis: Themiſtocles Athenienſibus, Vxor Themiſtocli. Plut. de educ. puer. in Them. & Græc. Apopht.* De Romanis Cato: *Nos imperamus hominibus cunctis: uxores nobis. Plut. in Cat.* & ipſe Plutarch. *in Luc. Præcia meretrix gubernabat Cethegum, Cethegus Rempubl.* 12. *Vt & nuptiæ*

Cum igitur ex matrimoniis tam multa mala, ſi malè ineantur, nec minora bona, ſi benè, Reipubl. immineant, perfectam inſtituturus Rempubl. legislator, à fundamentis eam accerſere tenetur, & ante omnia videre, utrum, ſi qui præ innato odio mulierum conſortium cum Euripide, *Gell.lib.15.c.20.* fugiant, quemadmodum Iohannes Baſilius tam impenſe averſabatur occurſum mulierum, ut plurimas, in quas forte fortuna inciderat, ſi præ nimio timore ipſæ non morerentur, ad ſupplicium rapi juberet, *Sigiſm. Baro in hiſtor. Muſc.* aut ſi qui moleſtias familiæ præ Cælibatus commodis detrectent, ad ineundum matrimonium compelli poſſint.

Quot incommoda circumſiſtant conjugium. SECT. 5.

1. *Candor Metelli Cenſ. in orat ne, incommoda conjugij non diſſimulantis.*
2. *Sacræ literæ multa incommoda tribuunt conjugibus.*
3. *Nuptiæ vulgò dicuntur, vinculum, compedes, pedicæ, onus & ſarcina.*
4. *Et habent ſpeciem aliquam ſervitutis.*
5. *Proponuntur mala conjugij nonnulla ex relatione aliorum.*
6. *Mulieres regulariter ſunt improbæ, nec concludendum ex paucitate bonarum.*
7. *Mulier proba rara avis.*
8. *Ratio phyſica vitiorum muliebriũ.*
9. *Ratio ridicula Navizani rejicitur.*
10. *Ratio alia ex educatione & victu.*
11. *Curæ patrisfamilias ad ſatisfaciendum ſuperbiæ & avaritiæ uxoris.*
12. *Sterilitas odioſa: & liberi moleſti ſunt.*
13. *Nihil pernitioſius degenere filio.*
14. *Etiam qui maximè cavent, vix cavent:*

cavent & declinant molestias conjugÿ.

15. *Tribus captionibus ostenditur, vix effugere, qui uxorem ducit, quin in præsentaneum sese agat malum.*

16. Vtrum satius sit, simplicem, quam doctam & astutam ducere uxorem.

17. *Simplicitas commendabilior in sexu fœmineo.*

18. *Incommoda ex cognitione literarum.*

19. *Conjugium omnes vituperamus, ut molestum, affectamus tamen, ut jucundum.*

NEc enim magis nobis in Politicis, quam Q. Metello Censori in Rep. molestias & incommoda matrimonii, diffiteri licet. Is, cum vellet, ut ducere uxores omnes omnino cogerentur, liberorum quærendorum causa, orationem habuit, quam Augustus Cæsar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in senatu recitavit. *Flor. dec. 6. Epit. lib. 9.* De hac oratione videbatur quibusdam, *ut refert Gell. libr. 1. c. 6.* Metellum Cens. *cui consilium esset ad ducendas uxores populum hortari, non oportuisse nec de molestia, incommodisq; perpetuis rei uxoriæ confiteri, neq; adhortari magis, quam dissuadere absterrereq;. Sed contra illud potius orationem debuisse sumi dicebant, ut & nullas plerunq; esse in matrimonÿs molestias asseveraret: & si quæ tamen accidere nonnunquam viderentur, parvas & leves, facilesq; esse toleratu diceret, majoribusq; eas emolumentis & voluptatibus oblitterari: easdemq; ipsas, neq; omnibus, neq; naturæ vitio, sed quorundam maritorum culpa & injustitia evenire. Titus autem Castritius rectè, atq; condignè Metellum esse locutum existimabat. Aliter, inquit, Censor loqui debet, aliter Rhetor. Rhetori concessum est, sententÿs uti falsis, audacibus, subdolis, captiosis: si modo verisimiles sint, & possint ad movendos hominum animos qualicunq; actu irrepere. Propterea turpe esse ait Rhetori, si quid in mala causa destitutum, atq; impugnatum relinquat. Sed enim, Metellum, inquit, sanctum virum, illa gravitate & fide præditum, cum tanto honore atq; vitæ dignitate apud populum Rom. loquentem, nihil decuit aliud dicere, quam quod verum sibi esse atq; omnibus videbatur, præsertim cum super ea re diceret, quæ quotidiana intelligentia & communi pervulgatoq; vitæ usu comprehenderetur. De molestia igitur cunctis homi-*

1. Oratio Metelli.

hominibus notissima confessus, eaq; confessione fidem sedulitatis veritatisq; commeritus, tum deniq; facilè & procliviter, quod fuit rerum omnium validissimum, atq; verissimum, persuasit, civitatem salvam esse, sine matrimoniorum frequentia non posse.

Hanc autem notoriam molestiam, qua conjugium gravatur, quid opus verbis exaggerare, cum nulla domus sit ejus expers, nullæ sive profanæ sive sacræ literæ eam negent. Quid enim hoc verbi est, quo Christus tacitè probat collectionem discipulorum, *Matt.19.* qui cum intellexissent, mulierem semel ductam perpetuò retinendam esse, nec pœnitendi superesse spatium, *Ergo*, inquiunt, *melius foret uxorem nunquam tetigisse*, quod ut improbet Christus, tantum abest, ut potius quasi per tacitã concessionem subjiciat: *Non omnes sermonem hunc capere, ut explicat Hieron.1. in Iovin.c.omnes causat.32. q.7.c.qui sitit. 33. q.5.* Unde inferebat Iason, quem refert Næviz. *Si majores nostri, qui ex arbitrio nuncium uxori remittebant, aliquando cum bona utriusq; gratia divertebant, incommoda matrimonij adeò abhorrebant, ut ne Metelli quidem autoritate, aut Censorum imperijs, ad ducendas uxores compelli potuerint, quemadmodũ legi Augusti de maritandis ordinib; tanto impetu intercessum est, ut præ tumultu recusantium eam perferre non potuerit, nisi ademta demum, lenitave parte pœnarum, & vacatione triennij data, auctisq; præmijs: Sueton.in Aug.c.34. quantò gravioribus argumentis urgebitur eadem quæstio, postquam legem nuptijs dedit Christus: Ne separentur, quos Deus semel conjunxerit*, & ex ea fecit incõmoda perpetua, quæ olim apud Iudæos & Romanos, sine mora excuti & abdicari poterant. Paulò post in hunc sensum explicabimus verba Apostoli, *Quod bonum non sit, uxorem tangere.* Ipse enim virginitatẽ & cælibatum non alio consilio suadet, *1.Cor.7.* nisi, quod velit Corinthiis, ad calamitates nondum satis obfirmatis, parcere, & *vers. 28.* manifestò ait: *Si qua virgo nubit, non peccat, cæterũ multis se exponit tribulationib.* Leges quoq; civiles matrimonium multis calamitatibus obnoxium testantur, *l.ult. C. de Imp. lucr. desc.libr. 10.* & Canonicæ, *onus & sarcinam* vocant, *c.omnes in fi.32.q.7.c.qui sitit.33.q. 5.* Vulgò nexũ, & vinculum matrimoniale dicimus, quod *compedes nuptiales* Apul. quia sui juris non magis est, qui pacto conjugali se astrinxit, quam quem conclusum tenet ambitus carceris, aut extraneæ familiæ iniqua illigavit servitus. Basil. *in*

2. *Incommoda conjugij declarant sacræ literæ.*

3. *Nuptiæ nominãtur onus & sarcina. Compedes. Pedicæ.*

 proœm,

procem. constit. Monastic. Nuptias nominat *pedicas.* Nec enim suæ potestatis est uxor, quæ virum, nec vir, qui uxorem habet, *1. Cor. 7. c. diversis. §. Cum ergo. de Cler. conj.* & in speciem quandam servitutis se tradidisse videtur, qui corpus suum tradidit conjugi. *l. 2. de lib. exhib.* cujus vestigium elucet ex antiquo Thracum, *Solinus. c. 15.* Indorum, *Strab. 15.* & Assyriorum more, *Stob. ser. 42. AEl. 4. var. c. 1.* qui contractas in forum nubiles puellas venum prostituere, & argento vendere solebant, *Brisson de rit. nupt. Perer. in Genes. c. 29. disp. 2.* unde adhuc apud Turcas patri Sponsæ datur aliquid præ manu a sponso, quo quasi eam admercetur, *ut tradit Busbeq. in Epist. 8. Monav. in relat. capt. Turc.* quemadmodum apud Rom. tertius uxorem capiendi modus erat Coemtio, *Arnob. 4. contr. gent. Boet in 2. comm. in Top. Cic.* quando dicente Isidoro *5. Etym. c. 24. in verb. Donatio. mulier unum ex tribus assibus, quos in manu tenebat, viro dabat, quasi coëmtionis gratia.* Angli antiquo more, aurum & argentum numerabant sponsæ patri, ante fores Ecclesiæ, quando futuram uxorem in manus recipiebant, interveniente sacerdote, quasi qui esset Libripens. *Smith. libr. ult. de Rep. Angl. c. ult.* Menandri illud notum est: *Uxore ducta servus eris*, & Euripid. in Antig. *Astrictus nuptijs non eris amplius liber.*

4. *Servitus.*

Olim emebatur uxor.

5. *Multa mala conjugij Ex Terent.*

Taceo incommoda cætera, quæ coacervant Hieron. *1. in Iovin.* Gilbert *in qq. Oecon.* Petrarch *de vit. sol. ad fin.* Nam quod de amore Parmeno philosophatur *apud Terent. Eun. Act. 1. scen. 1.* nihil causæ est, cur non itidem ad conjugium trahi possit.

Here, quæ res in se, neq; consilium, neq; modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ,
Suspectiones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum. Incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Horat.

Quæ sententia adeò placuit Horatio, ut integram ferè verbotenus transcripserit in Sermones suos. *lib. 2. Sat. 3.*

O here, quæ res
Nec modum habet neq; consilium: ratione modoq;
Tractari non vult. In amore hæc sunt mala: Bellum,
Pax rursum: hæc si quis tempestatis prope ritu

Mobilia

Mobilia & cæca fluitantia sorte laboret
Reddere certa sibi. nihilo plus explicet: ac si
Insanire paret certa ratione modoq;.

Iuvenalis accommodavit, ad lectum conjugalem, dum ait: Iuven.

Semper habet lites, alternaq; jurgia lectus
In quo nupta jacet, minimum dormitur in illo,
Plus fellis, quam mellis habet.

Nec non Ovid. 2.*art. amand.* Ovid.

Lite fugant nuptaq; viros, nuptasq; mariti,
Inq; vicem credunt rem sibi semper agi.

Et Hipponact. apud *Stob. ser. 67.* dicebat. *Binos esse cum uxore jucundos dies: alterum, quo ducitur: alterum, quo mortua effertur. Qualis ascensus arenosus pedibus veterani: talis mulier linguata homini quieto,* ait Ecclesiastic. *c.25.* & *satius est commorari cum Leone & Dracone, quam cum muliere nequam. Ibid.* Salomon mavult *in angulo tecti, aut deserta habitare eremo, quam cum muliere litigiosa, Proverb. c.21.* nec graviorem pœnam potuerunt Romani profugo homini injungere, quam, ut eum damnarent in ædes juxta improbam uxorem. *Montaign. c.5. Ess. li.1.* Philosophus quidã, cum inimico elocasset filiam, rogatus quare id fecisset, *quia* inquit, *non potui illum gravius multare, quam elocando id, quod pessimum natura produxit,* & Democritus interrogatus, quare parvam duxisset uxorem respondit: *Quia ex duobus malis minus eligendum fuit. Anton. Monach serm. libr. 1. c. 34.*

Hipponact. Ecclesiastic. Salomon. Romani. Democrit.

Quod si distinguere velis inter probas mulieres & improbas, incommodorumq; horum originem aliunde, quam ab essentia conjugii accersere, quam fallaciam per Accidens vocant Logici, statim premam te oratione & judicio Metelli, qui cum sic quoq; potuisset molestias conjugii declinare, veritatis & experientiæ vi victus maluit, quod res erat, confiteri & publicæ utilitatis dulcedine earum austeritatem temperare. Nam quod per accidens mulieres dicantur improbæ, eam exceptionem natura & indoles ipsarum non admittit. Nec enim rectè mulieres natura fortes quisquam dixerit, quia una atq; altera talem se præstitit, nec bonas, quia duas tresve tales reperisti, sed ad genus universum respiciendum, & ex tota ejus latitudine de indole & ingenio judicium ferendum. Omnibus quippe malis punicis inest granum aliquod putidum, & ne optimæ quidem vi-

6. *Mulieres an per accidens malæ.*

tiis caruère suis. Indicio sit lapsus Evæ, stomachationes Saræ, jurgia Rachelis, Adulterium Betsabææ, & quæ præterea longa referre mora est.

7. *Mulier proba rara avis.* Iam olim dixit Pacuvius: *Haud facul fœmina inventu bona*, apud Non. quod expressum est ex Græco Menandri:

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥάδιον.

Item quod de natura, ut ignis & maris, ita & mulieris dictum videtur ab eodem.

Θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.

Socrates alia tria mala sese nactum dicebat: *Grammaticam, paupertatem, & pernitiosam Xantippen. Anton. part. 2. Serm. 34.* Imitatus est & Terentius: *Censen' te reperire posse ullam mulierem, quæ careat culpa*, & vulgaris circumfertur versiculus:

Fœmina nulla bona est, quod si bona contigit unquam,
Nescio, quo fato res mala facta bona est.

Hier. 1. *in Iovin. Mulierem dicit neminem nosse, nisi qui passus sit*, & Plautus: *Negotium habere, qui volet, navem & mulierem, hæc duo sibi comparato.* Item: *Fœminarum nulla bona est, etsi alia aliâ pejor.* Autor somnii virid. *lib. 1. c. 187.* novem enarrat vitia mulierum. Nævizan. *libr. 1. sylv. nupt. n. 163.* septem proprietates. Simonides constituebat decem earum genera secundum proprietates octo Animalium, *Suis, Vulpis, Canis, Asini, Mustelæ, Equæ, Simiæ, Apiculæ*, & deniq; *Maris & Telluris*, quæ Phocylides paulò concisius contraxit in quatuor, quorum primum *Cani*, alterum *Sui*, tertium *Equæ*, quartum *Api*, assimilavit & rejectis reliquis omnibus, huic uni postremo palmam dedit. Tam paucas bonas putavit reperiri ex tam multis, ut non immeritò Accurs. *in l. ex his. de ll.* ex eo, quod ibi scribitur: *De iis, quæ rarò fiunt, non ferri leges*, facetè inferat: *Non esse propterea de bonis mulieribus leges ferendas, quia raræ sunt*: nec non *in l. 2. C. de his, qui ven. æt. impetr.* reddens rationem quare mulieres citius veniam ætatis impetrent, quam mares, *quia*, inquit, *mala herba citò crescit.*

8. Rationem si à physico petieris, non improbabilem tibi reddet ex imbecillitate temperiei, quam sequuntur mores animi, *ut docet Galen. in libr. hujus tituli*, unde nomen apud Latinos traxit mulier, à mollitie, id est fragilitate, ut ex Augustino interpretatur Concilium Triburien. *c. 46. Varr. & Lactant. c. 12. de oper. Dei. l. argumento. §. mulièbri de aur. & arg. leg.*

9. *Ut corpus teneris, sic mens infirma puellis*, ait Ovid. *Epist. 18.* Quod verò

rò ex cranei diversitate & paucitate suturarum fatuitatis muliebris indicium capit Næviz. *lib.4.sylv. Nupt.n.29.* ridiculum est & Anatomica αὐτοψία redarguitur. Imo plures ut plurimum, ut in pueris, ita & fæminis reperiuntur, dum sagittalis per mediũ os frontis procurrit ad radicem narium. Virtus enim cerebri non tam à conformatione cerebri vel eranei, quam à temperie dependet, *ut docet Gal. 3.de loc.aff.c.6.libr.2.Apol.6.8.de V.P.c.12.& & nos prolixius deduximus in observ. Anat.* Accedit imperfecta educatio, vita sedentaria, & defectus earum rerum, quarũ intuitu aut exercitio ingeniũ excitatur, & judiciũ confirmatur. Hinc fit, ut affectibus, quos ratione superare non didicerunt, nimium quam indulgeant, in iram, veneremq; inconsiderato impetu ruentes, non secus ac si mansuetam & usu cicuratã aliquam bestiam domi intuearis. Nam Plato quoq; dubitavit, in utro genere animalium, rationalium an irrationalium collocare debuerit mulieres. *Euseb.12.de prap.Evang. c. 7.* & lex Mahumetana bestiis eas annumerat, si Montecatino credis *in 1.Pol.c.2.tex.8.* Imò Gratianus ex August. non veretur scribere: *c.hac imago 33. q.5. Mulier ad imaginem Dei non est facta.* Sic enim dicit: *Et fecit Deus hominem: ad imaginem & similitudinem Dei fecit illum. Hinc etiam Apostolus: vir quidem, inquit, non debet velare caput suum: quia imago & gloria Dei est: Mulier ideo velet, quia non est gloria & imago Dei*, quam sententiam ego Theologis impugnandam relinquo. In vita Politica nimis crebrò experimur verè esse dictum. 10.

Χειμὼν κατ᾽ οἴκυς ἔςω ἀνδράσι γυνή.

& rectè Mitio felicitatem suam præfert infortunio fratris, dum ait: *In Adel. Terent. Act.1 sc. 1.*

Ego hanc clementem vitam urbanam, atq; otium
Secutus sum, & quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui: ille contra hæc omnia:
Ruri agere vitam, semper parcè ac duriter
Se habere, uxorem duxit; nati filij: &c.

11. *Curæ patrisfamilias ex re familiari.*

Nam, qui uxorem duxit & natis ex ea liberis, quod Christiani patrisfamilias esse docet Apostolus, *ad Tit.c.1.1.ad Timoth. c.5. l.scripto. Vnde lib.l.nihil. §.1.de bon.liber.c.prædicator ubi gl.in verb. thesaurisare.16. q.1.* prospicere cogitat, nunquam à curis & laboribus vacuus esse potest, dum in id incumbere dies noctesq; cogitur, quò sumtum in uxorem & liberos sibi sufficiat.

Stes, sedeas, abeas, redeas, vigilesve, quiescasve
Aut quid agas tandem, protinus uxor adest.

Æs petit in cœnam, aut quæ ventrem, obsonia, claudant,
Aut quæ jam refici palla meretur anus.
Ecce alibi cecidit moriturus filius: astat,
Pro cura precium qui exigit Archiatros.
Parte alia mercedem abitura pedissequa poscit,
Atq; aliqua est semper crux mala, quæ rogitet.

quemadmodum olim à me pluribus scriptum fuit *in Epithal*, ad imitationem Plauti *in Aulul. Miserum autem virum, & qui exoratus, & qui non exoratus erit, cum quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Cato pro l. Opp. ap. Liv. li. 34.* Ipse Demea, ad se deniq; reversus, errorem suum confitetur, & Mitionis cœlibatui palmam porrigit, dum ait: *Act. 5. scen. 4.*

Ille sibi vixit: sibi sumtum fecit:
Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax
Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi? nati filij,
Alia cura. Porro autem dum studeo illis ut quàm plurimum
Facerem, contrivi in quærendo vitam, atque ætatem meam.

Adeo non abs re Horat. 1. *Epist. 1.*

Si cui lectus genialis in aula est,
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.

12. *Sollicitudines pro liberis.* Nec verò non aliunde, quam ab onere uxoris, nascitur miseria, sed maximam partem à liberis, quos si nullos dederit Deus, ipsa sterilitas odiosum facit matrimonium, aut ut lex vetus loquitur, maledictũ, *Deut. 7. c. recurrat c. his ita 32. q. 4. Ambros. in c. 3. Luc. c. pudor 32. q. 2. gl. in c. nuptiar. 27. q. 1.* cũ vulgò tanquam opprobrium exprobrata fuerit, & apud Iudæos *Gen. 16. 29. 30. 1. Sam. 1. Luc. 1. Psalm. 128.* & apud Romanos, ut paulò post dicemus, & constat, ex Crinit. *de honest. discipl. lib. 14. c. 15.* Idcircò enim Orbonæ Deæ aram dicaverunt ad ædem Larium, *Plin. lib. 2. c. 7.* ut orbitatem averruncaret. *Arnob. libr. 4. contr. gent.* nec quicquam est, quo firmius in amore ligentur conjuges, quam communes liberi, *ut ait Arist. 8. Eth. c. 11. & 12.* & Ulpianus iis scribit *subniti matrimonia. l. 1. §. ult. de lib. exhib.* Ubi verò oneratur familia multitudine liberorum, præterquam quod duplicentur labores, duplicantur & curæ, dum

Omnis in Ascanio cari stat cura parentis, Virg. 1. AEn.

cujus rei imaginem depingere voluit Terent. in Mitione, quem sic introducit loquentem:

Ego

Ego, quia non redit filius, quæ cogito? &
Quibus nunc solicitor rebus, ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid: Vah, quemquamne hominem in animo instituere aut
Parare, quod sit charius, quam ipse est sibi?

Arist. 8. & 9. Ethic. in plures divisam amicitiam molestam dicit & tædiosam, quia difficile est sua unius opera pluribus satisfacere, & variis modis affici oportet, qui variis multorum amicorum fortunis nunc condolere, nunc congratulari cogitur. Quantò molestiùs erit, si quis plures habeat 13.
liberos, qui sunt quasi alteri & succenturiati parentes, *ut ait idem 8. Eth. c. 12.* *Liberi degeneres quantum malum.* & quorum sive prospera sive adversa fortuna ad manes ipsos parentum redundat. 1. Eth. c. 19. Alium ante tempus, cum spectatæ indolis egregia dedisset documenta, præripit invidia fati: alium exedit infelix paupertas: alius aliter à virtute paterna degenerat, & in hoc incumbit unicè, ut luxuriæ morem gerere abnuenti patri molestiam creet. Quis hic non exclamet meritò, cum Demea: *Nati filij, Alia miseria*, μεγάλη τυραννὶς ἀνδρὶ τέκνα καὶ γυνή aut cum Augusto.

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμμεναι, ἄγονός τ' ἀπόλεσθαι,
O quam oportuisset me & sine uxore esse & sine liberis. Suet. Aug. 65.

Filius degener, ait Ecclesiastic. c. 22. *ignominiam parit patri: Filia sobria facilè invenit maritum: sed improba contemnitur & relinquitur in opprobrium parentum. Filia immodesta, tam patri, quam viro dedecori est & ab utroque odio habetur.* Item: Proverb. 17. *Qui educat stultum, pœnitebit.* Et paulo post: Insanus filius parit tristitiam patri, & matrem coniicit in angorem. *Nimis è natura dictum est*, ait Boët. *nescio quem filios invenisse tortores. In quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem. lib. 3. cons. phil. pros. 7.* Antoninum philosophum hac una re *infelicem* facit Capitol. *quod filium haberet*, quem cum videret adeò à patria voluntate degenerare, præ dolore creditur noluisse vitam remediis protrahere. *Capitol. in M. Anton.* Augustum mihi intuere iterum, *quem lætum atque fidentem, sobole & disciplina domus fortuna destituit. Iuliam filiam & neptem omnibus probris contaminatas relegavit. Cajum & Lucium in duodeviginti mensium spatio amisit ambos. Tertium*

nepotem

nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptavit in foro: ex quibus Agrippā brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit, seposuitque Surrentum. Aliquantò autem patientius mortem, quam dedecora suorum tulit. Nam Caij Luciique casu non adeo fractus, de filia, absens, ac libello per Quæstorem recitato, notum Senatui fecit, abstinuitque congressu hominum diu præ pudore. Sueton. in Aug. d. c. 65. *Multos enim foris claros domestica destruxit ignominia,* ait Plin. in Paneg. & *quod cives majores non essent, id effecit, quod mariti minores essent.*

14. *Nemo in conjugio vivit expers molestiæ.*

Quis verò unquam adeò circumspectè duxit uxorem, quis adeò extra omnes fortunæ ictus in tuto assertus fuit, qui non in unum aliquod ex tot incommodis inciderit, & dum ipse maximè matura sollicitudine suis affectibus modum imposuerit, non in præceps abreptus fuerit ab aliquo grassantis fortunæ turbine?

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus, semper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Ter. Adel. act. 5. scen. 4.

Claudius Imp. pro concione apud prætorianos affirmavit: *Quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurū se in cœlibatu: Ac nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum.* Sueton. in Claud. c. 26. Nam qui lupum auribus tenet, aut inter sacrum & saxum stat, vix est, ut latere tecto abscedendi copiam habeat. Ita verò se habere, qui ambit uxorem, ex vulgatis argumentis, quæ ἀντιστρέφοντα Græcos, Latinos reciproca vocare testatur Gell. *li. 5. c. 10.* patet, seu quæ utrinq; incommoda parata ingerunt, ut vix liceat effugere, quin Charybdin incidat, qui vitavit Scyllam. Aut enim *pulcra* ducenda, aut *deformis*: Item aut *dives*, aut *pauper*. Item aut *astuti*, aut *hebetis ingenii*.

15. *Tres captiones.*

Utrum horum elegeris, pendebis, & paratam habebis Nemesin à tergo. Priori enim disjunctivæ adjiciet Bias argumentum suum: εἰ καλὴν ἕξεις, κοινήν. εἰ ἢ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν. ἑκάτερον δ' οὐκ ἀγαθόν. Gell. libr. 5. c. 11.

16. *Satius est simplicem, quam callidam & doctam uxorem ducere.*

Secundæ subjiciet Hieronym. in Iovin. *Uxorem pauperem alere difficile est, ferre divitem, tormentum*; tertiæ ipse: Astutia mulieris nihil imperiosius, hebetudine nihil onerosius. Perinde enim se habet prudentia mulieris, ut principis, quæ plerunq; perniciosa est. Consilium enim viri aut

aut spernit, aut ipsi obloquitur, nec sub jugum cogitur animus prudens, nisi invitus.

Imperium spernit, quæ nimis ipsa sapit.

Præterea, quia ἀκμὴν prudentiæ attingere, non minus mulieribus, ob imbecillitatem, quam principibus ob negotia, denegatur, fieri non potest, quin, quod ominatur Arist. *6. Eth. c. ult.* accidat, ut scilicet immatura & imperfecta illa prudentiæ specie, innata calliditas exacuatur magis, quam corrigatur, & hinc rectè dixerit Syracid. *c.25. nec iram, nec dolum muliebrem ab ulla alia re superari.* Unde in alteram partem deflexerunt alii, & simplicitatem in virgine prætulerunt astutiæ seu prudentiæ, quemadmodum Theophilus Imp. expedito Icasiæ responso deterritus, amorē, ex pulcritudine ejus haustum in Theodoram effudit, *Zonar. in Theoph.* & Franciscus, Johannis V. filius, dux Britanniæ, cum ipsi offerretur Isabella, Scotiæ regis filia in matrimonium, & modestè sine literarum cognitione educata diceretur, respondit: *qu' ill' en ajmoit mieux: qu' une femme estoit assez scavante, quand elle scavoit, mettre difference entre la chemise, & le pourpoint de son mari.* Mich. Montaign. liv. 1. des Essais. ch. 23. Sunt quoq;, qui literas propterea putant satius ignorari à muliere, quam sciri, *Bertach. in Repert. Verb. Literæ. Erasm. in Moria*, exemplo Calphurniæ, improbæ causarum actricis, *Tac. 15. Ann. l. 1. §. sexum de postu.* & Semproniæ *apud Salust. in Catil.* in quam partem inclinat Petr. Gothofr. *lib. 2. de Amor. c. 6.* præcipuè, si agatur de iis, quæ destinantur viro. Nam sicut in servo non rationis, sed corporis molem requirit Arist. 1. *Polit. c. 3.* & in milite Imperator magis probat promtum obsequium sine prudentia, quam prudentiam curiosam sine obsequio. Ita, quia mulier regi, non regere nata est, nullis aliis dotibus instructa esse debet, quam, quæ ad parendum referuntur. Qui verò se ipsum rectius intelligere censet, quo facto opus sit, quam eum, qui imperat, omnia prius ad calculos & articulos revocat, quā ad executionem properet, & proinde minùs ad obediendum facilis est. *Naviz. syl. nupt. li. 2. n. 101. ad fin. Ut lapis*, ait Rufus *apud Arrian. Epict. li. 3. c. 6. quamis sursum eum jeceris, suopte nutu deorsum feretur: sic etiam ingeniosus, quo magis repulsus fuerit, eò magis inclinabit illuc, quò ab ingenio & natura ducitur.* Cum hoc autem commodo jam statim conjunctum est multò gravius incommodum, inertia scil. & familiæ neglectus. Nam quæ sibi ipsi viam non sapit, qui monstret callem cæteris? Mulier enim assumitur, ut socia, ita & Domina domus, cui incumbit præcipuè

17.

18.

educatio domestica liberorum, & administratio familiæ. Neutri autem officio sufficit, cui non sufficit pudentia.

19. *Nuptias appetunt omnes, licet ab omnibus improbentur.* Propterea Epicharmus non abs re dixit: Uxorem quærere, nihil aliud esse, quam fortuitas tesseras projicere, & Stobæus repetit tritum versiculum:

ἄλυπον ἕξεις βίον, χωρὶς γάμου. Serm. 67.

Idem refert Theodectis dicterium: *Uxor & senectus eadem res sunt: Utramq; concupiscimus: postquam adepti sumus, contristamur.* Serm. 66. Et de senectute sic sentit ipse Cicero in Cat. Maj. *Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti.* Circa uxores etiam plerisq; accidere videmus, quod Rhetoribus accidere scribit Seneca 4 contr. 29. *ut vitia sua & intelligant & ament*, aut quod amantibus Terent. Eun. Act. 1. sc. 1.

Et tadet & amore ardeo.

Sentit amans sua damna, ferens tamen haret in illis,
Materiam culpa prosequiturq; sua. Ovid.

Castrucius solebat laudare, qui uxores verbis, non re ducerent, perinde ut eos, qui navigare instituunt, mox tamen periculi timore deterriti resiliunt, & quod verbis sæpe promittunt, reipsa nunquam expediunt. Machiav. in vit. Castruc.

SECT. 4. Qua ratione matrimonii incommoda sint declinanda.

1. *Propter molestias conjunctas à nullo vitæ genere abstinendum.*
2. *Nec cælibatus certis caret molestiis & perpetuis incommodis.*
3. *Cælebs nequit à viro mutuari adjutorium.*
4. *Qui vitant mala cælibatus, incidunt in graviora pericula animæ.*
5. *Amaritiem malorum edulcorat multitudo bonorum conjunctorum.*
6. *Ubi bonis adhærent mala, illa propter hæc non sunt ejuranda.*
7. *Multa mala, & per c. etiam conjugii in emolumentum patriæ esse subeunda.*
8. *Uxorem malam pertulit Socrates, ut haberet domi scholam patientiæ.*
9. *Multa mala expugnat comitas, patientia, & assuetudo.*
10. *Negligentibus civibus suum officium facere, non negligent censores facere suum.*

1. HÆc cum ita se habeant, nec omninò careat molestiâ vita conjugalis, non tamen propterea deserenda est, aut ejuranda. *In charitatem* enim

enim *peccare* dicit Clemens Alex. 3. *Strom. qui propter molestias, abborrent à conjugio & fugiunt educationem liberorum. Quod si curam fugimus*, ait Cicero *in Lal. virtus fugienda est, qua necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atq; oderit.* Et *qui vult vitare molestias, vitet mundum*, ait Erasm. *in Misog.* Barbarè, sed apposite Nævizan. *in syl. nupt. lib. 4. n. 2. ex Ang. in l. 1 in pr. de Appell. Non possumus invenire pannum sine suo reverso.* Pæna enim lapsus ita pervagata est & corrupit omnia, ut sine labore & molestiis nullibi pedem figere aut consistere liceat.

Scandit aratas vitiosa naves
Cura, nec turmas equitum relinquit
Ocyor cervis, & agente nimbos
Ocyor Euro. Horat. lib. 2 Od. 16.

Dii dona sua mortalibus non aliter vendunt, nisi maximorum laborum pretio. Si enim oculorum aciem irretortam ad cælibatum reflectere velimus, non parciorem illic malorum segetem licet demetere. Socrates rogatus, utrum uxor ducenda sit, vel non, *Vtrũ*, inquit, *feceris, pænitebit, ut refert Euseb. lib. 5. præp. Evang. c. 59. & repetit Ioh. Andr. in addit. ad gl. fin. verb. conjugati & ibi §. fin. Panorm. de sum. Trinit. Qui enim solus est*, ait Ecclesiastes. *c. 4. in vanum laboribus se consumit, nec fructum eorum unquam gustare potest: Vbi ceciderit, nemo est, qui jacentem erigat: ubi dormitum iverit, nemo est, cujus calore foveatur: ubi oppugnatus fuerit, nemo est, qui propugnet. Qui verò socium vitæ habet & adjutorem operarum, ab eo erigi, calefieri & propugnari potest: Funis enim triplex difficulter rumpitur.* Antiquitas, ut rationem redderet appetitus, quo fœmina ad virum, & vice versa vir fertur ad fœminam, ex uno corpore ambos divulsos abiisse in duo finxit, *Plat. in Sympos. & ex eo Euseb. 12 præp. Evang. c. 7. Eugubin. in Cosmopœ. ex tradit. Hebræorum.* ex quo simul & hoc demonstrant, quare alter sine alterius ope vivere & sibi sufficere non queat, ut ostendit Xenoph. *in Oecon.* ex diversis utriusq; naturis, ad diversa officia destinatis, ex quo refutatur sententia Montecat. 2. *Pol. c. 4. in princ. schol.* alterum finem, quo uxor dicitur facta in adjutorium viro, *Gen. 2.* accidentarium tantùm statuentis; cum operas præstare possint sibi viri invicem, *ut ferè etiam Perer. in Gen. lib. 4. c. 2. v. 22.* Nam muliebres operas omnes nequit vir subire, *Menoch. cas. 420. arb. qq. n. 69.* nec ullus vir con-

2. *Incommoda cælibatus.*

3.

crescit cum altero in unam carnem, ut eorundem malorum & bonorum ex æquo fieri queant participes. Benè Aristot. *8.Ethic.c.12.* *Alia animalia coëunt generationis causa: At homines non hujus tantum, sed & rerum earum gratia, quæ ad vitam spectant, simul habitant. Continuò enim officia divisa sunt, aliaq; sunt viri & uxoris. Sibi ergo mutuò opitulantur, in commune sua utriusq; conferentes.* Et ne cætera, quæ hinc pullulant, incommoda, aut defectus bonorum Matrimonii seu finium, prosequar, illud non potest non magni momenti esse apud religiosos homines, quod qui extra conjugium, vitandarum molestiarum gratia, dono continentiæ destituti, sibi vivere imperant, aut perpetua ustulatione torqueri, aut cum scortis se volutare cogantur, nisi cum Diogene horum operas graviori peccato præveniant. Præpos. *in c.rursus.col.5.qui Cler. vel Vovent. Virum* dicit *perpetuo in igne esse*, quod probat ex *c. vir cum propria.33.q.4.* cum tamen viro in promtu sit remedium extinguendi, quod quia nullum datur cælibibus, quid licebit de iis præsumere, nisi, quòd eo acrius sitiant, quò minus sitim sedandi copia datur? Quanto verò anima præstat corpore, tanto sollicitius fugiendũ est illius, quam hujus detrimentum, id quod Paulus Apostolus, non una sententia confirmat: *1. Cor. 7.* *Ad vitandam fornicationem suam quisque uxorem habeat: Qui se continere nequit nubat: Satius est nubere, quàm uri.* Quid enim *prosit homini, si lucretur totum mundum, & animæ interim jacturã faciat, aut quodnam illud tantum est, quo jacturam animæ redimere queat,* ait Christus ipse. *Matth. 16. circa fin.* Aut igitur ob incommoda vitandum non est matrimonium, aut non minus vitandus cælibatus, cum malis prematur si non paucioribus, saltem eò gravioribus, quò propius vergunt in detrimentum animæ.

4. *Extra conjugium vix piè vivitur.*

Sed & alio clypeo excipi & declinari possunt omnia illa incommoda, si dicamus ea multò potioribus pluribusq; commodis, quæ ex eodem matrimonio obveniunt, extingui, &, ut saccharo bolos solent Medici, obduci. Nam si linguatam, impudicam, ebriam & rixosam mulierem detestatur Syracides, probam, modestam, sobriam, viri & familiæ studiosam non minori conatu extollit, quam illam deprimit. *c. 25. 26.* Si noxæ filiorum in ignominiam ponunt ipsos parentes & viscera eorum crudeliter dividunt: atqui quid jucundius patri accidere potest, quam si in probè educatis liberis se redivivum contueatur. *Benedictus vir, cujus pharetra:*

5. *Commoda conjugij.*

netra plena est robustorum iuvenum, qui non succumbent, dum pugnant contra hostes sub porta ait *Psalm.127. Stultus filius,* ait Salomon, *matri incutit pudorem, sed qui prudens evadit, gaudio afficit patrẽ. Proverb.15.* Alias enim *iniqua est in omni re accusanda prætermissis bonis, malorum enumeratio,* ut ait Cic. *3. de legib.* & Platonem reprehendit Aristoteles. *2. Polit. c. 3.* quod privatarum possessionum & divisionis honorum in Republ. mala & defectus enumeret, sed bona, quæ inde in Remp. redundent, subdolè taceat. Nemo est, qui non æquè stultè sapiat, ut adolescens Comicus, *qui volebat amare, volebat potiri, volebat, quod daret amica, sibi effici, suum autem in experiundo esse nolebat.* Nam cui sincera perfrui voluptate licet, & bono potiri sine malo, stultus sit, si præter id velit sibi unà comparatum malum: Verum, quando malum innexum est bono, ut plerunq; in rebus humanis accidere solet, ut rosam decerpere non liceat salvis unguiculis, &

Sint mala mixta bonis, sint bona mixta malis:

Tum, *Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda,* 6.
quemadmodum servus apud Comicum subjiciebat. Menander ex eodem capite reprehendebat osorem nuptiarum, *apud Clement. libr. 2. Strom.* τὰ δυσχερῆ τε καὶ τὰ λυποῦντά σε ὁρᾷς ἐν αὐτῷ: τὰ δ' ἀγαθὰ οὐκ ἐπιβλέπεις. Invicem enim in statera appendenda sunt bona cum malis, quando neutris separatim potiri fas est, & eò inclinandũ, quò inclinat pensior moles.

Commoda qui sentis jungas onus emolumentis,

ait Hostiens. *in Sum. de Eccles. ædif. §. A quibus:* & Plautus,

Necesse est sumtus faciat primum, qui quærit lucrum.

Horatius ad hanc limam examinat conditiones amici, cum nemo vitiis sine nascatur, & optimus ille censendus sit, qui minimis urgeatur. Nam

amicus dulcis, ait, *ut æquum est,*
Cum mea compenset vitiis bona, pluribus hisce,
Si modò plura mihi bona sunt, inclinet: amari
Si volet: Hac lege in trutina ponetur eadem; libr.1.Sat.3.

Cum igitur ex conjugio majora oriantur commoda, quam incommoda, hæc propter illa non secus devoranda sunt, ac amarus succus propter dulcem sanitatem. Icasia, quam animo sponsam sibi destinarat Theophilus, cum ipsi exprobrasset illud Ecclesiastici: *per mulierem intravit malum in mundum, c.25.* satis responsum putabat, si ex eodem sexu profecta bo-

na opposuisset, inquiens: *Etiam multa bona à muliere exuberant.* *Zonar. in Theoph.* E duobus enim malis semper eligendum est minus, quod majoris boni rationem subit; & hæc Augustus brevius in oratione sic explicavit: *Esse quidem in matrimonio molestias & difficultates, idque negari non posse, interim cogitandum, nullum esse bonum, cui non sit aliquid acerbi admixtum, quod si quis declinare velit, ne bonum quidem appetendum esse, quandoquidem ad virtutem & voluptatem veram perveniri non possit, nisi in ea paranda labor impendatur.*

7. *Oratio Metelli.* Deniq; si non suppeteret alia, incommoda hæc effugiendi, via, infallibilem præivit Metellus Censor, cujus orationem tanti ponderis judicavit Augustus, ut cum de maritandis ordinibus dicere aggrederetur, eam denuò in senatu recitaverit. *Flor. Epit. libr. 59. Dion. lib. 56.* Portisculum ejus, quod ad propositum nostrum facit, recitat Gellius. *1. c. 6. Si sine uxore possemus, Quirites, esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum.* Si enim bona & possessiones aliquando Reip. impēdendæ, nec vitæ ipsi parcendum, ut salus patriæ redimatur, cur non & genius parumper defraudandus, aut otium interrumpendum, quò futura præveniatur ejusdem ruina, ut explicat Dion. *lib. 56. in orat. August.* Indignum statione sua censet Plato, qui in ea non relinquat succenturiatum successorem, & juvenis Spartanus noluit Seni, qui vitam sine uxore consumserat, pro more in theatro assurgere, *quia*, inquiens, *post te neminem relinquis, qui mihi vicissim assurgere queat.* Cleombrotus Pausaniæ filius, cum hospes quidam controversiam haberet cum patre de virtute: *Tantisper*, inquit, *pater est te præstantior, quoad tu quoq; genueris.* *Plut. in Apoph. Lacon.* Quò facit responsum Crœsi Cambysi roganti datum: Vtrum feliciorem censeret, sene an verò parentē? Expectanti enim, ut de se responderet, respondit de patre, & stomachanti, quod sibi pater præferretur, rationem addidit, quia pater te filium reliquit, quæ felicitas tibi adhuc deest. Tanti faciebant Spartani procreationem sobolis, sine qua impossibile putabant Rempub. subsistere posse. Menander hinc vocat uxorē, *Malum necessarium*, *apud Stob. serm. 67.* quod binis versibus Susarionis sic explicat Suidas:

Molestiæ conjugij devorandæ propter salutem Reipubl.

κακὸν γυναῖκας, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,

οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίας ἄνευ κακοῦ.

Socrates idem innuit cum se uxoris jurgia propter sobolem non secus ferre diceret, ac anseris sibila propter ova. Boni quippe publici gratia privata sibi ferenda mala prudenter censebat, quo sine non tantũ ipse, sed & cæteri cives, ut exhaustam reficerent civitatem, secundas, sive concubinas, sive uxores prioribus superinducere coacti fuerunt, quod Lacedæmonii quoq; ab Anaxandri de Rege exegerunt, cum priori uxori præ amore negaret nuncium remittere, *Herod. lib. 5.* Utrum verò ea quoq; de causa patienter ferendæ sint injuriæ uxoris, ut, dum domi talem perpetimur, insuescamus & exerceamur, quò cæterorum quoq; foris petulantiã & injuriam facilius feramus, quemadmodum Socrates respondit demiranti Alcibiadi, quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo nõ exigeret, *Gell. lib. 1. c. 17.* illud Nævizano *lib. 4. Sylv. nupt.* allegandum relinquimus, qui & hæc & multò minutiora magisq; ridicula, excusandis conjugii molestiis & mulierum vitiis coacervat. Inficiari velle manifesta tædia, impudentis foret & refractarii disputatoris: impatientis vero civis, nolle quietem domesticam in discrimen aliquod incertum pro restauratione totius Reipubl. deducere, præsertim cum mala, quæ conjugio impinguntur, talia sint, ut usu assuetudineq; mitescant, & conjugio essentialiter non sint innexa, sed studio & prudentia corrigi aufferrive possint. Varro, *in Satyra Menipp. quam de officio mariti scripsit*: *Vitium*, inquit, *uxoris aut tollendum, aut ferendum est. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem præstat, qui fert, sese meliorem facit.* Fertur autem assuetudine & prudenti patientia: Tollitur cura & amica interpellatione. Nihil enim efficaciùs permovet animos, potissimùm muliebres, quàm preces & blanditiæ virorum, ut ait Livius *lib. 1.* & Ælian. *libr. 3. c. 10.* *Amatorum benevolentia plurimum valet apud Amasios ad inserendum virtutis studium, si moderati sint ipsi & honesti.* Syracides etiam severitate vult mulierum lasciviam constringi, quemadmodum littoribus circumscribitur fluvius, *c. 25.* Quod si ne sic quidem quicquam profeceris: *Levius fit, si bene fertur onus*, & Tolerabilius *reddit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* Multa quoq; ab initio insuetis videntur intolerabilia, quæ dies sensim, ætas & usus mitificant. Nam *quod in pomis notat Accius, itidem evenit in conjugiis, quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia & jucunda. Sed quæ gignuntur statim vieta, & mollia,*

8. *Uxor mala ferenda ob exercitium domesticum patientiæ.*

9. *Multa mala tolluntur comitate.*

Patientia.

Assuetudine.

atq; in principio sunt vivida, non matura mox fiunt, sed putrida. Gell.lib.13.c.2. *Hæc dum incipias*, ait Comicus, *dumq; ignores, gravia sunt, ubi cognoris, facilima.* Et si ullibi alibi, certe hic *Prima coitio acerrima est*, ut ait idem in negotio non dissimili.

10. Propterea, cum publicis commodis privata non sint anteferenda, *ut in simili casu dicit Paulus 2. sent. 19.* nec privata incommoda tanti sint, ut evitari non possint, aut majoribus commodis non obliterari, non tantum civibus, qui volunt reipubl. ut debent, studiosi esse, incumbit matura de conjugio cogitatio, sed, si quis, mollitie animi deterritus aut vagæ libidinis dulcedine illectus, capistro hoc unico se indui non patiatur, Censores officii sui meminisse debent, & qua arte viave commodius fieri potest, ad ducendas ex usu Reip. uxores, ignavos & incontinentes cælibes compellere.

Utrum cives à Magistratu ad incunda conjugia compellendi.

1. *Notatur explicatio quedā Anton. Fabr.*
2. *Libertas non est licentia quidvis faciedi, sed quod fas & jura sinunt.*
3. *Prima cura legislatorum, ut populosam faciant civitatem.*
4. *Ob cujus defectum reprehenditur Resp. Epicuri ab Epicteto.*
5. *Apud Iudæos necessaria erāt matrimonia.*
6. *Item apud Germanos.*
7. *Nec non apud Persas.*
8. *Et Athenienses.*
9. *In Republ. Platonis.*
10. *Et Lycurgi.*
11. *In Repub. Romana Numæ Lex.*
12. *Camilli & Posthumii Censorum.*
13. *Quàm sedulò multarint Romani cælibes.*
14. *Sed de Censorum arbitrio, cum lex ante Iuliam de hac re non extaret.*
15. De lege Iulia & Papia Poppæa.
16. *Nomina hujus legis.*
17. *Origo ejusdem.*
18. *Papius quo anno Consul fuerit.*
19. *Defenditur Iohan. Ferrarien. & solvitur dubium quod olī Connani.*
20. *Romani quam studiosi fuerint liberūm.*
21. *Iura maritorum præ cælibibus.*
22. *De jure liberorum.*
23. *De jure trium liberorum.*
24. *An ullus tantus liberorum numerus excuset ab omnibus oneribus patrimonialibus.*
25. *Pæna cælibum.*
26. *Quæ jure tolli non debuerunt.*
27. *Pæna tamen sterilitatis iniqua.*
28. *Quo casu cælibatus plecti jure possit.*

Statim

STatim ad hanc quæstionem oggannient, libertatis, seu licentiæ in eligendis uxoribus & nuptiis patroni, antiquam cantilenam: *Non esse vota matrimoniorum placitis & arbitrio alieno alliganda*, & Anton. Faber *de nupt. pr. 4. illat. 1. Iurispr. Papin.* licet cogi posse censeat filium, ad hanc vel illam personam ducendam, negat tamen ad matrimonium auspicandum cogi posse, nec tamen rationem assignat, quare coactio illic potius, quam hic locum habeat, cum personæ electio non magis debeat esse nostri arbitrii, quam conjugii: imò illa magis, siquidē libertatem in votis matrimonialibus requirit lex, ob quietem & pacem domesticam. Pax verò non tam turbatur, si quis in ædes cogatur recipere aliquam, quæ placeat, quam si aliquam, quam toto animo abhorreat. Sed ut infra prolixius ostendemus, ubi de consensu parentum agimus, libertatem non aliter definit Vlpian. quam *potestatem faciendi, quod vis, & ius sinunt, l. 4. de stat. hom.* quam definitionem accuratius considerabimus, *in t. de Dom. & Serv. ubi eam impugnat Montec. at. 1. Pol. tex. 56.* Nam si talem libertatem in rebus civilibus requiramus, qualem describit Vlp. *l. velle. de R. I.* aut Arrian. Epictet. *lib. 4. c. 1. qua vivatur ex absoluto arbitrio, quæ nec cogi, nec prohiberi, nec vim pati possit*, nullibi eam inveniemus, nisi in primo animi motu, qui solus in eo imitatur libertatem potentiæ divinæ; quod etiamsi violentissimo prematur imperio, sui tamen potens semper maneat, & nullius, nisi Dei, potestati obnoxius. Reliquæ omnes actiones, etiamsi imperio superiori subjaceant, libertatem ex eo non perdunt, quia leges, præcisa vi non cogunt, sed pœnis aut præmiis inducunt animum, ut voluntate sua condescendat in actionem imperatam, quam absq; iis esset, forte non susciperet, quemadmodum Celsus probè interpretatur voluntatem filii, qui patre cogente duxit uxorem. *Maluisse enim*, inquit, *videtur, quia patris imperio acquievit. l. si patre cogente. 22 de rit. nupt.*

1.

2. *Libertas voluntatis quibus terminis circumscribatur.*

Cum igitur lex de maritandis ordinibus nihil in se contineat, quod deroget libertati, quæ matrimoniis debetur, sicut Iustinianus *nihil utilius civitatibus esse scribit, quam repleri liberis hominibus: §. hæc nos. Auth. de restit. & ea quæ parit.* ita nihil prius propositum debet esse legislatori, quam civitatis incrementum frequentia connubiorum procurare, quod cùm in sua civitate neglexisset Epicurus, ab Epicteto jure meritoq; taxatur, quod in porta impegerit, & à fundamento ipso aberraverit. *Per Deos, inquit, urbem Epicuream tibi apud animum proponito. Ego uxorem non duco, nec ego. Neq; enim contrahendum est matrimo-*

3. *Primus finis civitatis pendet à numero liberorum.*

4. *Respubl. Epicuri reprehensa.*

nium, neq; procreandi liberi: ac ne Respubl. quidem capessenda. Quid autem sequetur? Unde erunt cives? quis eos instituet? Quis erit adolescentiæ præfectus? Quis gymnasiarcha. Apud Iudæos rectè
5. Lex Iudæorũ scripsit Lutherus *de Matrim.* neminem exemtum fuisse à Mose, ab oneribus nuptiarum, cum ipse summus sacerdos propter successionem teneretur uxorem ducere. Rabbini ex traditione veterum addunt, *homicidii reum esse, qui liberis non det operam,* Rabb. Salom. in c. 9. Genes. ad eum forte sensum, quo Augustus dicit, *Cælibes homicidium committere, quia eos non procreant, quos nasci ex iis conveniebat; sacrilegium, quia tollunt genus suum à Diis immortalibus monstratum, tanquam maximum omnium sacrorum ἀναθημάτων: impios esse, quia honores & nomina majorum delent: civitatem dissolvere, quia leges spernunt: patriam perdere, quam infæcundam reddunt & evertunt funditus, subtractâ radice, ex qua subnasci deberent cives.* Dion. libr. 56. Etiam excommunicatum à Deo haberi eum, qui non relinquat in statione sua filium, de sententia majorum tradit R. David Kimhi *in c. 56. Esai:* quod facit
6. Germanorũ. quod de sterilitatis execratione paulò ante diximus. De Germanis sic refert Tacitus *de morib. Germ.* *Quantò plus propinquorum, quo major affinium numerus, tantò gratiosior senectus, nec ulla orbitatis pretia.*
7. Persarum. Apud Persas maximus honor habebatur post virtutem bellicam, multitudini liberorum, & ut iis, qui magnum aliquod beneficium regi præstitissent, *Xenoph. lib. 1. Cyrop. Herod. lib. 8. Libr. Esth.* ita & iis, qui plures ad conservationem regni sustulissent liberos, munera rex mittere solebat. *Herod. li. 1.* quæ vocat ἆθλα πολυπαιδίας, Strabo, ἆθλα τῆς παιδοποιΐας; Dion. *libr. 54.* Nec minus sollicitos circa rem adeò Reipubl. salutarem & necessariam se-
8. Atheniensiũ. se habuerunt Græci. Nam Athenienses exhausta cædibus Republ. licentiam dederunt superstitibus superinducendi, quot vellent, mulieres, sobolis sufficiendæ gratia, *Laert. in Socr. Gell. lib. 15. c. 20. Alex. ab Alex. 1. gen. dier. c. 54.* idq; publicis decretis civibus injunxerunt, ita ut & Socrates malum malo addere coactus fuerit, *Laert. in Socr.* & Euripides binas uxores ex eo decreto sibi habuerit, *ut testatur Gell. lib. 15. c. 20.* procul dubio contra animi sui sententiam, quia eum Aristophan. & Alexand. Ætolus tanquam maximum mulierum osorem in Comœdiis passim traducunt. Muscopol. tamen *in vit. Eurip.* Gellio adversatur, dum scribit, duas quidem uxores duxisse Euripidem, sed successivè, unam post aliam. Iidem porrò Athenienses,

nienses, die quodam festo tradebant cælibes mulieribus circa aras flagris agendos cædendosq; *ut repetit Scalig. lib. 3. de re Poet.* quo fortasse respexit Plato *6. de leg.* quando constituit, *ut quicunq; quocunq; tempore & loco post annos ætatis 25, postquam rationem vivendi inivit, intra annum 35. uxorem ducat, aut damnas sit, & mulcta quotannis plectatur, si de maximo censu sit, drachmarum 100, si de secundo 70, si de tertio, 60, si de quarto, 30. Ea verò pecunia fiat publica, & in templo Iunonis dedicetur.* Quin etiam ἀγάμιον recenset Sigon. *lib. 3 de Republ. Athen. c. 1.* inter ea crimina, quibus publicè γραφὴ scribebatur. Lycurgus, quanta cura sobolis propagationem promotam cupiverit, ex multis eius legum vestigiis patet. Nam nudas virgines publicis in theatris conspiciendas adolescentibus exhiberi voluit, adjecta multa, si quis adolescentum exercitiorum horum spectaculis sese de industria subtraxerit, ut desides animos hac quoq; via ad delectamenta nuptiarum invitaret, *Plut. in Lyc.* à ludis quoq; theatris & phiditiis cælibes prohibuit, & iis ab adolescentibus pro more assurgi noluit, quemadmodum Democidæ obtigisse supra dictum fuit: imò cum ignominiosis cantilenis per urbem circumduci jussit, qui nuptiales pedicas inducere nollent, *Plut. in Lyc.* & actionem dedit in illos, qui uxorem non ducerent, aut qui nimis tardè, aut qui malè, aut qui quærerent divitias loco honesti generis. *Plut. in Lysandr. in fin.* Iul. Pollux, *lib. 8. Onom.* nominat, ζημίαν ἀγαμίου, ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου. Et ut pœnis à cælibatu cives avertere cogitavit, ita præmiis ad fœcunda conjugia eosdē pellexit. Legem, quam de liberis procreandis vocat Arist. tulit, ut qui tres liberos procrearit, a custodiis sit immunis, qui verò quatuor, ab omnibus oneribus. *Ælian. 6. var. c. 6. Arist. 2. Pol. 7.* nec in eo ab Aristot. reprehenditur, sed quod hanc legem tulerit priori, de communi bonorum divisione contrariam.

9. *Platonis.*

10. *Lycurgi.*

De Romanis non est, ut reperam, quæ latè ab aliis deducuntur, præcipuè, cum pœnæ cælibum, & præmia liberorum progenitorum ex reliquiis legum adhuc abunde proluceant. Jam olim cœperat Numa immunitates & vacationem munerum promittere fœcundis conjugibus, usque adeò, ut mulieribus, trium liberorum matribus sine tutoris autoritate res suas administrandi & testamentum condendi potestatem indulgeret: *Plut. in Num.* quod repetit Paulus *lib. 4. Sent. ad SC. Tertull.* & Pythæus *ex fragm. juris veteris* sic exponit: *Mulier sine auctoritate tutoris manumittere potest, si jus habeat liberorum.* Camillus & Posthumius 11.

Censores æra pœnæ nomine eos, qui ad senectutem cælibes pervenerant,
12. *Camilli & Posthumii.* in ærarium deferre jusserunt, cum eos ad hunc modum increpassent:
Natura vobis quemadmodum nascendi: ita & gignendi legem præscribit: parentesq; vos alendo, nutriendorum nepotum debito, si quis est pudor, alligaverunt. Valer. Max. libr. 2. c. 9. Festus *uxorium* nominat solitum restitui Æs, quod populo dederit, qui uxorem non habuerit. *Viduvium*, id est, ἀπρόστιμοι τῆς χηρείας inter [illegible] glossæ antiquæ. Cicero partem officii Censorii constituit, ut cælibes esse prohibeant, 3. de legib. Corras. § post deinde n. 3 l. 2 de orig. Iuris. Cæsar auctoritate Censoria, *ut ait Dion. lib. 43.* cum infrequentem deprehendisset urbem, propter cæsorum multitudinem, *præmia nuptiis proposuit, & iis, qui multos
13. haberent liberos.* Nota enim est vox Censoris, in quam jusjurandum agebat: *Et tu ex animi tui sententia uxorem habes?* Gell. lib. 4. c. 20. & de exhortatione Metelli Censoris paulò ante diximus. Sicut autem cætera arbitrio Censorum subjecta nullius legis formulæ includebantur, ita nec
14. ante legem Iuliam Augusti quicquam de maritandis ordinibus certa lege comprehensum legimus. Camillus quoque non fuit legis nuptiarum patronus, *ut ait Scip. Gent. 1. de donat. inter vir. & ux. c. 10.* sed censura tantum cælibes notavit. Perperam quoq; Conna. 8 *Comm. c. 1 n. 5.* Papiam propriè dici scribit, quæ fuit ante Augustum, Iuliam autem & Poppæam, quæ ab
15. ipso lata est, & legi Papiæ addita. Nam Tacit. 3. *Ann.* conceptis verbis ait: *Papiam latam post Julias rogationes*, & Dion. *libr. 56.* Papium Mutilum nominat, quinquennio ante fata Augusti, à quo legem latam & nominatã testatur, ut & Isidor. 5. *Etym.* Augustus sæpius de ea re tulit, ut innuit Dion. *libr. 54.* & Tacit. 3. *Annal.* quando ait: *Papiam latam post Ju-
16. lias rogationes.* Sueton. *in Aug.* vocat *legem de maritandis ordinibus*, Horat. *in Carm. Secul. legem maritam*, quando ait:

Diva producas sobolem, patrumq;
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, prolisq; nova feraci
Lege marita

ubi malè Anton. Mancinell. intelligit legem Iuliam de adult. de qua Iuven. *Sat. 6. Ubi nunc lex Julia? dormis.* Rectius Acron: *Feraci lege, in qua, quæ procreandorum liberorum causa promulgata & lex Iulia dicitur.* [illegible] Porphyr. *Maritam videtur dixisse pro maritali.* [illegible]

sana vid. autoritate. Similiter enim & ille locutus est, ubi ait Senex: Pulcra adepol dos pecunia est. Alter respondit: Quæ quidem non marita est, prorsus quod est, quæ non maritalis est. ICti passim vocant 17. *Origo legis Juliæ.*
Juliam, *ad l. 118. usq. ad l. 154. de V. Sign.* & distinguunt à Papia, quæ 25. annis post lata dicitur, & creditur Julias rogationes absorpsisse, *ut ait Lips. com. ad libr. 3. Ann. Tacit. in Exc. C.* Referunt autem vulgo ejus originem in annum U. C. 762. & ante excessum Augusti quintum, qui Sueton. *in Vesp. c. 2.* quo anno lucem primùm conspicere cœpit, Consules præfecit Qv. Sulpitium Camerinum, C. Poppæum Sabinum, *ut & Cassiod in Chron. & Glarean. in Chr. ad Liv.* unde dubitari cœptum est inter ICtos, quando vixerit Papius 18. *Papius quo anno Consul.*
Mutilus, cui origo & denominatio legis vulgò ascribitur *Dion lib. 56. Lips. d. excurs. C Godd. ad l. 129. n. 1. de V. S. Bortho't de grad. r. Quis utrum [illegible] pag. 119* quam dubitationem tollit Isidor. *5. Etym.* quando Papium & Poppæum (Nam quod perperam Pompeius *in c quadam dist. 2.* ut & apud Plin. *libr. 7. c. 48.* legatur pro Poppæo, notavit Alciat. *disp. uncl. 3. c. 3.* & patet ex inscriptione legis, quæ nunquam Pompeia, ut illic scribitur, sed Poppeja indigitata fuit) sub Octaviano Augusto *suffectos* dicit. Solebant enim sæpe ante revolutum annum magistratu abire Consules, & novi sufficì, ut ex Vatinio patet & aliis: ita ut hic quoq; Qv. Sulpitio substitui potuerit Papius, & Poppejo Sabino, Poppejus Secundus, nisi ex errore pro Sabino scriptus sit Secundus, quod in fastis Consularibus sæpe evenire videmus. Proinde immeritò taxatur à quibusdam Joh. Ferrar. *t. de success. liber. § post ea,* quod à Papio, & Poppæo collegis legem latam scripserit cum Poppæi collega non fuerit Papius, sed Sulpitius, quia successivè & hunc & illum potuit collegam habuisse. Unde simul tollitur dubitatio Connani, 19. *Pro Ferrar.*
8. Com c 1. n 5. qui se Papium nomen negat invenire sub Augusto. Nam prioribus Consulibus in fastos relatis, suffectorum mentio facta non fuit, de *Tollitur dubium Connani.*
quibus omnibus vide Alciat. 3. disp. 3. Hotman. lib. 2. Inst. civ. Forster. in hist. jur. de ll. Aug. Connan. 8. Com. c 1. n. 5. Covarr. part 2. matr. c. 8 n 7. & 8. Duar. libr. 1. disp. 46. Godd. ad l. 128. n. 1. de V. S. Iust. Lips. ad libr. 3. Ann. Tacit. Camer. lib. 1. hor. succ. c. 65. Forner. ad l. 128. 135. 137. de V. Sign. Anton Fab. Iurispr. Pap. t. 9. princ. 3. Ill. 4. Scip. Gent. 1. de donat. int. vir. & ux. c 5. Cypr. c 12. de [illegible] §. 74. & seqq. Cujac. ad Vlpian. fragm. t. de celib. orb. & solitar. [illegible] lib. [illegible] de jur. liber. Alex. ab Alex gen. dier. lib. 4. Apuleius ad eam legem respicit *[illegible] Apol* quando ait: *[illegible]: Leges jubent [illegible]* Continet verò lex Julia & Papia, sive lex Papia Poppæa, tum pœnas in

 cælibes

21. *Iura maritorum.* cælibes, tum præmia in eos, qui multitudine liberorum juvant Rempubl. *Fuere n. majores nostri*, ait Afranius *in Vopisc. incupidiores liberum*. Augustus recusavit accipere testamentum cujusdam, qui conjugium detrectaverat. *Valer. libr. 7. cap. 7.* Claudius Imper. quæstionem in cælibes, orbos & pauperes instituit, ut patet ex verbis Sueton. *in Claud. cap. 16. Quibus Claudius Imp. Censor cælibatum, aut orbitatem aut egestatem objiceret, iji se maritos, patres, opulentos probarunt.* Idem, *cum Essedario, pro quo quatuor filij deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam illicò misit, admonens populũ, quantopere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatori præsidio gratiaq; esse. Sueton. in Claud. c. 21.* Iura quoq; *maritorum* nominat Dion. *libr. 60.* quæ militibus scribit à Claudio tributa esse, cum alias ex legibus uxores ducere non liceret. Quænam verò illa fuerint, præcisè scire non licet, nisi quod partem explicet Gell. *lib. 2. c. 15. Postquam*, inquit, *soboles civitati necessaria visa est, & ad prolem populi frequentandam præmijs atq; invitamentis usus fuit, tum antelati, quibusdam in rebus,*

In capiendis fascibus. *qui uxorem, quiq; liberos haberent, senioribus, neq; liberos, neq; uxores habentibus, Sicuti cap. 7. legis Iuliæ priori ex consulibus fasces sumendi potestas sit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos, quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utriq; numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur.* Vnde tractum videtur, ut qui liberos habuerint, orbis ac

Magistratibus petendis. cælibibus in albo Decurionum scribendo prælati, *l. in albo. 9. C. de Dec. lib. 10.* & primi sententiam in Collegio rogati fuerint. *l. Spurij. 6. C. eod.* Nam & in candidatis & petitione magistratuũ numerus liberorũ ex lege Iulia, *ut Lipsius*, seu Papia, *ut Connanus explicat*, præpollebat, *Tacit. 2. Ann.* quo alludit & Quinctil: *decl. 278. Non dubium est, quin si honores peterem, profuturus mihi tanquam filius fuerit*, quod aliter quoq; inter-

annis remittendis. pretari licet, quia si quis ad capessendum magistratum non sat annorum haberet, per singulos liberos singuli anni remittebantur. *l. 2. de Minor.* Præpollebat etiam πολυπαιδία in sortiendis provinciis, ut ex fraude patet,

Sortiendis provincijs. quam legi factam ab ambitiosis civibus scribit Tacit. *15. Ann.* quando multi ex orbis liberos adoptabant, ut prævalerent inter Candidatos, mox verò præturas & provincias sortiti, adoptatos emittebant manu. Qua de causa Tiberius senatorem quæstura removit, quod uxorem pridie sortitione

dione ductam, postridie repudiasset, *Suet: in Tib. c.35.* ex quo ostendi dicit Conn. *8.com.c.1.n.5.* Solis maritis aditum patuisse ad quæstorum & similiũ dignitatum magistratus, quod mihi non fit verisimile, cum Gell. *lib. 2. c. 15.* utrumq; Consulem cælibem creari potuisse præsupponat. Remotus autem fuit non ob cælibatũ, sed quia fraudem legi fecerat, quæ maritos cælibibus, fæcundos sterilibus ad magistratum præferebat, ut de Tirone Calestrio testatur Plin. *libr. 7. Epist.* quod in Tribunatu liberorum jure se præcesserit. Notum quippe est ex universa historia Latina & Iure civili, Ius Natorum vel Liberorum, quod orbis interdum magni beneficii loco indulgentia Imperatorum dabatur, *ut ex Dion.lib. 55.Plin.libr.2.& 10.Epist. notat Lips. in 3. Ann.Tac.* quò refero & illud Martial. 22. *Jus liberorũ.*

Jus tibi natorum vel septem, Zoile, detur,
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Livia enim Augusti sic in numerum matrum, quæ ter peperissent, asscripta est. *Dion.li.55.* Plinius de se testatur: *lib.10. Epist. Exprimere, Domine,* (loquitur ad Trajanum) *verbis non possum, quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putasti jure trium liberorum,* ut & Martialis:

Natorum mihi jus trium roganti
Musarum pretium dedit mearum
Solus, qui poterat. & alibi:
Rumpitur invidia, tribuit quod Cæsar uterq;
Jus mihi natorum, rumpitur invidia.

Iuvenal. *Sat.9.* vocat *Jura parentis*, quando adultera exprobrat marito beneficia, quibus sui causa frueretur. Tertull. *contra Valent: Auctoritatem liberorum:* Tacit. *3. Ann. Privilegia parentum,* Isidorus *lib.5.Etymo.c.24.* Ius liberorum definit *conjugum sine liberis invicem pro loco pignorum, hæreditatis alternam circumscriptionem,* quod jus solum, a Theodosio omnibus indultum. *l.1.C.de jur.liber.* notat Cujac. *in not. ad fragm. Vlp.* cum Alciatus putet, etiam trium liberorum jus hac ipsa lege semel induci, quod nec factum est, nec fieri debet, cum naturali & æquissimo innitatur principio, ne curas suas alienis cogatur impendere familiis, qui suis forte non sufficit, aut ad earum sollicitudinem prius obligatur. Ius verò trium liberorum explicat Iustinianus *§ 1 Inst. de excus. Tut. l.1. C. Qui num. liber.* ut, qui tres liberos Romæ, in Italia quatuor, quinq; in Provinciis habeat, excusatus 23. *Jus trium liberorum.*

[illegible] sit, à tutela & cura, illisque oneribus personalibus, ad privatas utilitates [illegible] ex Iulian. [illegible] *in rep. l. 1. pag.* [illegible] *C.* [illegible] Contr. *part. 2 [illegible] c. 8. n. 4.* adjiciendam censeo, quia Decuriones à publicis [illegible] non eximit lex ob tres, sed ob duodecim liberos, *l. si quis decurio 2. ubi Bart: & Luc. de Pen. de Decur. lib. 10.* cæteros vero à municipalibus officiis non prius excusat, quàm si sedecim liberos habeant, *l. semper. § demonstratur. de jur. Immun.* Quod enim vulgò,

24. *Numerus nullus liberorũ excusat ab oneribus patrimonii.*

numero 12. aut 16. liberorum ab omnibus oneribus etiam patrimonialibus, immunes faciant sive Decuriones, sive privatos cives, *Borch. de grad. pag. 121. Goth. fr. ad t. C. qui num lib.* & hac ratione concilient, *l. 1. C. qui num. lib. cum d. l. si quis decurio.* non videtur admittendum, quia quod *in d. l. si quis decur.* indefinitè pronuntiat Iustinianus, patrem 12. liberorum honoratissima munerum quiete donari, illud Iulianus, cujus ea lex est, ad munera personalia coarctat, quando ait *C. Theod. libr. 12. t. 1. l. 55. Qui sit pater 12. liberorum non modò ad Curiam non vocetur, sed etiam, si sit Decurio, honoratissima quiete donetur.* Callistratus verò in *d. § demonstratur.* Pertinacis rescriptum [illegible] verbis accommodat ad munera municipalia tantum. Et hæc decisio totidem ferè verbis proponitur ab ipso Ulpiano. *l. 2. §. 1. & 4. de vac. mun.* ubi ait: *Numerus liberorum, aut septuaginta annorũ ab honoribus, aut muneribus his cohærentibus excusationem non præstat, sed à muneribus tantum civilibus.* Item: *Quæ patrimoniorum onera sunt, numero liberorum non excusantur.* Item *in l. 6. §. 4. de mun. & hon. Munera, quæ patrimoniis injunguntur, vel intributiones, talia sunt, ut neq; ætas ea excuset, neq; numerus liberorũ, nec alia prærogativa, quæ solet à personalibus muneribus eximere.* Adde *l. ne [illegible] l. immunitat. C. de mun. patr. libr. 10.* His omnibus prærogati-

25. *Pœna cœlibũ*

vis & privilegiis destituebantur Cœlibes, qui vel nullos, vel paucitatem habebant liberos, quibus præterea [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *Papias*

Papias leges, quæ ante cogebant liberos suscipi, quàm Juliæ matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem constantissimus Principum Severus excluserat, ut ait Tertull. *in Apol. c. 4.* sed quod ex testamento cujusquam quicquam capere prohiberentur cælibes, & quod, qui sterile conjugium transduxissent, dimidium tantum relicti caperent, reliqua parte in fiscum cadente, quæ Caducum inde, ut & lex Iulia Caducaria, dicebatur, illud ante Constantinum abrogatum non fuit. *Niceph. d. c. 46. Sozomen. in hist. Eccles. lib. 1. c. 9. in Tripart. lib. 1 c. 10. Euseb. libr. 4. vit. Const.* Antiqua autem lege ita rem se habuisse, colligere licet ex Tertull. *de Monogam. Aliud est, si & apud Christum Legibus Iulÿs agi credunt, & existimant cælibes & orbos ex testamento Dei solidum capere nõ posse.* Nam de Tiberio, narrat Dion. *libr. 58.* quod procurasset, ut quibus ipse institutus esset hæres, vel à quibus legatum testamento habuisset, post mortem suam, id Caligulæ relinquerent, *quia ipse nec uxorem habebat, nec liberos.* Ulpian. *in fragm.* ait: *Cælibi relictum legatum caducum fieri, nisi legi intra 100. dies paruerit:* & huc alludit Adultera apud Iuven. *Sat. 9.* marito sua beneficia exprobrans:

Jura parentis habes: propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Item Plutarch: *in libr.* περὶ φιλοσοφ. quando Romanorum multos ait *uxores ducere & liberos serere, non ut hæredes habeant, sed ut ipsi hæredes esse possint.* Duo autem continet, pœnam sterilitatis, & cælibatus. Illam merito duram vocat Euseb. *4. de vit. Constant.* quippe quæ plectebat steriles, tanquam πεπλημμεληκότας, cum tamen in neutrius conjugum potestate sit, liberos sibi procreare, ut respondebat Jacob Racheli. *Gen. 30.* Si enim rectè Ulpianus, *portentosum quoq; monstrosum, aut debilem partum mulieri prodesse dixit, ad jus liberorum, civitatis, aut capiendi ex testamento,* ex hac ratione, *quia non est, quod ÿs imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperaverunt: neq; id, quod fataliter accessit, matri damnum injungere debet:* l. quaret. 135. de V. Sig. ne plectenda quidem videtur sterilitas, quia sine culpa conjugum sæpe obtingit. Si quis verò aut amore desidis otii & fuga molestiarum, aut ne à liberis voluptatibus compede nuptiali retrahatur, aut qua alia de causa privata, sine vocatione divina ad cælibatum, matrimonium defugiat, & sine uxore liberisq; consenescat, Eum fas est Censoriam virgulam experiri,

26. *Tolli non debuerant.*

Cælibes nihil capiunt ex legatis.

27. *Pæna sterilitatis injusta.*

28. *Quo casu plectendus cælibatus.*

experiri, & iniquæ voluptatis pœnam meritò luere, quia ad commoda Reipubl. quantum in quoq; est, promovenda singuli cives obligantur, & qui onera ea subire tergiversantur, à magistratu compelli possunt. *l. si quis. de Mun. & honor. l. Lucius. ad Municip.* Pythagoras etiam apud Inferos post mortem cruciari vidit, qui, dum viverent, uxorum congressus, ex invidia & odio publici boni, non sine peccato, fugissent. *Diogen. libr. 8.*

SECT. 6.

De finibus Matrimonii.

1. *Quot numerentur fines matrimonij.*
2. *Finis primarius, seu procreatio sobolis, quid sub se contineat.*
3. *Interest Reipubl. ut conjugia frequententur.*
4. *Et id instinctu naturæ docemur.*
5. *Bellarmini cavillus in Lutheri & Philippi præceptum naturale.*
6. *Ejusdem convitium in Deum.*
7. *Repletionem terræ, non esse nisi finem remotum conjugij.*
8. *Osores conjugij quomodo peccent in naturam.*
9. *Plerisq; à natura impositam esse necessitatem conjugij.*
10. *Sacerdotibus in casu necessitatis ducendas uxores etiam secundum Pontificios.*
11. *Ex nimia commendatione cælibatus spretum iri honesta matrimonia.*
12. *Si uxorati nequeunt hortari ad cælibatum, nec cælibes possunt consolari conjuges.*
13. *Vana responsio Boteri rejicitur.*
14. *De altero conjugij fine, sc. adjutorio.*
15. *De tertio fine, sc. ad vitandam fornicationem, qui est accessorius.*
16. *Bellarminus redarguitur, quod verba Apostoli accipiat de solis conjugatis.*
17. *Pauli verba non continere tam consilium, quam præceptum.*
18. *Et ab ijs non excipi, qui temerarium votum emiserunt,*

1. *Quot fines matrimonij.* QUod verò sine conjugio & sobole Respubl. subsistere non possit, non aliunde expeditius, quam ex finibus conjugii deducitur, quorum plures particulares proponit Montecatin. 2. *Polit. c. 4. in prin. Schol.* sed qui omnes ad tria præcipua capita reducuntur, procreationem sobolis, mutuum adjutorium & remedium libidinis. Bellarm. *lib. 4. de Matrim. Sacr. c. 10* adjicit quartum, ut sit Sacramentum Christi & Ecclesiæ. Præcipuus &
2. *Finis prim.* primus omnium est procreatio sobolis, cum hujus gratia institutum fuerit conjugium in ipso Paradiso, & contineat sub se conservationem tam Reip. quam Ecclesiæ, nec non familiarum & privatim personæ cujusque,

quæ

quæ in prole subinde renascitur & immortalitatem primæ causæ assequitur. *l. liberor. 220. §. fin : de V. S.* Unde Phocylides : *μὴ μείνης ἄγαμος, μὴ πῶς ἀνώνυμος ὤλυαι.* Sed ut privatam hanc utilitatem, quæ ex jucundo liberorum intuitu, & stirpis ab interitu vindicatione capitur, omittamus, publicam cum Augusto ob oculos nobis ponamus, ex oratione Censori *1. apud Dion. lib. 56.* Sine generatione enim, quæ genus humanum quasi immortale facit, *ut ait Iustinian. l. lege 12. tab. 14. C. de legit. hæred. § rursus Novell. 39. de restit. & ea quæ.* Respubl. subsistere non potest nec Ecclesia *l. 1. sol. matr. l. 2. C. de ind. vid. toll.* & proinde sicut Reipubl. interest, ut repleatur civitas liberis hominibus, *d. l. 1. sol. matr. l. hoc modo, de cond. & demonstr. l. fin. § si plures de bon. damnat.* ita & Reip. interest, ne deserantur nuptiæ, quibus soli honeste satisfieri potest naturali libidini, & civitatis amplitudo conservari. Vnde *seminarium Reipubl.* vocantur Ciceroni, *libr. 1. Offic.* & nihil iis *humano generi datum vel præstantius vel utilius* asserit Iustin. *§. 1. §. hæc nos d. Nov. 39. de rest.* Augustus negat se videre, qua ratione Resp. stare & conservari possit, *nisi forte expectent, quod est in fabulis, ut ex terra aliqui exoriantur, qui Rempubl. excipiant & tractent* 3. *Reipubl. interest, copiosâ sobole civ.*

Si mos antiquis placuisset matribus idem,
Gens hominum vitio deperitura fuit.
Quiq; iterum jaceret generis primordia nostri,
In vacuo lapides orbe, parandus erat, ait Ovid. de muliere sponte abortiente.

Procopius Rempubl. Roman. inde pessum iisse scribit, quod, cum homines procreationi liberorum negligentius se dederent, infrequentiores factæ civitates incursioni Barbarorum obsistere non potuerint. *libr. 2. bell. Goth.* Pergit autem Augustus. *Hortari itaq; se, ut insanire desinant, & secum reputent, urbem nullo modo salvam esse posse, nisi in locum eorum, qui morbis & bellis absumantur, alij substituantur.* Imò longius provehitur, *sacrilegos, homicidas, impietatis & proditionis reos faciens omnes eos, qui aras Deorum, & sacra familiarum sua incuria in nihilum recidere sinant, qui quasi in herba suffocent, quos de se gignere potuissent, qui majorum nomina dedita opera deleant, & patriam, civibus vacuam, exponant ludibrio hostium. Quisquis,* ait Muson. *apud Stob. serm. 65* homines *nuptijs privat, is abolet familiam, civitatem & totum genus humanum, quod absq; generatione non potest permanere.* Plato ex hac necessitate

excusat molestias conjugii, quando ad hanc considerationem parentes deducit: *Oportere eos gignere, ad conservandam propagatione sobolis naturam humanã, ut singuli Deo alios cultores suo loco substituant. lib. 4. de LL.* Natura, seu potius Deus ipse postquam finem hunc conjugio præstinasset, & ut, quã sit ad conservationem Rerump. necessarius, ostenderet, stimulos tantos non tantum hominum, sed & aliorum animalium, quæ conservata ad totius venustatem volebat, inclinationibus adjecit, quantos nullibi aliàs invenire licet, ut si segnius aliquis fortasse, ex neglectu publici boni, movere incipiat, intus habeat, à quo moneatur, & impellatur. Proinde non tantum Arist. *1. Polit. c. 1.* Cicero *1. off. 4. de finib.* sed & Vlpianus *l. 1. §. fin. de just. & jur.* & Iustinianus *in pr. Inst de jur. nat gent.* ex naturæ origine matrimoniorũ necessitatẽ deducunt, & ille eleganter dicit: *3. de finib. Cum ad tuendos conservandosq; homines, hominem natum esse videamus, consentaneum est huic natura, ut sapiens velit gerere & administrare Rempubl. atq; ut è natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare.* Adde *l. un. C. de rei ux. act. l. nihil interest. ff. de bon. libert.*

4. *Ad nuptias hortatur nos natura.*

5. Vt hunc finem, & præceptum divinum & naturæ, quod hinc extruxerant Luther. *in Gen. c. 2.* & Philipp. eludat Bellarm. *lib. 1. de Cler. c. 21.* respondet, per verba: *Crescite & multiplicamini*, non constitui, nisi præceptum naturale, quod quia est affirmativum, non obligat, nisi in casu necessitatis, sicut edendum & bibendum non est, nisi quando periculum est, ne pereat individuum. Cum autem finis hujus præcepti exprimatur, *Gen. cap. 1. ut repleatur terra*, postquam easatis repleta est, putat præceptum expirasse, quod eo potissimum tempore viguit, cum terra esset vacua. Nunc verò in id incumbendum, ut repleatur cælum, quod melius continendo, quam nubendo fit, quam responsionem reperit Ferdinand. Robell. *part. 2. de obligat. ex contr. lib. 1. de. contr. in gen. q. 2. & refert Perer. lib. 4. in Gen. 10. c. 2. v. 28. in disp. advers. hæret. ex Lombard. 4. sent. dist 26.*

Vnde præceptum naturale.

Delusum à Bellarmini.

6. Posteriorem hanc in conjugii autorem blasphemiam paulo post tangemus, utpote quod nuptias, à Deo institutas, non alio loco habeat, quam impedimenta vitæ æternæ, item quod Deum statuat primis seculis, cum promiscuè omnibus conjugii onus injungeret, magis fuisse intentum replendæ terræ, quam cælo: Multò plures in una responsione fallacias detegemus. Nam & fines conjugi insufficienter allegat, & imperfectè ad argumentum accommodat.

Nam

Nam finis proximus conjugii non est repletio terræ, sed remotissimus, cui subjiciuntur, conservatio Ecclesiæ & Rerumpubl. repletio singularum civitatum, propagatio familiarum, & sui ipsius ab interitu vindicatio. *l. 220. §. fin. de V. Sign.* Si igitur ex præcepto naturali edendum est, ne pereat individuum, ex eodem conjugium ineundum, ne pereat familia, domus, civitas. Alias etiam edendum non esset, nisi ingrueret desolatio terræ, quia sicut repletio terræ finis est remotus conjugii, ita conservatio hominum in terra finis est remotus, ob quem edimus & bibimus. Timuit verò ipsa natura desolationem, quod patet ex appetitu, singulari voluptatis ardore armato. Absq; eo enim esset, permulti & à conjugio & in universum à coitu, nativo quodam pudore quasi retracti, abstinerent, *ut ait Laurent. lib. 2. Anat. q. 19.* quod ut præcaveret natura, ad pudendam & mulieri tam laboriosam actionem, animalia omnia stimulo voluptatis allicere voluit, ut non immeritò, contra naturæ impetum agere & in naturam ipsam peccare à Philippo *in loc. de conj. Luther. serm. de Matrim. in Gen. c. 2. Erasm. in Encom. Matri.* dicatur, qui desiderio generandi honestè non obsequitur. Nec est, quod Christum, Mariam, Iohannem impiè reos hujus peccati agi objiciat, quia & à cibo Christus abstinuit, dum natura per gratiam ultra sortem humanam dotata fuit. Et Clemens Alex. 3. *Strom. Eum missum*, ait, *non ad generationem, sed ad opus redemtionis.* Esse enim quosdam Sanctorum à regula exemtos, propter dona supernaturalia vocatione divina, sine fraude præcepti aut regulæ, asseri & concedi potest, ut & Lectius respondet cavillis Antonii Fabri, *libr. 2. præscr. Theol. ass. 10.* Reliquis verò temerè Deus tentandus non est, aut naturæ lex & ordo sacrilegio violandus. Nec enim sola generatio finis est conjugii, sed quia ad finem hunc promtiùs appetendum, flammas cupidinum adjecit natura, quibus non nisi pauci, quos æquus amavit Iuppiter, non succumbunt, ad vitandam fornicationẽ unusquisq; tenetur habere uxorem suam, 1. *Cor.* 7. ut in tertio fine dicemus, & proinde casus necessitatis, quem abesse putat Bellarm. ubiq; præsto est, videl. ne stimulus libidinis, à natura inditus degeneret in turpe flagitium. Esto igitur hoc præceptum naturale, non nisi in casu necessitatis usurpandum. Atqui restinctione libidinis semper opus est ex instituto naturæ. Ergo & conjugio. Adde, quod saltem quandoq; ex hoc responso Bellarm. sacerdotibus injungi queant matrimonia, cum sc. terra non sit plena. Tum enim concedit Bellarm. præceptum naturale omnes obligare, idque consentit Scotus 4. *sent. dist. 26.* inquiens: *Et est institutio matrimonij per modum præcepti affirmativi,*

7. *Repletio terra an finis conjugij.*

8. *Bellarm injurius in naturam.*

9. *Necessitas conjugij plerisq; imposita à natura.*

10.

tivi, quod obligat semper, sed non ad semper, sed tempore necessitatis, non tantum in principio, sed adhuc videtur eodem modo obligare si paucitas in filijs ex aliqua causa accideret. Quoties verò fame, bello, peste, inundationibus pereunt familiæ, oppida, civitates, regiones? Et hoc saltem casu obligabuntur sacerdotes uxores ducere, ut primi olim parentes, sicut propterea *Gen.9.* post Cataclysmum primum præceptum & benedictio à Deo ipso repetitur, ut notat Lomb.4. *dist.26.* & Constantia, unica hæres regni Siculi eo prætextu contra fidem datam & religionis professionem, ex cœnobio extracta & in matrimonium collocata est. Quod si etiam licentia fiat vulgo satisfaciendi libidini, vulgari venere aut amore concubinarum, verendum certè est, ne tandem, ut in Republ. Lacedæmoniorum omne honestum coniugium pessum eat, sicut ex communi hominum voto dicit Metellus: *Omnes libenter carituros molestia uxorum, si sine ijs esse liceret, salvo statu Reipubl.* Gell. *1 c.15.* & in Italia & Hispania in Monasteriis sæpe plures reperiuntur ex cælibatu sine curis pinguescentes, quam laboriosi patresfamilias in urbibus, quod ex Catalogo & computatione Frument. *de secret. financ. de Franc.* itidem patet, ne respondere possit Bellar. *libr. 2. de Monach.c.32. ex Hieron. 1. in Iovin. non esse timendum: ne omnes homines virgines fiant Difficilem rem esse virginitatem, & ideo raram, quia difficilem.* Nam licet virginitatem illibatā non servent, à conjugii tamen molestiis sese retrahent, tantillum voluptatis, tanto dolorum onere nequaquam emturi. Augustus, censu acto, cum plures invenisset desidiæ cælibatus, quam honestis matrimoniis deditos, occasionem Iulias rogationes ferendi hinc traxit. *Dion.lib. 56.* Nec tamen, ne sic quidē multū profecit. Nam, ut scribit Tacit. *3. Annal. Licet post tot Julias rogationes, legem tulisset, incitandis cælibum pœnis & augendo ærario. Non tamen ideo conjugia & educationes liberum frequentabantur prævalida orbitate,* ubi citat Lipsius illud Senecæ: *In civitate nostra plus gratiæ orbitas confert, quam eripit, adeoq; senectutem solitudo ad pœnitentiam ducit, ut quidam odia filiorum simulent, & liberos servent & orbitatem manu faciant.* Usq; adeò non tantum ad cælibatum, qui sua tranquillitate pingui otio ultrò homines allicere idoneus est, sed etiam ad conjugium, quod molestiis & turbarum, quæ hinc timentur, acerbitate deterret, monitis, legibus & increpationibus compellendi sunt. Ne iterum nobis objiciat Bellarm. *1. de Cler.c.19. in arg.5.* Quomodo efficaciter exhortabitur viduas & virgines,

nes, qui liberis perpetuò operam dat? Nam qui consolabitur pressos conjuges, qui vitandarum molestiarum causa conjugii onus sedulò excussit. Sed ut Episcopi *Iesum pauperem & esurientem farctis & repletis corporibus predicant & jejuniorū doctrinam rubentes bucca tumentiaq; ora proferunt*, dicente Hieron. *in c.2. Mich.* Ita conjugum naufragia ficci in littore ridere possunt potius, quam consolari, sacrificuli Pontificii. Ego verò etiam contra sciscitor: Qua fronte libidinosus Monachus confessiones occultorum criminum, & offensionum conjugalium (siquidem omnia in aures dictanda sunt) audire, & peccantem redarguere potest, cui, tanquam virgini, nefas est in arcana conjugii descendere, & obscœnis verbis aures delectare? Nec quicquam obstat Politica responsio Boteri *8. Polit. Illustr. c.4.* quod sacerdotum in Anglia & Germania conjugia nihil conferant ad incrementum civium, cum non satis sit liberos generari, nisi & educentur. Quo enim ex impedimento fit, ut sacerdotes nequeant liberis educandis operam dare, & parvam familiam regere, cum secundum Bellarm. sine officii neglectu possint integras moderari respubl. Nec alimenta iis desunt, quæ probè institutis nunquam deficiunt, nec tam arctis cancellis ulla civitas circumscribitur, quin capax sit paucorum illorum liberorum, quos fortasse unus & alter sacerdos relinquit.

Alter finis Conjugii consistit in utilitate & jucunditate privata, quam exprimit consilium divinum his verbis: *Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adjutorium, Gen. c. 2.* Est enim non tantum fœmina suâ naturâ imbecillis, sibiq; prospicere non satis idonea, sed etiam vir sine adjutorio muliebri nequit subsistere, *ut ait Arist. 1. Polit. c.2.* & ex hac causa naturali impetu fertur alter in alterum, tanquam sui partem, quod Plato fabula divisorum hominum adumbrare voluit, *Cal. lib. 15. c.13. Euseb. 12. præp. Evang c.7.* desumta, *ut suspicatur Connan. lib. 8. c. 1. n. 3.* ex prima mulieris formatione, quæ divisa à corpore Adami, *Gen. 2.* & ex costa exædificata legitur. De imperfectione solitariæ vitæ laudavimus supra sententiam Salomonis, *Eccles. 4. ubi Iun. notat commoda vitæ socialis. c. 2. de stat. Monach.* & Aristotelis. *8. Eth c.12.* Græci, quasi cœlibes imperfectionis tacitè arguerent, τελείους vocabant nuptos & προτέλεια, donationem propter nuptias. Strabo in eum sensum interpretatur Epithethon ab Homero Mysis datum, quo eos vocat ἀβίους, quasi in vita mortuos, quod conjugii commodis carerent, seu, quod brevi intervallo, dum posteritatem nullam relinquunt, quasi non vixissent, prorsus emorerentur. Sed ut hic finis

14. *Solitaria vita quam imperfecta.*

nis privatim quemq; allicere poteſt ad conjugium affectandum, ita publici commodi non, niſi ex conſequenti, intereſt, utrum quis duriter & continente, vel molliter & laxè domi ſuæ vivat, & propterea pergimus ad finẽ tertium, qui poſt lapſum acceſſit & proinde principalis non eſt, ſed acceſſit ad officium naturæ, quaſi remedium infirmitatis, *ut ait Auguſtin. c. nuptiarum 27. q.1. Lombard. 4. ſent. diſt. 36.* Poſtquam enim primorum parentũ lapſus omnia corrupit, & cupido generandi in inordinatam degeneravit libidinem, honeſto conjugii refrigerio eam extinguere voluit divina ſapientia & hinc jubet Paulus, *ut ad vitandam fornicationem, quiſque ſuam uxorem habeat,* *1. Cor. 7.* Bellarmin. *c. 21. lib. 1. de Cler.* coarctat verba Apoſtoli ad ſolos conjugatos, & negat iis præceptum, ſed conſilium tantùm contineri. Utrumq; ſine ratione, & contra manifeſtum textum affirmat. Nam ſi de ſolis conjugatis loquitur, qui dubitabant, utrum poſt converſionem, ductas in Paganiſmo uxores retinere debeant, cur nõ eadem facilitate & magis propriè dixit: *Vnusquiſq; retineat uxorẽ ſuam?* Sed Periodus præcedens, & ratio adjuncta limitationem hanc non admittunt, quia in genere reſpondet Apoſtolus literis Corinthiorum: *Bonum eſt mulierem non tangere,* quod ipſe Bellarminus potius de innuptis, quam nuptis accipit, confiteturq; Hieron. *1. in Iovin.* & proinde adverſativa in eadem generalitate accipienda erit: *ſed propter fornicationem quiſq; habeat uxorem* &c. Lex enim explicatur ex ſua ratione. Ratio præcepti Paulini eſt, nedum vitant conjugium, incidant in fornicationem. Patet verò, periculum fornicationis, ſi abſtineant à nuptiis, tam impendere innuptis, quam conjugatis, & proinde in paribus cauſis paria jura ſtatuenda. *l. illud 32. ad l. Aquil.*

15. *Finis tertius.*

Acceſſorius poſt lapſum.

16. *Bellarmini effugium.*

Rejicitur.

17. *Rejicitur & alterum.*

De conſilio quod addit, ne reſponſione quidem indiget, quia conſilium Apoſtoli non poteſt eſſe niſi bonum, & ſacris literis conforme. Quod verò tale eſt, id Chriſtianus quiſque ſequi tenetur, ut præceptum, quia *quod bonum eſt, quod honeſtum eſt, hoc facite,* inquit idem alibi. Nam ſi conſilium hoc tale ſit, quod ſequi liceat & non ſequi, cum duæ tantum pateant viæ, ut aut uramur, aut ineamus conjugium, qui poſterius detrectant, ex conceſſione Bellarmini licitè agunt, ſi urantur & non contineant, ſed liberis luſtris liberè ſtudeant. Quando verò alterutrum vitioſum eſt, alterutrum neceſſariò ſequendum eſt, quia honeſtum & virtutem in ſe continet vitio oppoſitam.

18. *Nec non tertium.*

Deniq; quod à Pauli conſilio excipit, qui votum continentiæ emiſerunt,

ferunt, quia de iis scriptum est: *Redde altissimo vota tua*, *Psalm. 50.* non quævis vota ex Zelo inconsiderato profecta reddenda sunt Deo, non certè, quæ temeritate quadam, aut inscitia expressa sunt, aut quæ vergunt in pernitiem publicam & contra bonos mores, ut Saulis, *1. Reg. 14.* Davidis, *1. Reg. 25.* Herodis, *Matth. 14.* Jephthæ. *Iudic. 11. ut plurib. Canonibus probat Gratianus. 22. q. 4.* quemadmodum lex Iulia de maritandis ordinib. gratiam jurisjurandi indulget, quod liberto in hoc impositum fuerat, ne uxorem duceret, libertæ, ne nuberet, si modò nuptias contrahere ritè velint, *l. adigere. §. ult. de jur. patr.* quia juratum erat contra auctoritatem legum & utilitatem publicam.

De cælibatu Pontificio & dignitate Conjugii. Sect. 7.

1. *Vnde errorem, de indignitate conjugij traxerit Hieronymus.*
2. *Qui primi damnarint conjugium, quasi tectam fornicationem.*
3. *A quibus Pontificij suam superstitionem suxerunt.*
4. *Pontificij nihil differunt à Manichæis.*
5. *Et licet videri nolint, reipsa tamen damnant conjugium.*
6. *Encomia conjugij ex Syric. Innoc. & Bellarm.*
7. *Contradictiones aliquot Bellarmini.*
8. *Castitatem perperam opponi conjugio.*
9. *Quid significet σωφροσύνη in c. 1. ad Tit.*
10. *Mira Philosophia Bellarm. de virginitatis habitu.*
11. *Alia conjugij Encomia ex Bellarmino.*
12. *In conjugium non cadere fornicationem.*
13. *Conjugium per se esse bonum, respectivè & per accidens malum.*
14. *Cælibatus quo sensu præferatur conjugio.*
15. *Conjugium dicitur Malum, id est Incommodum, οὐ συμφέρον.*
16. *Paulus limitat sententiam suam ad continentes.*
17. *Conjugium absolutè bonum esse.*
18. *Eamq; bonitatem æstimandam ex fine primario, cujus gratia conjugium institutum in Paradiso.*
19. *Libido & inordinatus appetitus inest per accidens & accessit post lapsum.*
20. *Argumentum primum Bellarm. ex c. 1. ad Tit. reijcitur.*
21. *Retorquetur & alterū ex 2. Tim. 2. & in ipsum Bellarminum directò obvertitur.*
22. *Quæ negotia vitæ intelligat Apostolus.*
23. *Redarguitur versio Latina.*
24. *Bellarmini sententia interdicit nuptijs omnibus hominibus.*

58. In.

58. *In Ecclesia Orientali licite Diaconi contrahunt matrimonium.*

59. *Nemo potest de auxilio divino certus esse, qui orat continentiā sine promissione.*

60. *Vocatus ad conjugium non debet vocationem deserere.*

61. *Ridicula responsio Bellarmini rejicitur.*

62. *Alia simpliciter sunt utilia, alia huic aut illi subjecto.*

63. *Nullo S. scripturæ testimonio assignari cælibatui vitæ æternæ præmium.*

64. *Quo fine laudetur Eunuchismus.*

65. *Non tantum laudari, quæ sunt in nostra potestate.*

66. *Quam sit difficile continere sine ope divina.*

67. *Incestus seu scortationes Vestalium.*

68. *Ad perfectionem cælibatus requiritur non solum integra caro, sed & mens.*

69. *Mentem integram rarò quisquam servat etiam in solitudine, destitutus ope divina.*

70. *Difficilia & impossibilia ferè habentur pro iisdem.*

71. *Paulus ad cælibatum vetabat admitti Diaconissas, nisi vetulas.*

72. *Cujus consilio & rationibus prorsus contraria sunt vota Pontificiorum.*

73. *Etiā illos cadere, qui præsumunt, se velle stare, & virginitatem juratam servare.*

74. *Pleriq; ob causas civiles, pauci amore regni cælorum intrant religionem & cælibatum.*

75. *Doctrina Pontif. conscientiis sacerdotum injicit laqueum, contra expressum Dei interdictum.*

76. *Constitutio Leonis probatur.*

Hieron. *libr. 1. in Iovin. in pr.* in hunc solum finem demersus, nec eum quidem ipsum satis accuratè intuens, pertinaci disputandi studio, & Iovianismi odio in contrarium prolapsus est, & conjugium, contra propriam protestationem, in ordinem rerum malarum seclusit, quod non subeat rationem boni, nisi in comparatione majoris mali, sc. fornicationis. *Si enim*, inquit, *bonum est homini, mulierem non tangere, malum est ergo tangere. Nihil enim bono contrarium est, nisi malum.* Item: *Si malum est, & ignoscitur, ideo conceditur ne quid malo deterius fiat. Quale autem bonum est, quod conditione deterioris conceditur? Tolle fornicationes & non dicet: Unusquisq; uxorem suam habeat.* Quid potuit Marcion vel Secundus, vel Montanus, ejusve Paracletus, in conjugium effutire durius & iniquius? Tertullianus, *de exhort. casti.* nuptias etiam primas ait constare *ex eo, quod est stuprum*, & Hieron. ubiq; 1. *in Iovin.* de conjugio loquitur, tanquam de levi & ex indulgentia,

1. Error Hieronymi.

Tertull.

seu venia, (sic enim vertit συγγνώμην Pauli. 1. *Corinth. c. 7.* quam tamen Augustinus, *de bon conj c. 8. & 10. de bon. viduit. c. 3. & 4.* trahit tantum ad concubitus, qui fiunt, ut ipse ait, *per incontinentiam, non procreandi causa, & aliquando nulla causa procreandi)* concessa fornicatione, quemadmodum divortia Christum, contra legem Mosis, concessisse addit Tertull. Tatianus hypocrisin affinxit Marcionis dogmati, & quasi cælibatum extollere non potuisset, nisi prius deprimeret conjugium, quæ absolutè contra conjugium ab illo disputata erant, comparate intellecta voluit, ut impleretur vaticinium Pauli. 1. *Timoth.* 4. quod *postremis temporibus à fide multi sint abituri & accessuri mendacib. spiritib. qui in hypocrisi prohibituri sint conjugiũ, & abstincturi cibos.* &c. Digito enim quasi tangit Pontificios, qui utriq; superstitioni adeò tenaciter inhærent, ut citius ab articulo aliquo fidei sacris literis expresso se abigi patiantur, quam vel carnem gustent sexta septimave feria, vel conjugium permittant sacerdoti. Licet enim Bellarm. *libr. 1. de Cler. c. 20. in sol. arg. 1.* suorum sententiam separet à sententia Marcionis, quod nuptias non damnent in universum, ut malas, sed in ordine sacerdotum tantum: tamen in castra Manichæorum nolentes volentes secedunt. Nam ipse Bellarm. *libr. 2. de Monach. c. 32. sol. arg. 2.* nuptias improbat in toto genere humano, dum illud Apostoli, *volo omnes esse, sicut meipsum,* sic explicat, quasi *satius esset omnes in mundo esse cælibes,* &c. 30. *sol. 2.* ait: *Apostolus absolutè optat omnes continere, & tamen alterum permittit cedens infirmitati quorundam, id est, nubere.* Nec dubium est de sententia Hieronymi, qui Apostolum, conjugibus, post preces & jejunium, reditum ad operas conjugales indulgere scribit, non aliter, *quam propter majorem ruinã: & per indulgentiam, quemadmodum & fornicatoribus per pænitentiam fores Ecclesiæ aperiuntur, quodque his est majus, incestis.* Et sicut impossibile esse infra demonstrabimus, ut secundæ tertiæve nuptiæ damnentur, non damnatis primis, sicut ex Tertulliani *in lib. de Monog. ad ux.* argumentis luce meridiana clarius demonstrat Beza: *part. 2. de Polyg. in pr.* ita quoq; fieri non potest, ut nuptiæ tollantur ex clero, si non eodem stimulo perfodiantur in populo. Nam ut rectè advertunt Petr. Mart. *in lib: de Cælib. & vot. Monast.* Chemnit. *part. 3. Exam. c. 2.* Manichæi non tollebant promiscuè nuptias, sed iis interdicebant tantũ suis *Electis*, teste August. *2. de morib. Manich. c. 18. & in Epist. 74. ad Deuter.* perinde ut hodie Pontificii. Bellarm. quidem *d. c. 20.* discrimen quoddam tentat, ex eo, quod

2. *Conjugium esse concessam fornicationẽ.*

Tatian.

3. *Pontificij*

Bellarmin.

Hieron.

4. *Non dissentiunt à Manichæis.*

quod Manichæi toleraverint nuptias in vulgo compescendæ libidinis ergo, sed tamen non laudarint, nec probarint, quod Pontificii quidem facere videri volunt, & verbis utcunq; faciunt, reipsa verò negant. Ad quid enim argumenta hæc *ex Syrac. 26. Sapient. 3. Apocal. c. 4.* quibus puritatem carnis & Spiritus solis virginibus asscribunt, aut illa *ex Exod. 12. 19. 28. 1. Reg. 21.* quibus impuritatem conjugii evincere laborant, nisi ut conjugium cum Marcione & Tatiano, tanquam rem impuram & sua natura malam absolutè damnent, & imperfectioribus in Ecclesia, propter pertinaciam libidinis, non secus ex indulgentia concedant, atq; Moses concessisse dicitur divortia. Syricius sanè *in Epist. ad Himer.* & Innocent. I. *in Epist. ad Victr.* sacerdotes conjugatos *sectatores libidinum* vocant & *praeceptores vitiorum, immundos, coinquinatos carnali concupiscentia, qua Deo placere & exaudiri non possint.* Quod verò his encomiis afficitur, an illud obsecro laudatur & probatur? Quod reddit hominem totum carnalem & ineptum ad divina, *Bellarm. lib. 1. de Cler. c. 18. arg. 1.* & ne de solo actu conjugali id accipias, de toto conjugio repetit: *c. 19. in rat. 5.* quod animã ipsum carnalē quodammodo faciat: Itē, Quod opponitur castitati, *d. c. 18. arg. 2.* continentiæ, *d. c. 19. arg. 1.* & virtuti: *libr. 2. c. 32. in respons. ad rat. 6.* an quisquam sanæ mentis illud, nedum Christianus probare poterit, aut laudibus prosequi? Non possum autem, quin turpes Bellarmini hallucinationes, &, ut in re incerta falsave fieri solet, temerarias contradictiones, obiter, priusquam ad Encomia redeam, ob oculos ponam. In *d. c. 18 arg. 2.* negat, in conjugio esse castitatem, quando castitatem Episcopis & Diaconis ab Apostolo imperatam scribit, & per hanc excludi licentiam ducendi uxores. In *c. 19. arg. 1.* contrarium asserit: *Castitatem* scilicet *communem esse conjugatis.* Quod si forte duplicem castitatem fingat, alteram cælibum propriam, alteram communem, cur duas res diversas uno nomine complectitur? Latet autem fucus in hac confusione, quia & concilium Trident. *Sess. 8. Can. 9.* castitatem professos negat posse matrimonium contrahere, & sic castitatē assignat soli cælibatui, quod sacris literis apertè refragatur, & his ipsis locis, quæ perperam Bellarm. ex Apostolo advocat. Nam ab Apostolo dicit imperari presbyteris castitatem: Si jam per castitatem accipit continentiam cælibatus, ut evitet contradictionem, & matrimoniis suum relinquat honorem, ubi quæso fundatur Apostolicum præceptum, quo cælibatus annectitur sacerdotio? Quanquam enim sacrilegii instar sit, Apostolica præcepta suggillare, quasi divina

5. *Revera damnant ipsum conjugium.*

6. *Encomia conjugii ex Bellarm.*

7. *Bellarmini contradictiones.*

8. *Castitas non opponitur conjugio.*

na non sint, cum tamen paulò post *d. c. 19.* ex veteri testamento & ex verbo divino petitis rationibus cælibatus probetur sacerdotio necessarius: tamen cælibatus nullibi mentionem facit Apostolus vel *in Epist. ad Timoth.* vel *ad Tit.* σωφροσύνην requirit, *ad Tit c. 1.* sed quam mox *c. 2.* etiam nuptis mulieribus attribuit. Addit etiam ἐγκράτειαν, quam quis est, qui solis cælibibus attribuit & interpretatur per abstinentiā ab uxoris amplexibus? Et licet Hieronymus ut opinioni suæ inserviret, sic interpretaretur, interpretationem tamen textus non recipit, quia præcedentibus verbis præsupposuerat Paulus talem Episcopum, non qui *fuerit, ut interpretatur Euseb. 1. demonstr. Evang. c. 9.* sed qui *sit unius uxoris maritus, & liberos habeat nulli infamiæ obnoxios*: Et tamen in hoc requirit σωφροσύνην & ἐγκράτειαν: ideoq; ἐγκράτεια, quā intelligit Paulus, nō repugnat conjugio, quandoquidem ab ipso in eodem subjecto collocantur. Aut igitur sibi contradicit Bellarminus aut Sophisticè advocat Apostolum, qui castitatem quidem requirit in Episcopo, sed non talem, quæ excludat honestum conjugium, cum expressè Episcopum constitui jubeat, castitatis ita studiosum, ut præter suam unicam omnes alias mulieres ignoret, quæ sient. Mira autem sunt, quæ de virginitate philosophatur Bellarm. *d. c. 32. in arg. 6. sol.* dum nunc eam c[illegible]stuit virtutem, nunc negat. *Antequam,* ait, *Deo consecretur non est virtus, sed actus heroicus temperantiæ, cui non opponitur vitium, sed minus aliquod bonum: quatenus verò est perfecta refrenatio concupiscentiæ, & proinde medium ad melius ac purius Deum colendum est omnino virtus.* Annon & perfectè refrenatur concupiscentia ante votum, imò tanto perfectius, quantò qui refrenat, liberius agit & magis voluntarium gratumq; officium Deo offert. *Psalm. 53. 1. Cor. 7. 2. Cor. 9.* Aut quid est, quod votum addit ad rationem virtutis? an apud Pontificios nemo temperans est, nisi qui temperantiam Deo vovit? Ad hæc, si continentia est actus heroicus temperantiæ, præsupponit saltem virtutem, & eius ratione opponetur vitio. Nam virtus heroica specie non differt à virtutibus reliquis, *ut censet Thom. 1. 2. q. 54. art. 3.* sed splendorem tantum ex instinctu divino singularem superaddit, qui ipse splendor non minori bono, sed contrariæ feritati opponitur, *ut docet Arist. 7. Eth. c. 1.* Deniq; si continentia in cælibatu est actus heroicus temperantiæ, vel de sententia Aristotelis nemini obtingit sine nutu & dono divino, & proinde promiscuè ab omnibus hujus vel illius ordinis exigi non debet, quia Deum omnes ex æquo faventem non habuerunt. Constat verò,

9. Ventilatur locus ex c. 1. ad Tit.

10. Mira philosophia Bellarm. de virginitate.

verò, si continentia est heroica temperantia, etiam in conjugio dominari temperantiam & moderari vagis libidinibus, quemadmodum Paphnutius contra decretum patrum obtinuit, ne uxores abriperentur à sacerdotibus, cum etiam in matrimonio pudicitia & castitas locum habeat. *Socrat.libr.1.c.8. Sozom.libr.1.c.22.* Quod si maritus etiam in conjugali consuetudine temperanter se gerit, libidinibus erga uxorem aut pellices non indulgendo, cur castitas, continentia & virtus asscribuntur soli cælibatui? cur iis encomiis, quæ sequuntur subjicienda, ornatur conjugium? nimirum, quod prohibeat militare Deo. *libr.1.de Cler.c.19.arg.1.* quod impediat studium lectionis & orationis. *ibid.& arg.5.probl.2.* quod impurum & pollutum reddat hominem etiam Sanctum, *ibid. prob. 1.* quod dehonestet sacerdotium, *ibid. prob.6.* quod prohibeat, quò minus probè & purè serviatur Deo. *libr.2.c.32. in resp ad rat. 5. & 6.* quod impii & impuri sint homines, qui donum continentiæ non in omnibus agnoscant. *lib. 2. de Cleric.c. 31.rat.6.* & quæ præterea in honorem conjugii passim decantat. Inimicos sic laudato Bellarmine. Nam amici harum laudum non indigent. Patet igitur, ne Pontificios quidem de conjugio reipsa aliter sentire, quam Manichæos, nisi quod cum Tatiano eandem thesin σοφισικοτέρως & ad implendum vaticinium Pauli, magis hypocrisi tectam in scenam producant. 11. *Alia conjugii Encomia ex Bellarmin.*

Falsò autem & non sine blasphemia hæc omnia, à primis conjugii osoribus, eorumq; æmulis quodammodo, Tertulliano, Hieron. & tota secta Pontificiorum, in conjugium deblaterari paucis demonstrabimus, ut & conjugio sua asseratur dignitas, & quam iniqua lege sacerdotibus conjugii usus præreptus, & ab antiquis Rerumpubl. moderatoribus omnibus, qui continere nesciunt, quam utiliter imperatus sit, prolixius ob oculos ponatur. Ac principio Hieronymum, qui conjugium minus malū statuit, quam fornicationem, redarguit Augustinus, quasi ex professo, *de bon.conjug.c.8.& 10. Non duo sc. mala esse connubium & fornicationem, quorum alterum peius, sed duo esse bona, quorum alterum est melius.* Disertè enim idipsum asserit Apostolus. 1. *Cor.7. Qui nubit non peccat: sed exponit se multis tribulationibus*: Item: *Qui nubit benè facit, qui non nubit, melius facit* Quod si objiciat Hieron. dictū eiusdē Apostoli: *Bonum est, uxorem non tangere*, ego contra oppono sententiam totius Trinitatis: *Non est bonum hominem esse solum.* Variæ autem cum sint Boni significationes, nō omne bonum, opponitur vitio, ut hic infert Hieron. sed vel majus minori, ut confitetur Bellarm. *d.c.32. rat 6*, vel incommodo, 12. *In conjugium nō cadere fornicationem.*

modo, vel injucundo. In sententia verò Paulina, nequit accipi de eo, quod opponitur inhonesto, quia *qui uxorem tangit, non peccat, sed benè facit*, ut ibidem testatur Apostolus, *& manet in vocatione, in qua à Deo vocatus est.* Item vult Apostolus, *ut juniores viduæ nubant.* 1. Tim. 5. Non vult autem, quod sua natura malum est. Opponitur autem I. ut majus bonum minori, per hæc verba: *Qui non nubit, melius facit.* Nam cælibatus etiamsi non habeat annexam promissionem vitæ æternæ, ut Pontificii somniant & merita Christi in superba & à se frustra conficta opera transfundunt, tamen excellentior est conjugio, in iis, qui continere possunt, non quidem propter se, (sic enim reprehendendus magis esset, quia societatem honestam, & à Deo ad conservationem Ecclesiæ, Reipubl. & familiarum institutam evertit) sed propter aliud, nimirum, ut sine distractione sinat cælibem adhærere Domino, & curare, quæ sunt Domini, cum uxor ab his curis per negotia domestica sæpius avocari soleat. 1. Cor. 7. Castratos enim non simpliciter commendat Christus, sed, *qui se castrant, propter regnum cælorum.* Matth. 19. Accedit alia cælibatui dignitas ab excellentia doni, quod idem Paulus innuit, quando optat: *Omnes esse sui similes*, sed & addit: *Unicuiq; donum à Deo datum esse, alij sic, alij aliter.* Vellet enim omnibus data esse desuper dona perfectissima, quemadmodum 1. Cor. 14. ait: *Vellem, omnes loqueremini linguas, & multò magis, prophetaretis*, sed quia dona sua ex arbitrio variè dispensat Deus, *in qua vocatione quisque vocatus est, in ea maneat.* Sicut enim dignior est sacerdos magistratu, nec tamen non magistratus Deus cognominatur, à Deo ipso constitutus, quia secundum præceptum est sicut primum: Marc. 12. ita cælibatus, licet ex munere nobiliori proficiscatur: tamen conjugii dignitatem non obfuscat, nec tollit, sed utrumq; bonum est, utrumq; à Deo: cælibatus verò sincerus præsupponit donum excellentius, quam conjugium, sicut prophetiam ex eodem fundamēto præfert Paulus cognitioni linguarum. 1. Cor. 14. II. Opponitur cælibatus conjugio, ut commodum incommodo, jucundum molesto, quem in sensum Paulus usurpat verbum σύμφερον, & explicat per adjectionem *instantis necessitatis*, seu *persecutionis.* Nam cum instarent conversis ab Ethnicis undequaq; persecutiones, & de oppido ejicerentur in oppidū, de regione migrare compellerentur in regionem, commodum certè non erat, uxorem, liberos & familiam in exilium trahere, & audacius ad martyrium properaturos verisimile erat cælibes, quam quos amor liberorum & hujus

14. *Cælibatus quo sensu præfertur cōjugio.*

15. *Malum accipitur pro incommodo.*

& hujus seculi retrahere posset, sed etiam absq; persecutione sit, conjugium tot comitatur molestiæ, ut recte dixerit Paulus; *Si qua virgo nubit, non peccat, sed exponit se multis corporis tribulationibus. Ego verò vobis parcerem*, ne sc. ob infirmitatem tanto oneri impares, sub eo deficeretis & naufragiũ fidei faceretis. Nullius igitur malitiæ accusari potest conjugium, quia Paulus dicit: *Bonum est mulierem non tangere*, quia id explicat propter instantem necessitatem & tribulationes carnis. Adde, quod subjectum limitet Paulus ad eos, qui sint sui similes, hoc est, 16.
habeant à Deo insitum donum continentiæ. Iis enim bonum dicit esse, *Quibus hominibus malum*
si maneant sine uxore, sed si se non contineant, melius, addit, esse, nubere, quam uri. *sit nubere.* Ex Antithesi enim hoc manifestè infertur, dum ait: *Vellem omnibus datum donum continentia, ut mihi*, sed quia id donum non cuivis contingit, bonum est, quibus contigit, ne curis conjugii se implicent, quibus verò non contigit, melius, ut nubant, quam urantur.

Neq; verò in comparatione ad fornicationem solùm dicitur bonũ 17. *Conjugiũ absolutè bonum.*
conjugium, ut pergit objicere Hieron. sed etiam absolutè: *Qui nubit non peccat, imò benè facit*, & peccat Hieron. dum uni & quidem secundario fini, qui post lapsum accessit, inhæret, primarium autem in Paradiso institutum callide dissimulat. Nam dum ait Paulus: *Volo juniores viduas nubere, & liberos procreare*, non solum ad vitandam fornicationem, tanquam minus malum, sed ad conservationem generis humani, tanquam instrumentum per se bonum, primitùs institutum conjugium *Finis primarius conjugij.*
ostendit, ex quo fine si æstimetur, blasphemus in Deum eius autorem sit, qui minimam in eo fingere velit malitiam. Æstimanda autem est cujusque rei natura, non ex fine accessorio & accidentali, sed primario, & per 18.
se competente, ob quem conjugium citra controversiam bonum est. *Non enim propter libidinem, sed propter liberorum procreationem uxor accipititur*, ait Augustin. *serm. 3. Dom. 3. post Trin.* & *li. 1. de merit. c. 29. Bonum conjugij non est fervor concupiscentiæ seu libidinis, sed quidam licitus & honestus fervore illo utendi modus.* Item Ambros. *super Lucam. Pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa est nubendi. c. pudor 32. q. 2.* Sola, id est, *præcipua*, ait glos. *ut in c. si solus. dist. 8.* Nam primariò nubentes spectare debent procreationem sobolis adjumentaq; vitæ, & hoc respectu, absq; omni peccati labe subsistebat matrimonium etiam in statu integritatis. Quod verò corrupta libido

bido post lapsum accesserit, & quidam voluptatem quærant ante generationem sobolis, unde Paulus ait: *Uxor curat ea, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro*, istæc inordinatio opus per se bonum non magis inquinare potest, quam cibi & potus fruitionem, & reliquas naturales, politicasve functiones. Nam & princeps, forove intentus judex curat ea, quæ sunt mundi & à perpete rerum sacrarum cura devocatur: qui edit aut bibit, non id semper eo animo facit, ut naturam suffulciat, frequentiusq; ad voluptatem, & ut gratificetur appetitui, quam ad satietatem, utrumq; facit, nec tamen functionibus per se defectus illi imputandi. Difficile est, divitem intrare in regnum cælorum, *Marc.10.* quia difficile est in magna fortuna moderari sibi, & vivere sine luxuria, ad honorem Dei: difficile est mercatorem exui à deceptione, *Eccles 26.c.Ejiciens. dist.88.c.qualitas. dist.5. de pænit.* & tamen divitiæ, aut negotiatio per se reiiciendæ non sunt, propter frequentem abusum, quemadmodum Bellarminus ubiq; abusus imputat conjugio, & gl. *in c. omne. verb. Non potest. 27. q. 2. Hugo, in c. vir cum propria, ubi gl. 2. 33. q. 4.* coitum sine peccato nunquam fieri posse, audacter tradunt.

19. *Libido & inordinatio, accessit post lapsum & inest per accidens*

20. *Argum: Bellarm ex 1. c. ad Tit.*

Nam, ut probet Bellarm. jure Apostolico annexum esse cælibatum sacerdotio, primò advocat locum Apostoli *ad Tit. c. 1.* & ex Latini unius vocis abusu, quem Græcum vocabulum & series contextus, ut supra diximus, prorsus respuit, continentiā ab uxoris amplexibus deducere laborat, egregiam compositionis & divisionis fallaciam committens, cum paucis lineis retro, disertis verbis Episcopum nominasset Paulus, unius uxoris maritum, & qui liberos habeat probè eductos. Post hunc verò ex vulgata versione *2. ad Timoth. c.2.* sic argumentatur: *vetat Apostolus Episcopum implicare se negotijs secularibus. Nuptiæ sunt res seculares, unde pedica vocantur à Basil. Ergo ijs sese implicare non debet.* Quid si pari argutia sic concludam: Edere, bibere, conviviis interesse, sunt res seculares. Ergo iis se miscere nequit Episcopus. Imo tota hæc collectio adversatur e diametro doctrinæ Bellarmini *lib.5. de Rom. Pontif. c. 9. & 10.* ubi docet, non repugnare, Pontificem simul esse principem Spiritualem, & temporalem alicujus provinciæ. Sic enim subsumam: Temporalis jurisdictio est res secularis. Ergo ex præcepto Apostoli miles Christi se illi implicare nequit. Cumq; à Calvino & aliis objiceretur hoc dictum Apostoli: *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus,* tripliciter respondet & quidem iis verbis, quæ propositum hoc loco argumentum funditus

21. *Alterum ex 2. ad Tim 2.*

Instantia.

Retorsio.

tus subvertunt. Primum enim per negotia secularia, τῦ βίυ πραγματίας, nihil intelligi ait, nisi *curam victus*, *& proinde negotiationes & mercimonia.* Conjugium verò non est ex ordine sollicitudinum victus, nec cogitur sacerdos propter familiam negotiari, contentus stipendio, ut militibus præcipit Johannes, quod benevolentia auditorum eò liberalius suppeditabit, quò minus curæ domesticæ vacare operamve dare potest. *Vivendum enim est ex Evangelio, qui Evangelium docet. 1. Corinth. 9. Deuter. 25.* & *dignus est operarius mercede sua. 1. ad Timoth. 5.* Deinde Latinum textum corrigit ex Græco, ubi solum hæc sententia legitur: ὐδεὶς ςρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τῦ βίυ πραγματείαις. Et his verbis ait vetari *solum nimiam sollicitudinem circa vitam corporalem*. Si imperfectionem versionis vulgatæ agnosceres, cur Sophisticè eam dissimulabas & mutilam sententiam adducebas pro integra? Et si excessus tantum sollicitudinis prohibetur, cur prohibes omnes res seculares, & inter has matrimonium? Deniq; benè ait monuisse Chrysostomum, dici hæc à Paulo tam Episcopo quam alus hominibus. Omnes enim, etiam Laici, etiam Reges, milites Christi esse debent. Quod si verum est, nuptiæ sub rebus secularibus comprehendi nequeunt, nisi Apostolus omnibus ex æquo hominibus nuptias prohibeat, & frustra sexus distinxerit natura.

22. *Quæ negotia vitæ Apostolus intelligat.*

23. *Redarguitur versio Latina.*

24. *Bellarm. sententia interdicit nuptias omnibus hominibus.*

Quin etiam omnia argumenta *c. 9.* pro confusione utriusq; regiminis producta, directò hoc argumentum oppugnant. Nam 1. proferuntur Melchisedech, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Moses, Heli, & Machabæi, principes simul & summi Pontifices. At illi ipsi atq; adeò omnes summi Pontifices, Deo simul ministrarunt, & liberos ex conjugio sustulerunt, id quod tantò certius est, quantò incertius, quod affert Bellarm. cum Noë, Abraham, Isaac, Iacob, non rexerint nisi amplas suas familias, nec summi sacerdotes, sed prophetæ fuerint, ut & Moses & Samuel. 2. Adducit quatuor rationes, quas totidem verbis contra hanc Bellarmini thesin detorquebimus: 1. Sacerdotium & conjugium non sunt contraria, sed utrumq; bonum, utrumq; à Deo, utrumq; laudabile, & unum alteri servit. E non pugnant inter se & simul in eodem esse possunt. 2. Magis diversa sunt pax & bellum, quam conjugium & sacerdotium. At unus & idem Rex præest Senatui & Exercitui, togatis & armatis. E. multò magis poterit unus simul esse maritus & Sacerdos. 3. Potest Pontifex Romanor. universam Ecclesiam regere & longè lateque paten-

25. *Bellarm. oppugnat seipsum. Retorsio 1. Arg.*

2. Argum.

3. Argum.

tes regiones politico imperio premere, imò respectivè omnibus Christianis principibus leges dare ex doctrina Bellarmini. Ergo multò facilius poterit sacerdos parvam Ecclesiæ manum pascere, & simul familiæ suæ bene præesse. De Spiridone scribit Sozom. *lib. 1. c. 11. Uxorem & liberos habuit, nec propterea fuit, τὰ θεῖα χείρων.* 4. Qui duxerunt uxores ex Episcopis, & quæ nupserunt iis, uxores piæ fuerunt, ne ex Patriarchis veteris testamenti argumentum repetam. Ergo licitum est, quod illi fecerunt. Negare quippe non potest Bellarm. quin multi Apostolorum uxores habuerint, sed ait eos post vocationem abstinuisse. Si quæras, unde hoc sciat, aut ubi scriptum sit, nihil respondet, nisi fortasse quintum Evangelium in Vaticano lateat in eodem scrinio cum tabulis donationis Constantini, quod nos aspicere indigni huc usq; fuimus. Deniq; probatur experientia. Nam nisi facultas ducendi uxores reddatur conjugibus, nullus erit finis scortationum, adulteriorum, & veneficiorum, quibus referendis non unus sufficiet Bocatius, non Dantes, non Petrarcha, non deniq; ipse virtutum propriarum buccinator Aretinus, de quibus incommodis paulò post copiosiùs agemus. Isti boni viri ad compescendam libidinem & prævertenda adulteria Lupanaribus implent urbem & orbem, *c. inter opera. de Sponsal.* sed honestum conjugium iisdem ex causis permittere negant.

4. Argum.

5. Argum.

26. *Conjugii an res profana.*

Hactenus totum argumentum Bellarmini oppugnavimus obversis eiusdem armis: Sed & minorem ipsam non segnius idem oppugnat, *in lib. de Sacram. Matrim. c. 2. & 32.* ubi conjugii essentiam collocat in ratione Sacramenti, & propterea judici Laico eius cognitionem subtrahit, quia res est Spiritualis. Actus quoq; ipsos conjugales, seu commistionem corporum ad magnum mysterium & significationem unionis Christi & Ecclesiæ refert Innocent. 3. *in c. debitum. de bigam:* Leo *in c. cum societas. 27. q. 2.* & ex communi opinione, de adulteriis, utrum divortio causam præbeant, nemo cognoscit præter Ecclesiam. *Dec cons. 212. Hippol. de Mars. ad l. unic. n. 193. de rapt. virg.* Aut igitur de his non cognoscit Ecclesia, aut non sunt res Spirituales. Præcipuè verò matrimonii rationem subire nequit, quod reddit hominem & animam totam carnalem. Nec refert, si confugiat ad actus conjugales, quia sacramentum collocat Innocent. 3. in ipsa commistione carnali, & Bellarm. 1. *de Cler. c. 19.* distinguit actus conjugii à contractu, dum ait: *illos impedire puritatem sacerdotalis officij, & proinde jure divino sacerdotibus inhiberi.* De solo verò conjugii contractu.

tractu relinquit *in c. 10.* disputandum, utrum in sacerdote jure Apostolico tolerari queat.

Interim dum secum luctatur, & in gratiam redire parat Bellarminus, pergemus speculatum tertium locum, quem ex 1. *Cor.* 7. eruit, commentariis Hiero. illustratum, qui sic argutatur: *Si semper orandum est, ut jubet Apostolus, nunquam ergo conjugio serviendum: quoniam quotiescunq; uxori debitum reddo, orare non possum.* Bellarm. accommodat ad sacerdotes, quos ait assiduè versari debere in studio orationis & lectionis, & hoc impedire conjugium. *arg. 1. & ult.* Plures sunt in hac bona, *ut ait Bellarm.* Hieronymi consequentia errores, quam verba, quibus non pauciores superaddit in sua Bellarminus. Nam 1. Arroganter sapit ICtus, qui ultra legem sapit. Annon Paulus, Spiritu Dei illuminatus, hanc consequentiam ex suis ipsius verbis nectendam noverat? & tamen non obstante qualicunq; ratiocinatione, unius uxoris viro tribuit omnia dona, quæ in fideli & perfecto Episcopo requirit. 2. Si quicquam roboris inest argumento, non solum à sacerdotibus, sed ab universis Christianis tollit usum conjugii, & in eo magis candidè concludit Hieron. qui in genere ait: *Quam diu impleo mariti officium, non impleo Christiani:* Et Ezechielē negat potuisse commonere populū, quam diu uxor vivebat. *Moritur uxor,* inquit, *& conjugale vinculum solvitur & absq; ulla trepidatione semper est in officio prophetali.* Bellarminus verò Sophisticè transfert ad sacerdotes solos, quasi iis solis incumbat assiduè vacare lectioni & orationi, cum tamen Apostolus omnes Christianos jubeat indesinenter orare, *Ephes. 6. 1. Thessal. 5.* & Psalmista felicem hominem velit meditari legem Domini dies & noctes. *Psalm. 1.* Quod si hæc in conjugio expediri nequeunt, quicunq; orare cupit, & salvus fieri, per totā vitā à conjugio abstinere cogitur, quod Pontificii quidē nō concedent. 3. Cōtradicit sibi Bellarm. dum conjugium prædicandum censet tanquā rem bonam, & tamen precibus & rei sacræ contrarium statuit. Quod certè hominem à precibus avertit, & per conseq. à vita æterna, quo respectu in Theologia ullo modo bonum denominari potest? 4. Annon pater credentium, Moses, qui cum Deus locutus est de facie ad faciem, Aaron & omnes summi sacerdotes, qui quotidiè serviebant coram Deo, *Exo. 29.* David, qui de mane surgebat in laudes Domini, & vesperi iis indormiebat, nec media nocte beneficiorum cælestium obliviscebatur, *Psalm. 92.* & Prophetæ innumeri conjuges habebant? Et tamen ita Deo debitum persolverunt, tamq;

27. Virû ob preces abstinendû conjugio.

Ad argum. 3. Bellarm.

28. Responsio 1.

Resp: 2.

Resp: 3.

Resp: 4.

grata holocausta obtulerunt, ut omnia rasæ turbæ murmura cum iis ne quidem minimùm comparari queant: ex quo patet conjugium non impedire preces, nec facere aliquem secreto Dei colloquio indignum. 5.
Resp: 5. Improbè confundit Bellar. *in hoc & 5. arg.* actus conjugii, cū conjugio ipso. *Matrimonium*, ait, *impedit munus sacrificandi, studium orationum* &c. mox ubi ad probationem deveniendum, operi nuptiarum, & actui conjugii pollutionem, & depressionem Spiritus asscribit. Ab actu verò conjugali ad conjugium non valere consequentiam ipse contra Clichtovæum dixit *libr. 1. de Cler. c. 18.* & Paulus hoc loco apertè innuit. Non enim propter preces & jejunia dissolvit contractum conjugii, sed actum tantùm sustulit ad tempus, quo exacto jubet eos ad se redire ad vitandam tentationem Satanæ. 6. In hoc ipso quoq; actu committit fallaciam accidentis, quia ut aliis nostris actionibus, ita huic quoq; depravatio per lapsum intimè insedit, quam tamen pii conjuges, refrenata libidine, per gratiam divinam, eluere & supprimere possunt, nec actus ipse per se pollutus est, (non certè erat ante lapsum) sed per accessoriam libidinem. *Atqui turpitudinem*, ait, *satis testatur rebellio membrorum & verecundia humana in illo actu, quæ secretum semper quærit.* Probè. Tu quoq; alvum depositurus, crepitumve emissurus secretum quæris. Ergone crepitus tibi peccatum est? & non licet apud vos ad altare prodire sacrificulo eo die, quo alvum reddidit? Primi parentes post lapsum quærebāt secretum. *Gen. 2.* An igitur substantialiter peccatum erant, nec poterant ab eo liberari, quemadmodum ne Sanctorum quidem matrimonia à pollutione libera censet Bellarminus? 7. Augustin. ait. *de bon conjug c. 16. Quod est cibus ad salutē hominis, hoc est concubitus ad salutē generis.* Tam sicut precibus nequit habere intentum animum, qui curis conjugii se dedidit, aut cupidini nimis indulget, ita nec, qui victui conquirendo totus incumbit, aut ultra satietatem appetitui indulget, nec tamen cibus & potus propterea condemnantur in sacerdotibus, nisi si vacandum sit jejunio. Alias n. si conjugium propterea repudiandum, quia, dum eius opera quis exercet, preces fundere nequit, nec edendum aut bibendum erit, imò ne jus quidē dicendum, aut miscenda pharmaca ægrotis, quia dum hæc agimus, nequimus vacare sacris. 8. Propterea præposterè abutuntur verbis Pauli: Is n. conjugibus consulit, ut à se invicem abstineant eo tempore, quo preces solemnes cum jejuniis, in primitiva Ecclesia indici solitæ, procul ab ædibus in congregatione exigendæ essent. Cujus explicationis argumentum capere licet, tum ex jejunio precib. conjuncto, quod cum solennitate fiebar,

Margin notes: Resp: 6. (beside "tionem Satanæ. 6."); Præoccupatio Bellarm: præoccupatur (beside "(non certè erat ante lapsum)"); Resp: 7. (beside "censet Bellarminus? 7."); 29. Resp. 8. Explicatio verborum Pauli. (beside "mus vacare sacris. 8.")

bat, tum ex verbo, σχολάζεσθαι, quod significat incumbere & diu vacare, cum ex eo, quod sancta quoq; conversatio conjugum in sacris literis vocetur, & precibus nequaquam contraria, ut paulò post demonstrabimus. 9. Deniq; ne hanc quidem abstinentiam pro imperio injungit, aut pro autoritate suadet Apostolus, ne laqueum cujusquam conscientiæ injicere videatur, sed addit vocabulum *forte*, & *utriusq; partis consensum*. Pontificii verò illud Apostoli: *forte*, sicut & Origenis: *Mihi videtur*: *hom. 23. in libr. Numer.* & Eusebii: *Decet*, *libr. 1. demonstr. Evang. c. 9.* in Categoricum & imperiosum: *Debet* & *cogitur*, transposuerunt, quod quid aliud est, quam laqueum conscientiis injicere? quod tamen in tota hac disputatione sedulò se vitare ait Apostolus. *1. Cor. 7.* Resp. 9.

Postquam jam ab Apostolo pergit Bellarm. ad alia scripturæ loca, annon hujus & præcedentis capitis thesin, quasi dedita opera destruit? Si enim certò & evidenter ex scriptura educit cælibatum sacerdotum, jam non est introductus jure Apostolico tantùm, sed & divino, quia non tantum à sacris literis præcipitur, quod verbotenus in iis exprimitur, sed etiã, quod per infallibilem consequentiam inde deducitur. Affert autem primò ritum, quo comesturi agnum paschalem renes accingebant, ut significaretur: *debere eos carnis voluptatem edomare*. Quid tum postea? An conjuges carnis voluptatem non edomant, sed propterea cohabitant, ut non sobolis procreandæ, sed libidinis exercendæ gratia, sese conjunctos meminisse debeant? Cur igitur κοίτη ipsa conjugalis dicitur impolluta? *Hebr. 13.* & maritus vas suum possidere in sanctificatione jubetur, non in passione concupiscentiæ, instar gentium, quæ Deũ non noverunt? *1. Thess. 4. 2. Timoth. 1.* 2. Agnum paschalem comedebant, non tantum cælibes, sed & conjugati. Poterant igitur etiã conjugati Renes accingere, &, quod hoc typo significabatur, carnis voluptatẽ edomare. 3. Si ex hoc ritu cælibatus stabiliri potest, quemadmodũ omnibus imperatũ erat Renes accingere, ita omnibus imperatus erit cælibatus, quod legi ipsi Mosaicæ adversatur. 10. Alia Bellar. contradictio. 11. Argum. 4. diluitur. Responsio 1. Resp. 2. Resp. 3.

Pergit in eodem libro & *ex c. 19. Exod.* advocat præceptum Moysis: *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris*, quod testimonium dicit accommodare Ambrosium ad probandam continentiam Clericorum, cum tamen nec cominus, nec eminus eò attineat. Nam 1. Si accessuros ante faciem Domini oportet liberos esse à commixtione uxorum, nemo unquam uxorem tangere debet, quia omnes accedere oportet quotidiè. 2. Moses non tollit contractum conjugalem, sed suspendit tantum actum, quod in suis quoq; presbyteris observare potuissent Pontificii. 3. Signa & typi externi veteris testamenti non sunt trahendi 12. Argum. 5. Exod. 19. Resp. 1. Resp. 2. Resp. 3.

hendi ad libertatem novi. Alias purificationes quoq; leprosorum, & puerperarum reducendæ essent, & sicut Moses jubebatur calceos exuere in loco Sancto, ita Pontificiis sacerdotibus sanctuarium calcandum non esset, nisi discalceatis. 4. Committitur fallacia secundum non causam, ut causam, quia præsupponitur: Abstinentiam ab uxore propterea præcipi, quod consuetudo conjugalis inquinet, cum tamen ipsæ vestes sanctificari jubeantur, non quod impurum reddant corpus, sed ut sanctificatione rerum externarum, deducantur Iudæi ad agnoscendam impuritatem interni cordis. Seipsos enim exuere, & mundo exire, si possibile fuisset, debuissent, si dignè in conspectum Dei prodire voluissent. Vestes igitur, conjugia, corpora ipsa sanctificantur, non quod absolutè in sua natura coram facie Dei fœteant, sed ut universalis impuritas cordis externis typis adumbretur. Alias enim, sicut Bellarm. ex hoc ritu abigit ab uxoribus sacerdotes: ita eosdē spoliare deberet vestibus, quia & illæ, ut impuræ, damnantur, & sine sanctificatione in conspectum Dei non admittuntur.

Resp: 4.

33. Arg. 6. ex c. 28 Exo:

Nondum etiam, ne sic quidem abit ab Exodo, sed *ex cap. 28.* considerat ornatum filiorum Aaronis, & hinc ex Beda sic concludit: *Filij Aaronis jubebantur pudenda tegere fæminalibus lineis. Ergo, Sacerdotes novi testamenti aut virgines debent esse, aut contracta matrimonia dissolvere.* Egregius certè typus, & qui cum re significata perinde cohæret, atq; cupressus cum naufragio. Mirum autem cur typus hic comprehenderit tantum sacerdotes novi testamenti, & non veteris, à quibus gerebatur? Nihil immundum volebat in sanctuarium Moses inferri: Concedo. Atqui conjugati illic quotidiè versabantur: Ergo conjugium non inquinabat, nec immundos homines reddebat.

34. Arg. 7. ex c. 21 lib: 1 Sā:

Quod verò *ex 1. Sam. c. 21.* interrogationem Ahimelechi Sacerdotis accersit, & eâ quæri de coitu cum Hieron. opinatur, quantum id quæso abest à vero & mēte Ahimelechi? Nam 1. Nullibi in tota lege Mosis κοίτη reponitur inter res immundas, quarum gratia à sacris abstinere conveniat. 2. Multis aliis ex causis mulieres immundæ censebantur, ex puerperio, fluxu mensium &c. *Levit. 15.* Fallaciam igitur causæ committit, qui per solum coitum immundos fieri præsupponit eos, qui consuetudine conjugali utuntur. 3. Ut maximè consuetudo conjugalis, inter contaminationes legales à Mose recensita fuisset: non tamen inter Christianos plus ponderis haberet, quam fluxus purulentus, effusio inopina seminis per somnum, contactus cadaveris &c. quæ omnia Iudæos inquinabant, Pontificios verò à sacerdotio & Ecclesia non abigunt.

Resp: 1 Resp: 2. Resp: 3:

Deniq;

Deniq; *ex lib. 1. Paral. 24. & Luc. 1.* colligit: Sacerdotes vet. Testamenti per vices suas ministrare solitos, & toto eo tempore domo & ab uxoribus abfuisse: Unde concludit *cum Syricio c plurimos. dist. 82. Ioh. Andr. in Clem. 3. verb. continentes, de sent. excom.* quod si illi tempore, quo ministrabant, ab uxoribus abstinebant, omnino decere, ut Sacerdotes nostri, qui non per vices, sed semper ministrant, semper ab uxoribus se contineant. Male verò colligit & pejus concludit. Nam quod sacerdotes, quanto ministrabant tempore domo absfuerint, & in templo, separati a commercio uxorum, secubuerint, nullo verisimili indicio demonstrari potest. Nam Zacharias in exedris templi manebat, non quod lege juberetur, sed quod in civitate Iuda habitaret & peregrè advenisset. Summus enim sacerdos manè & vesperi tenebatur comparere coram altari Dei: *Exod. 29.* & tamen interim sustollebat liberos. Vices verò à Davide demum, non ad vitandam impuritatem conjugalis (sic enim ab ipso Mose instituì debuissent) sed ad meliorem ordinem institutæ leguntur, *1. Paral. 24.* cum antea nihilò expeditius sine certis vicibus sacrificia Deo offerrent. Falsum igitur est fundamentum, cui ficulneum ædificium superstruunt Pontifices, quod, etiamsi fundamentum non subtraheretur, in præceps tamen iturum esset, quia in veteris testamenti servitute, multis ex causis, impuris non licebat sacra tangere, *Exod. 19. Levit. 15. Num. c. 8.* quod in novi libertate non obligit. Lex enim usq; ad Christum. Quod si verò Leviticis sacerdotibus, in quibus tantam puritatis perfectionem exigebat Lex, probrosum non erat, in consuetudine conjugali vivere, quantò minus ea contaminabit ministros Evangelii, de quibus conceptis verbis legē tulit Paulus: *Constitue presbyteros, si quis est irreprehensibilis, unius uxoris vir, & liberorum probè eductorum pater.* Si enim pergat Bellarm. ratiocinari *cap. 19. arg. 5.* quod conjugium in Sacerdotibus tolerandum non sit: quia impedit oblationem sacrificii, studium orationis & lectionis, efficaciam prædicationis, curam pastoralem, curam pauperum, Sacramentorum administrationem &c. Primum oppono legem expressam Pauli, & exempla quorundam saltem Apostolorum, & multorum piorum Episcoporum, qui officio suo etiam in conjugio satisfacere potuerunt. Et ineptū est, contra manifesta verba legis, velle scrupulosè argutum sese præbere. Oppono deinde Pontifices veteris testamenti, qui noctes & dies ministrabant altari, & tamen tanto officio, & coram facie Dei expediendo, per conjugiugium non reddebantur vel indonei, vel indigni.

Deniq; ne ad singula respondeam, cum pleraq; paulò ante expedita

35. Argum 8. ex 1. Paral. 24 & Luc. 1.

36. Multi Apostoli & Episcopi uxores habuerant.

37. Imò omnes sacerdotes veteris testamenti.

 sint,

Responsio ad autoritates Bellarmin.

sint, Canones quoq;, Pontificum decreta Patrum testimonia; nihil morantur, quia jus divinum non faciunt, & lex Ecclesiastica, nequit præcepto divino & Apostolico præjudicare, quo omnibus, qui non continent, dicitur: *Melius est nubere quam uri.* Item: *Propter fornicationes quisq; suam uxorem & quæq; suum maritum habeat.* Item. *Quæ non continet nubat in Domino*: Nec ulla conjuratione Conciliorum, jure

38. *Concilia quædam re vera prohibuerunt nuptias.*

Anathema dici potest Apostolo, qui prohibitionem nuptiarum vocat Dæmoniorum doctrinam, quemadmodum verbo *prohibendi* in hoc negotio utuntur Calixti decretum & Concilium Elibertinum *can. 13.* ne interdictum Pontificium à censura Apostoli eximere possit Bellarm. quasi non prohibeantur nuptiæ absolutè, sed non tolerentur in sacerdote perinde, ut nec officia forensia & nominatim Lictoris. Qui enim in certo ordine quicquam prohibet, etiam is prohibet, utpote si magistratus vetarentur uxores tangere propter excellentiam ordinis. Nam hæc prohibitio habet sibi universalem damnationem tacitè innexam, ut ex rationibus, quas Syricius & Innoc. I. interdicto adjiciunt, luculenter patet, & supra deductum fuit. Quæ enim honesta sunt, sine crimine, à Deo instituta, ab optimis principibus, piissimis Sacerdotibus usurpata, sine sacrilegio nulli generi vitæ prohiberi possunt, præcipuè cum leges & regulam, secundum quam examinandi sint mores Episcoporum, Apostolus ipse præscripserit, de qua Ecclesiæ quicquam demutare, nedum contrarium statuere non licet, & malè ad propositum accommodat gl. *in c nullum dist. 28. l in traditio. de pact.* quod quisq; potestatem habeat rei suæ, quam alteri tradit, legem imponere. Nam sacerdotum institutio, & conscientiarum coactio, non est res hominis, sed Dei, & cum de ea extent præcepta di-

39. *Decreta antiquæ Ecclesiæ. Canon Apost. Ancyr. Cócil Neocæsar: Conc.*

vina, servi non est, *ut ait Theodoret.* Domini leges invertere. Nam & in Nicæna Synodo Paphnutius antiquam Ecclesiæ traditionem, non legem vocat, qua qui cælibes potiri essent clericatu, à nuptiis contrahendis arcerentur. Canones enim Apostolici, si locus iis in serio negocio dandus, vetant uxores prætextu religionis abjici, *Can. 50.* quos in eum sensum citat Synodus VI. & Ulricus *in Epist. contra Nicol.* licet Epiphanius *hær. 59.* contrarios laudet, quos tamen nullos producit. Ancyranum Concilium, licet nolit gravari Ecclesias onere familiarum, tamen à sacris ordinibus nõ repellit, qui vel uxores jam habeant ductas, vel protestentur, se iis carere non posse: *c. 10.* qui verò non protestentur, sed profiteantur liberè continentiam, si promissa non compleant, non puniuntur gravius, quam ad pænitentiam inter digamos edendam, *can. 19.* Neocæsar. Synodus, licet cælibatui

cælibatui sacerdotũ viam aperire cœperit, *Can.1.* ut & Elibertina in Hispan. & Arelatensis II. in Galliis *Can.2.* cujus Canonem obliquè perstringit Salvian. Massil. *li.8. de provid. Dei.* tamen Nicænæ Synodi decreto quicquid ab iis statutum fuit, corrigitur, ubi cujusq; voto & arbitrio relinquitur, utrũ velit uxorem retinere vel abdicare, prout non tantũ Socrat. *li.1.c.8.* & Soz. *li.1.c.22.* quos hæreseos accusat Bellar. sed ex ipsis Concilii Verbis & Actis refert Beza. *Elibert. & Arelat. Nicæn. Synod*

Nam quod Epiphanium & Hieron. opponit Bellar. Socrati & Sozomeno, nullius momenti est, cum utrumq; causæ suæ inservire contra veritatem paulò ante dixerimus. Canones n. Apostolicos nullos proferunt, quibus prohibeantur Sacerdotes liberos generare, & qui prostant, contrarium sanciunt. Nos verò utriq; opponimus Sextam Synodum univers. Canonibus Apostolicis contrariũ tribuentem, quod sc. Clericis uxores nõ sint eripiendæ, *Can.13.c.quoniam. dist.31. & in Græc. Nomocan.* Et ex decreto Nicæno procul dubio traxerunt patres, quod in Gangrensi Synodo paulò post repetiverunt. *Can.4. Si quis discernit inter presbyterum conjugatũ, tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, quodq; non oporteat, eo ministrante, de oblatione percipere, & ab eius oblatione se abstinet, Anathema sit.* Quibus verò auspiciis & Artibus ad tantã Tyrannidem emerserit hypocrisis simulatæ castitatis, quantisq; conatibus omni ætate imposturis Satanæ in Angelum Lucis transformati, publicis decretis & privatis scriptis doctrina & exemplis in Orientali & Occidentali Ecclesia intercessum sit, cum abunde & prolixè ex conciliorum Canonibus, historiis & patrum monumentis deduxerint Magdeburgens. *in singul. Centur. c.7.* Martyr. *in lib de vot. & cælib. & 1. Cor.7.* Calvin. *4 Instit. c.12.* Beza. *in 1. Cor.7. & de Polygam part.2.* Mornæ. *in myst. Iniq. passim.* Chemnit. *part.3. Exam. Conc. Trid. in princ.* nos hoc loco, præter instituti nostri tenorem odiosius non repetimus, præsertim cum Baronius *in Annal.* & Bellar. *de Cler.* nihil regerant, quod non satis sit à prædictis autoribus præoccupatum & refutatum: Nec quicquam ad summum ex omnium Pontificum Bullis, omnium Conciliorum Anathematibus, omnium cujuscunq; ætatis hominum clamoribus, evincitur, quam lex quædam positiva, quæ quam parum valeat contra legem & permissionem divinam, vel illi intelligunt, qui nondum ære lavantur. Stat enim immutabilis vox Apostoli: *Qui continere nequit, nubat.* Iam autem, quibus ad presbyterium dona DEUS, haud sanè frustrà, dedit, non omnes habent

Sext. Syn. Univers.

Syn: Gangr.

40. *Quibus artibus invaluerit prohibitio Pontificia.*

41.

habent donum continentiæ. Et proinde, dum promiscuè omnibus inducitur jugum continentiæ, plerisq; injicitur laqueus, contrà quam fieri jubet Apostolus. 1.*Cor.*7. Multos enim vocatos ad ministerium, ex donis ad id requisitis patet. Hi tamen omnes non sunt vocati ad continentiam, quæ est speciale donum, & non nisi paucis datur, sicut docet idem Apost. 1.*Cor.*7. dum votum suum, quo omnibus precatur donum, quale ipse habeat, statim corrigit, subjiciens: *At unusquisq; proprium donum habet, alius sic, alius aliter.* Vnde paulò post extrahit præceptum salutare: *In qua quisq; vocatione vocatus est, in ea maneat*, quemadmodum de cæteris quoq; donis specialibus loquitur, 1.*Cor.*12.& 14. Christus ipse *Matt.* 19. non omnes capaces, ait, esse, *sed quibus datum sit*: Et paulò post: *Qui potest capere, capiat.* ex quibus verbis firmum admodum argumentum extruit Bellarm. *lib.* 2. *de Cler. c.* 31. dum infert. *Hac verba continent cohortationem. At quis unquam sapiens hortatus est homines ad id, quod non est in nostra potestate, utpote, ut Propheta fiant, aut robusti ex debilibus.* Annon legisti, Bellarmine, cohortationes Pauli, qui cum enarrasset plurima dona specialia, tandem addit: *Sed vos enitimini ad optima.* 1.*Cor.*12. & 1.*Cor.*14. *Anhelate ad dona spiritualia, maxime ut possitis Prophetare.* Prophetiæ verò, linguarum & miraculorum dona non esse in nostra potestate, paulò ante dixerat Bellarm. & tamen tam inscitus est Paulus, ut ad ea nos jubeat anniti. Porrò si à cujusque voluntate penderet donum continentiæ, Christus non diceret, *Qui potest*, sed *Qui vult, capiat.* Docet enim Bellarmin. capacem esse continentiæ, qui velit. Sed bono patri è memoria elapsa videntur verba præcedentia: *Quibus datum est.* Eos n. demum capere posse, quibus datũ sit, nõ qui propria temeritate velint, ipse Christus addit, & hinc concidit statim etiã illud, quando in nostro arbitrio collocat facultatem continendi, quia Christus tribuit quibusdam, quod se ipsos castraverint. Non enim cujusvis temeritati id tribuit, sed quibus id datum desuper prædixerat. Sed idem Bellarm. *in toto hoc cap.* 31. extra fores veritati occurrit, dum totus in eo est, ut probet: *Continentiam non dari hominibus invitis, nolentibus, & nihil ad impetranda dona conferentibus*, cum tamen illud ipsi probandum incumbat, quod ut fides, ita continentia quoq; omnibus promissa sit. Vult enim Paulus ad summa quæque dona contendamus, nec tamen qui contendunt, prophetandi Spiritum, linguarum dotes & id genus

[Margin: 42. Argum. Bellarmini ex Matth. 19. Resp. 1. — Resp. 2. — 43. Nõ esse in cujusvis arbitrio sitam continentiã.]

nus particularia dona plura obtinebunt, quia spes destituitur promissione, & Deum tentat, qui vocationem, in qua se vocatum ad conjugium intelligit, abiicit, & remedium à Deo monstratum, temerè negligit. Apostolus quidem ait: *Quod vult, faciat*, sed non loquitur de quibusvis 44.
hominibus, ut interpraetatur Bellarm. sed de iis, quibus continere datum est. Nam sicut Eunuchi naturâ, aut Steriles non habent licentiam, cum dolo aut in ludibrium benedictionis divinae appetendi conjugium: Ita, quibus abstinere non datum est, iis non ostendit temeraria vota, aut preces fortè non exaudiendas Paulus, nec dicit: *Volo juniores viduas, anniti, orare, jejunare, sed nubere, ne calumniandi ansam praebeant adversario & retrocedant post Satanã.* Itẽ, *Qui continere nõ potest, nubat, modò in Domino.* Sicut jam illum non sustinebit promissio Psalmi: *Angelis suis mandatum dedit* &c. qui se exponit periculo, aut de turri in praeceps ire, quam per scalam, aut per fluctus tranare malit, quam super pontem incedere, aut navi trajicere: ita frustra se consolatur istoc Pauli: *Deus fidelis, qui non sinit nos tentare, ultra id quod possumus*, *1. Cor. 10.* qui se sponte sua in tentationes Diaboli, (sic enim vocat Apostolus. *1. Cor. 7. 1. Tim. 5.*) projicit & praeterito remedio, divinitus instituto & monstrato, imò spreto & pro ludibrio habito consilio divino, in superbã continentiam inconsulto ruit & ante tempus affectat esse ἰσάγγελος. *Sumtuosa turris est*, ait Bernhard. *in serm. ad Cler. & verbum grande, quod non omnes capere possunt*, & ipse Hieron. *in c. 19. Matth.* librare vires suas quemq; jubet, *priusquam caelibatui nomen tradat, utrum virginalia & pudicitiae implere possit praecepta.* Nimis jactanter Bellarm. 45.
libr. 1. de Cler. c. 21. *Qui vult, continere potest, quia ipsa voluntas continendi est domum Dei.* Cur igitur Apostolus non omnes fore continentes auguratur, quia dona Dei non omnibus sunt distributa? cur non ita enuntiat Christus ad discipulos ipsos loquens caelibatus utilitatem admirantes, *Qui vult capiat?* An voluntas illa datur desuper, qua superbè conculcatur praeceptum & institutio divina, qua rejicitur remedium ordinarium à Deo praemonstratum, qua superbè affectatur regnum caelorum, tanquam meritum, quod non datur nisi contritis corde & humilitatis Spiritu per gratiam? Sic enim apprecantur suis Monachis: *Rigor religionis*, (quae continet, *continentiam, paupertatem, & obedientiam*, 46.
Thom. 2. 2. q. 186. art. 3. 4. 5. & quidem substantialiter, *ut disputat Domin. de*

Vota temeraria non habent spem exauditionis.

Jactãtia Bellar. contraria verbis Christi

Soto.8.de just. & jur.q.5.art.3.) meritum ordinis, cedant tibi in remissionem peccatorum & in pramium vita aterna, & Abbas ait: *Per nuptias impleri terram, per virginitatem Paradisum, in c. cum olim. circa fin. de Cler. conjug.* Noti sunt versiculi.

Incluta virginitas, calos, qua dote mereris,
Cum thalamis Christi consocianda places.

Bellarm.2.*de Cler. c.32.* citat illud Augustini: *Vtinam omnes continerent, multò citius Dei civitas compleretur, & accelerar etur terminus seculi*, id quod ab Ethnicis didicerunt, quos *calibes* denominasse, quasi *Calites*, testatur Gabinius *apud Quinct.li.1.c.10.* imitatus Græcorū κηλέος quo alludit & Modestinus: *Quia cælo Saturnus genitalia abscidit, hoc nomine appellatos, qui genitalibus careant.* Pontificii Cælibes nominant *Sanctimoniales & Spirituales*, quos opponunt *Carnali* statui conjugum. Nec Pontificiorum quisquam dissimulat, quin cœlibatus promereatur regnum cœlorum, cujus etiam cellulas, pro gradibus meritorum, distinctas, virginibus distribuere non verentur. *vide Albert. Pigh. controv. 14. Bellarm.lib.2.de Cler.c.9.31.32. &c. Petr. à Sot. in confess. Cathol. & præ cæterū Bernhardin. in Rosar.* Sacrilegium autem est, meritum Christi putidis o-

47. *Cœlibatus per se nullius momenti.*

peribus humanis asscribere, & Augustinus ubique dehortatur Virgines, *ne in virginitate sua se efferant & contra conjuges obedientes triumphent. de Virg.c.44.& 51. Circumcisio nihil est, nihil praputium, sed mandatorum Dei observatio. 1.Cor.7.* Neq; *in virginibus pradicamus, quod virgines sunt, sed quod Deo dicata pia continentia virgines*, ait idem August.*c.11.de Virgin.* Sicut enim jejunium, ita & cælibatus per se non expetitur, ut bona opera, sed propter finem, in quem dirigitur. *August. de bon. conj. c. 9.* Cæterum de hac controversia Theologica disputent Theologi.

Nobis satis est, si ostendamus, temerarium & sacrilegum Monachorum propositum, manendi extra conjugium, non proficisci ex instinctu & munere divino, nec posse, qui velit, continere, sed ut ait Christus, *cui datum sit.* Interim tamen, si per absentiam aut ægritudinem uxore

48. *Instantia Bellar. solvitur*

abstinendum sit, *ait Bellarm.1.de Cler. c.21.2.lib c. 31.* quo te recipies nisi ad preces, ut libidinem restinguas. Nihil potuit adduci, quod ad fallaciam Diaboli *Matth.4.* propius accederet, quā hoc argumentū. Volebat n. Christo persuadere, ut de turri se dimitteret in præceps, quia Dei gratia suis non deest: sed quia omiserat: *In vijs tuis,* Christus respondet: *Dominum Deū*

tuum

tuum non tentabis. Deut.6. Pariter ego tibi, Bellarmine: Deus gratiā suam promisit ambulantibus in vocatione sua, si eius gratia domo abesse cogantur, aut ægritudine à Deo ipso tententur. Neminem enim tentat ultra vires *1. Cor.10* si quotidiè oremus, *Ne nos inducas in tentationem.* Sed, si quis vocationē deserat, & Deum temerario & arroganti voto tentet, nihil subsidii ex misericordia Dei sperare habet, quia superbis resistit Deus, ut ait August. *de virg. c.44.* ad superbientes virgines, & tentantibus se, vocationemve, in qua a Deo ipso vocati sint, spernentibus, gratiam nullam promisit. Esto: tria Bellarmini remedia adhibeantur; *Oratio contra suggestiones Diaboli: Jejunium contra luxuriam Carnis: solitudo ad vitandum illecebrarum aspectum:* Nihil proficient preces sine fide & promissione, nihil jejunium ad præposterum finem abusu detortum, nihil solitudo, dum intus pravis libidinib. turget animus, & objecta intrinsecus suggerit malus Dæmon. Hieronymus, etiamsi in eremo ita se macerasset, ut vix ossibus hæreret, *Sola tamen*, inquit, *libidinum incendia bulliebant. in Epist. ad Eustach.* Origenes fertur sibi amputasse genitalia, quod iis salvis, sine stimulis vivere se non posse sensisset. Monachus quidam in fratribus fracti voti accusatus, testes sibi per Chirurgum amputari curavit, ut fratres reipsa ad oculum confunderet, *Vier. lib. 3. de præst. Dam. c. 18.* egregium continentiæ & sanctitatis Monialis exemplum, accensendum iis, quæ narrat Boeri *decis. 27. in fin.* Episcopus alter à Medico & affinibus ad Venerem inductus, quod sine ea valetudini restitui non posset, cum post factum ploraret & accurrentes amici eum consolarentur: *Non* ait, *fleo peccatum, sed quod citius non inceperim. Fulgos. in l. si ultra. de pig. act.* Natura enim amorem sexus adeò arctè & animis & corporibus immersit, ut licet expellatur furca, tamen usq; recurrat.

Bellarm. imitator fallaciæ Diaboli.

49. Tria Bell. remedia.

Miror autem quod ad jejunia Pontificiorum, luxui potius, quam frugalitati si non inventa, certè conservata, ut varietate ciborum, saturatum carne appetitum, refocillent & de novo incitent, provocare, ac illorum sobrietati donum continentiæ asscribere audeat. Nisi nobis notus esset jejuniorum illorum apparatus, ignaris fortè, ita rem se habere, persuaderet. Ridiculi homines, qui tum se jejunasse putant, si carnem non gustaverint, quasi non & delicatis piscibus, & bellariis exquisitis & obsoniis condimentisve selectis ventrem suffarcire, & naturam gravare possimus. Annon Amygdalæ, Pineæ, ficus, radices Eringii, Pastinacæ, & quæ præterea Persico apparatu & Pontificali cœna

sumtuo-

sumtuosius apponi solent, nauseantis stomachi oblectamenta, magis nutriunt, & semen copiosius generant, ipsa carne, quam tantopere detestatur Bellarm. Nunquam splendidius excipiuntur hospites, nunquam carius, quam feriis 6. & 7. apud Pontificios. Et tamen in mediis his delitiis jejunium profitemini & continentes videri vultis, qui pinguiora ostentatis corpora, quam beneficia, & ut dicit Ioh. de Lignan. *de plural. benef. ad fin. sanguinē pauperibus deputatū, non bibitis, sed plenis buccis hauritis.* In publico quodam consessu VVestmonasterii magnates Angliæ disputasse contra Clericos in Sodomitico crimine prehensos testatur Balæus *in fi. 6. Centur.* & dixisse: *Delicata cibaria virorum Ecclesiasticorum quærunt naturalem purgationem vel pejorem.* Nosti pinguedinis & seminis eandem esse materiam: ne argumenta plura ex physicis petam.

51. Experientiam adi & oculis irretortis circumspice tuos sacrificulos, quâ conscientia votum continentiæ servent, dum primi Lupanaria invisunt, postremi relinquunt, ibique & missam inchoant, & vesperam absolvunt, dum artes meretricias profitentur, & viam ignaris, à se procul dubio sæpius calcatam, monstrare solent, dum confessas ad occultam ducunt absolutionem, & quæ quotidiè non tantum in

52. fabulis, sed in medio foro reipsa fieri experimur. Nam quod impios & impuros indigetet Bellarm. propugnatores conjugii. *d. c. 31. rat. 6.* eos titulos multò rectius competere coacto Pontificiorum cælibatui, ex publicæ famæ & experientiæ testimonio liquet. Præsagierat turpem eventum Paphnutius in concilio Nicæno, quem Bernhardus deinceps post factum deploravit: *Tolle de Ecclesia honorabile conjugium & thorum immaculatum, nonne reples eam concubinariis, incestuosis, seminifluis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni deniq; genere immundorum?* Item, *Multi abstinentes remedia nuptiali, in omne deinceps flagitium effluunt,* & quæ præterea passim conqueritur *in serm. de convers. ad Cler.* Anselmus Archiepisc. Cantuariensis primus ferè, cum id frustrà aliquoties tentatum fuisset, à Britvvaldo, Odone, Dunstano, conjugiis interdixit Anglorum sacerdotibus, quod, ait Henricus Huntingd. *quibusdam mundissimum visum, quibusdam periculosissimum, ne dum munditias viribus maiores appeterent, in immunditias horribiles ad Christiani nominis summum dedecus inciderent.* Horum verò præsagium proximus statim annus confirmavit, qui nova decreta Anshelmo expressit ad compescendas Sodomiticas libidines, quæ in locum legitimi

Fructus cælibatus coacti.

53. *In Angliâ.*

legitimi conjugii successerant, ut refert Balæus *Cent.3.* qui idẽ *Cent.8.& 9.* monstra multa libidinum ab Henrico IIX. in persossis monasteriis inventa & detecta enarrat. Suggillat Bellarm.*libr.1.de Cler.c.22.* Epistolam Hulderici Episcopi Augustani, quasi à Magdeburgensibus suppositam, eò, quod Hulderici vita non coincidat cum vitis Nicolai I. aut II. Sed quia non à solis Magdeburgensibus ea Epistola in odium Pontificis ficta est, sed publici juris facta ex bibliotheca Hollandiæ, ante mota de hac re certamina, *Hedio. libr. 8. hist. Eccles. c. 12.* & ipse Æneas Sylv. *in sua Germ.* illius mentionem facit, Huldericumq; mortuum annotat Ann. 900. non est ut ratiunculis Bellarmini è trivio conquisitis moveamur, quò minùs iterum fructus cælibatus inde audire cogatur, dum Uldérichus post primum conjugii interdictum sex millia infantum ex quadam piscina extracta testatur, & addit: *Patrum uxores subagitant, masculorum & pecudum amplexus non abhorrent.* Item, *qui Clericorum casta conjugia sibi fœtere dicunt, neq; adulteria, neq; incestus, neq; masculorum turpissimos amplexus sciunt abhorrere.* Propterea experientia ducti quidam rustici, nolebant parrochum admittere, nisi concubinam haberet, *ut refert Barbat. in c. at si Clerici de judic.* quod à cælibe timerent uxoribus suis. Nullum enim unquam Clericum de frigiditate conquerentem se audivisse scribit Joh. Andr. *ad Specul.t.de Sponsal. §1.* Aliquò enim vertunt impetum naturalem, quem suffocare nequeunt, &, ut Syracides dicebat de pruriente muliere, ex proxima lacuna bibunt, quemadmodum Thamar Iudæ ipsi imposuit, à quo in iniquo cælibatu detinebatur. *Gen.c.38.* Conqueritur Salycet. *in l.cum propriam. C.si quis alt.vel sib.* quod prælati fraudent Ecclesias, ut ditent concubinas, sine quibus adeò esse non possunt, ut cum dicente Aventino, *quadam concilia concessissent Clericis matrum & sororum cohabitationes, ut de quibus nulla posset esse suspitio, postea compertum fuerit, cælibatum sacerdotum tam castum esse, ut nec matres nec sorores inire dubitarint,* nec commatres, ut testatur Specul. *in tit: de test. § propenitur.* Quemadmodum enim

Dum vitant stulti vitia, incontraria currunt:

Et dicente Gregorio, *dum fugere peccatum appetunt, sine alio peccati laqueo non evadunt, & culpam faciunt, dum vitant, ac nequaquam se ab una valent solvere, nisi alia se consentiant ligari. c. nervi. dist. 13.* Ita contrarium prorsus eventum sortita est prohibitio nuptiarum, & contraria intentione à Clericis suscepta, ut ait Abb. *in c. cum olim. de Cleric. conjug.*

In German.

54. *De Epistola Hulderici Episcopi Augustani.*

55. *Aliorum testimonia.*

que Experientia docente, contrarius prorsus effectus sequitur ex illa lege continentia. Etenim de interdicto Hildebrandi sic memorat Aventinus: *Grata illa lex erat quibusdam Clericis, quibus pro una uxore, jam sexcentas licebat inire mulierculas.* Et pract. Pap. in for. lib pro hæred. ab intest. del. gl. Nullis quod superstit. ait: *Ratio, qua movit Clericos, est, quia ipsi luxuriosi sunt, & carent uxoribus, ut amplietur facultas luxuriandi.* De multitudine concubinarum testatur quoq; Næviz. *libr. 1. Sylv. nupt. n. 128.* Ioh. Fab. *Inst. de jur. pers. §. pen.* inquiens: *Si verum est, quod filij Episcoporum usq; ad subdiaconum sint servi Ecclesiæ, Deus meus, quot essent hodie servi?* Eò enim res redut, ut Mantuanus verè scribere non erubuerit:

Sanctus ager scurris, venerabilis ara Cynædis
Servit, honoranda Divûm Ganymedibus ædes.

Episcopus Florentinus, cum Pontifices edicta sua de cælibatu solito morosius urgere cepissent, & jam prope esset, ut perferrentur, *Antichristum prodijsse* liquidò confessus est, *Sigon. lib. 9. hist. Ital.* poculum immunditia mox repletum iri, quasi de specula prævidens. Ipse Æneas Sylvius, seu Pius II. inter sententias suas reliquit: *Sacerdotibus magna ratione sublatas esse nuptias, majori restituendas videri. Platin. in Pio 7. ad fin.* Cassandri verba sunt *lib. consuet. art. 23.* *Quare si unquam tempus fuit antiquæ consuetudinis immutandæ, certe hæc tempora immutationem aliquam efflagitare videntur, ut summum castitatis gradum conscendere qui non possunt, in secundo casti conjugij gradu consistere permittantur.* Addit præterea: *Peccatum esse à posteris, qui Cælibatus legem pro tempore utilem multis in laqueum verterint.* Si enim ex jure divino cælibatus non efflorescit, *ut confitetur Bellarm. contra Chlichtoveum de contin. sacerd. c. 4. & Ioh. Maj. 4. dist. 24. q. 2.* nec ex præcepto aut consilio Apostolico introductus est, ut à nobis demonstratum est, quia consilium de virginitate juranda nullum extat, imò conjugium manifestè toleratur in Episcopo: Sed ex solius Ecclesiæ decreto dependet, *ut sentit Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. Cajet. tom. 1. Opusc. tract. 27. Gloss. in c. cum olim. verb. votum & ibi Abb. de Cler. conjug. Innoc. 3. in c. placet. de convers. conjug.* quid obstat, quò minus ad prævertenda plura & graviora mala, suadente evidenti utilitate, *l. 2. de const. princ.* præcepti cælibatus rigor remittendus & in melius demutandus sit. *Deberet Ecclesia, ait Abb. imitari bonum Medicum, qui*

56. Cælibatus fit occasio liberius scortandi.

57. Cælibatum ex causa debere ab ipsis Pontificibus tolli.

Medici-

Medicinam, quam, experientia docente, magis officere, quam prodesse videt, tollit. In Orientali enim Ecclesia vel Diaconi ipsi matrimonio copulantur, *c. Aliter dist. 31.* & id Innoc. 3. nequaquam, ut sacrilegium, detestatur, sed per consuetudinem excusat. *c cum olim. de Cler conjug.* Non debet enim reprehensibile judicari, *ait idem Innoc.* si secundum varietatem temporum, statuta quandoq; varientur humana, etiam circa ipsum conjugium, præsertim cum urgens necessitas vel evidens utilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex iis, quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. *c. non debet de consang. & affin. auth. de nupt. post pr.* Urgentem necessitatem aperit Abb. *in d. c. cum olim* & Durand. *in lib. de modo celebr. Concil.* quia satius est nubere, quam uri, satius est casto conjugio copulari, quam cum scortis aut adulteris volutari, quandoquidem frustrà contra naturam pugnatum est, legibus, precibus, solitudinibus, jejuniis, quæ omnia incassum cadunt, quia virginitas imperari non potest, *c. integritas 32. q. 1.* & preces nihil proficiunt sine fide. Fides nulla sine promissione, in qua fundatur. Promissio nulla extat in tota scriptura, supra quam fiduciam suam extruere posset orans. Nam generales promissiones, ubi agitur de donis particularibus, non sufficiunt, ut objicit Bellarm. quia Deus promisit, se exauditurum in sua quemq; vocatione, quemadmodum sapientiam, qua opus erat in sua vocatione, liberaliter indulget Salomoni, *Sap. 8.* sed si idem orasset dona Pontificis, aut summi alicujus artificis, de auxilio divino certus esse non potuisset. Omnes verò vocati sumus ad vitam æternam, & proinde fidem, spem, & dilectionem, ad eam necessarias nemini denegabit, sed ad continentiam omnes non magis vocati sumus, quam ad militiam, aut regendam Rempubl. *Alius*, ait Paulus, *1. Cor. 7. donum nactus est vivendi in conjugio, alius ad cœlibatum,* & hinc texit admonitionem, *ut in ea quisq; vocatione maneat, in qua sit vocatus.* Qui igitur vocatus est ad conjugium, quia vocationem temere deserit, & affectat superbam abstinentiam, auxilium divinum firma fiducia sibi nequit promittere, non tantum quia mandato & promissione destituitur, sed etiam, quia orat contra præceptum & voluntatem Dei. Qui enim non continent, præceptum habent, ut remedium conjugii quærant, & voluntas Dei est, ut vocationem suam à Deo injunctam libi, quisq; comi animo suscipiat & persequatur.

58. *Ut in Eccles. Orientali.*

59. *Continentia non omnibus promissa.*

Nec ab omnibus exoratur.

60.

Ridiculè autem hinc infert Bellarm. *lib. 2. de Mon. c. 31. Non solum secundum voluntatem Dei est, quod est necessarium ad salutem, sed* 61.

Ridicula ratio consequ. Bellar.

etiam, quod est utile, & utilius, quam eius oppositum, neq; id solum, quod ipse imperavit, sed etiam, quod consuluit & laudavit, & cui præmium maximum promisit. Sophisticè enim transmutat verba Iohannis Ep.1.c.8. *Peti secundum voluntatem Dei,* in ea: *Esse secundum voluntatem Dei.* Omnia enim dona particularia sunt secundum voluntatem Dei, sed non omnia promiscuè à quovis secundum voluntatem Dei petuntur, quia promiscuè omnibus omnia non distribuit. Sapientia regendæ Reipubl. aut Ecclesiæ, divitiæ, prophetiæ, facultas ejiciendi dæmonia, placent certè voluntati Dei, sed non est secundum voluntatem Dei, ut à quibusvis, quibus ea dare non decrevit, quia scil. non erant futura salutaria, sine discrimine petantur, atq; ita se res habet quoq; de continentia, quæ & ipsa peculiare Dei donum est. Pergit: Deum nemini denegaturum, quod est utile aut utilius, quam oppositum. Euge: *Utilius est & dignius prophetare, quam linguis loqui.* 1.Cor.14. Ergone Deus omnibus petentibus tenetur dare donum prophetandi? *Primi sunt in Ecclesia Apostoli, secundi prophetæ, tertii Doctores, quarti, qui edunt miracula* &c. 1. Cor. 12. An igitur Deus ex omnibus, qui desiderant, facit Apostolos, aut Prophetas? Sæpe fit, ut pressa malis mater filium devoveat sacro ordini, qui, quia melior est quocunq; seculari, non potest non à Deo exorari, si Deus petenti, quod secundum voluntatem eius est, denegare non audet. Sed alius adhuc anguis latet in hac herba. Non spectatur in oratione, quod simpliciter utile aut utilius est, sed quod petenti: & hujus quidem æstimatio non petitur ex fallaci judicio petentis, sed providentia distribuentis Dei. *In magna enim domo varia vasa & præter aurea, & argentea, etiam lignea & terrea.* 2. Tim. 2. *In toto corpore varia membra esse necesse est, dignitatib. & functionibus differentia.* 1.Cor.12. *In Ecclesia pari proportione, varia dona distribuit idem Spiritus, cujus gratia quisq; contentus esse debet,* 1. & 2. *Cor. utrobiq; cap.* 12. *nec ollæ licet exprobare figulo: Cur me talẽ fecisti?* Rom. 9. *Si n. omnes partes mutarentur in oculos, nullus esset pes, nulla manus.* 1. Cor. 12. Propterea, donorum omnium diribitor justissimus Deus, *alium vocavit in servitute, alium in libertate, alium ad conjugium, aliũ ad cælibatũ.* 1.Cor.7. Nec dubium est, quin libertas tanquam res inæstimabilis, præstet servituti: Et tamen Paulus vetat servum à vocatione sua temere ad illicitam libertatem aspirare, quia Deus vocationes distribuit pro cujusq; commodis,

Refertur.

Responsio 1.

Resp. 2.

Resp. 3

62.

Discrimẽ inter utile simpliciter, vel nobis.

modis, adeò, ut licet cælebs expeditior sit ad curandum ea, quæ sunt Domini: Deus tamen quosdam etiam destinarit ad sufficiendum Ecclesiæ incrementum, quibus ipse Apostolus dicit, *Melius esse, ut nubant, quam ut perpetuò urantur.* 1.*Cor*.7. Nam, qui donum continentiæ nacti sunt, eos judicat melius facere, si maneāt, similes sibi, sine uxore: Reliquis dicit, *Melius esse nubere, quam uri*, ut doctè explicat Chemnit. *part*.3.*Exam*. c.4. Quod deniq; addit, *Deum consuluisse, & laudasse cælibatum, præmiumq; maximum promisisse*, ex falsa hypothesi repetitur, quam Theologis prolixius refutandam relinquimus. Resp. 4.

63. Præmium vitæ æternæ promissum esse cælibibus propter continentiam, manifestam continet in meritum Christi blasphemiam, nedum, ut minimo sacræ scripturæ indicio probari possit. Nam per regnum cælorum *Matth*.19. accipit Paulus 1. *Cor*. 7. exercitia pietatis. Eunuchi, *Esai* 56. non præferuntur filiis Israël propter Eunuchismum, sed quia fœdus Domini servaverunt. Aliâs enim Advenæ quoq;, seu Ethnici propter Ethnicismum præferrentur, quia simul cum Eunuchis præferuntur, *ibid*. & *Matth*.8. ait Christus: *Multi venient ab Oriente & occidente accubituri cum Abraham in regno cælorum præ filijs regni.* *Nullo S. scripturæ testimonio assignari cælibatui præmium vitæ æternæ.*

64. Quod verò laudari cælibes à Deo dicit, rectè quidem dicit, sed nihil ad propositum facit, nec rectè probatur. Laudari enim Eunuchismum putat. *Esa*. 56. ubi pari ratione Ethnicismum laudari ostendimus, non qua talis, sed quatenus tam Ethnici, quam Eunuchi servarunt fædus Domini, quod filii Israel fregerant. Item, *Apoc.cap*.14. ubi virgines cantant canticum, quod nemo alius cantare potest Nam per virgines non excluditur inquinatio carnis, sed oppositum Spiritualis fornicationis, siquidem *in eodem cap*. inquinatio accommodatur ad meretricem Babylonicam, & cætera virginibus ibidem attributa conjugibus detrahi nequeunt, nisi iisdem detrahatur vita æterna. Sed sicut totam Corinthiorum Ecclesiam Paulus sponsam vocat, Christo desponsatam, 2. *Cor*. 11. ita puros ab Idololatria Christianos Iohannes nominat virgines immaculatas. Laudatur tamen & virginitas carnis ab Apostolo, sed ut donum Dei. Nec *Quare laudetur Eunuchismus.*

65. enim verum est, quod concludit Bellarm. *Ea tantum laudari, quæ sunt in nostra potestate.* Nam & supernaturalia dona laudantur & quæ divinitus obtingunt, ut planum est. De consilio deniq; quo dicit à Christo suaderi cælibatum, nullum locum profert *lib*. 2. *de Cler*. c.9. & Paulus eum non suadet, nisi continentiæ donum habentibus, & quibus illud Dominus dederit, ut ait Christus. Reliquis non proponit preces aut

 jejunia.

jejunia, sed conjugium ad compescendas flammas insitæ cupidinis.

66. *Quam sit difficile continere sine ope divina.* Cum igitur votum continentiæ vel temere susceptum, vel summa injuria quibusvis ex sacro ordine imperatum, adiutricem Dei manum sibi polliceri certò non possit, quid superest de eo præsumendum, quam quod Arnob. *lib. 8. contr. gent.* de Vestalibus memoriæ tradidit: *Nisi forte apud istos major castitas virginum, aut religio sanctior Sacerdotum, cum pene in pluribus virginibus, quæ inconsultius viris se miscuissent, Vesta sanè nesciente, sit incestum vindicatum, in residuis impunitatem fecerit non castitas tutior, sed impudicitia felicior. Ubi autem magis à sacerdotibus, quam inter aras & delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius deniq; in adituorum cellulis, quā in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.*

67. *Exempla Vestalium.* Exempla passim in promtu sunt *apud Halycarn. Liv. Plin. Plutarch.* *Rhea.* Rhea, ab Amulo patruo inter Vestales lecta, sine marito gemellos edidit, *Liv. 1. Plut. in Rom.* & reliquis exemplū, quod sequerentur, præivit. *Oppia.* *Oppia*, An. V. C. 271. *ex vatum auguriis in suspicionem incesti deducta, mox quæstionibus supposita, & post confessionem damnata fuit*, *Dion. li. 8. Liv. li. 2.* Ann. 335. *Posthumia.* *Posthumia de incestu causam dixit, crimine innoxia, ob suspitionem propter cultum amæniorem, ingeniumq; liberius, quam virginem decet, parum abhorrens famam.* *Liv. libr. 4. Plut. in lib. quom ex amic. cap. Emol.* An. 418. *Minutia.* *Minutia suspecta primò propter mundiorem cultum, insimulata deinde apud Pontifices ab indice servo, cum decreto eorū jussa esset sacris abstinere familiamq; in potestate habere, facto iudicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa scelerato campo, quod nomen illi ab incesto factum.* *Liv. libr. 8.* An. 538. *Opimia & Florонia.* *Duæ Vestales, Opimia atq; Floronia, simul stupri compertæ: Et altera sub terram, ut mos erat, ad portam Collinam necata fuit, altera sibimet ipsi mortem consciVit. Stuprum fecerat L. Cantilius scriba Pontificum, quos nunc minores Pontifices appellant*, aut *Liv. lib. 22.* Præterea *Licinia.* Liciniam, cum qua Crassus, *Plut. in Craß. & libr. quom. ex inim.* *Cornelia.* Corneliam, cum qua Domitianus, *Euseb in Chron. Plin. in Epist.* *Clodia Læt.* Clodiam Lætam, cum qua Caracalla rem habuisse fertur. *Xiphil. in Carac.* Seneca non veretur in schola declamationum vestali tribuere hunc versum:

Felices nuptæ: moriar nisi nubere dulce est.

quam

quā sic excusat: *Incesti damnari nulla potest, nisi cujus corpus violatū est*; *lib. 6. contr. 8.* perinde ut per solitudinem à congressu mulierum sejunctos Monachos à crimine fornicationis excusat Bellarminus, ignarus versiculorum Ovidii *3. Amor. Eleg. 4.* 68. Cælibatum non servat, qui cogitatione scortatur.

Si qua metu demto casta est, ea deniq; casta est
Quæ, quia non liceat, non facit illa facit
Ut jam servaris benè corpus, adultera mens est.
Nec custodiri ni velit, ulla potest.
Nec mentem servare potes, licet omnia claudas,
Omnibus exclusis intus adulter eris.

Christus, *Matth. 5.* non eum tantum, qui perpetraverit, sed qui cogitaverit adulterium, condemnat, *c. ad Dēn. c. sicut. c. magis. c. qui viderit. 32. q. 5.* & Augustinus ait: *Quid prodest integra caro, mente corrupta?* Rectè Seneca in accusatione: *Incesta est sine stupro, quæ quærit stuprum.* Nazianzen. vetat virginem, quæ castitatem vovit, concupiscentiæ θανατὸν φάρμακον ἔνδον ἔχειν, & Clem. ait *lib. 2.* Summa est: *vel jungi matrimonio, vel extra illud omninò puram servare mentem oportet,* quod quia vix paucis datum est, paucis quoq; suadendus cælibatus. Ignatii nota sunt verba. παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιθῆς. ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ κτῆμα καὶ δυσφύλακτον, ὅταν κατ' ἀνάγκην γίνεται. Item εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο Sicut n. rectè disputat Arist. *2. Eth. Nic. 3.* pro Heracliti sententia, quod difficilius sit voluptati quam iræ obsistere, quia voluptas profundiores radices in nobis egit, quā ira, quia cum lacte materno imbibitur, & perpete consuetudine confirmatur, & quia minus rationi obtemperare didicit: *Piccol. grad. 1. Mor. c. ult.* ita non immeritò nihil statuitur difficilius, quam continere & aculeos carnis, quos ipsi Paulo negotium fecisse colligit Hieron. *ad Eustach. c. si Paulus 32. q. 5.* antequam perforent, obtundere & suffocare. *Petrarch de rem. utriusq; Fort. lib. 2. dial. c. 146. 232.* Difficilia autem, & quæ sine incommodo effici nequeunt, æquiparantur impossibilibus, *l. nepos Proculo, in fi. de V. S. c. brevi. de jurejur. gl. in c. ab Exordio. verb. implere. dist. 55.* & ad impossibilia nulla datur obligatio. *l. impossibil. de verb. obl. l. Imposs. de R. I.* Pontificii verò promiscuè, sive continere valeant, sive minus, sive ad conjugium vocati sint à Deo sive ad cælibatum, sacerdotes futuros obligant ad continentiam,

69. Caro facilius quam mens defenditur à scortatione.

70. Difficilia & impossibilia habentur pro iisdem.

am, quod certè nihil aliud est, quam ad impossibilia homines cogere, & laqueum conscientiis injicere, quod faciendum non esse ipse Præpos. docet *in c.rursus qui Cler.vel vov.& in c.cum baberet.de eo, qui dux.in matr.quam adult.* dicit, *non esse de facili inducendam pœnitentiam perpetuæ continentiæ, nisi ei, qui jam transierit dies suos, in quem non facile cadat præsumtio fornicationis.* Nam *juvenem castum*, esse *Martyrem sine sanguine* scribit Næviz. *in Sylv. nupt. libr. 1. n. 124.* Athenienses propterea perpetuo igni custodiendo, non juvenculas, sed grandævas præficere solebant mulieres, *Cypræ.de sponf.c.13. § 75. n. 5.* quod cum sanciat Paulus de Diaconissis, quæ ex Eleemosynis Ecclesiæ in eum finem alebantur, ut servirent pauperibus ægrotis, *Act.6.& 9. 1.Timoth.5. vers.16.* qua fronte audent

71. *Paulus Diaconissas non vult el gi nisi vetulas.*

Pontificii divino eius ordini sese opponere? Annon & illæ viduæ, quæ ex misericordia ad ministeria pauperum allegebantur, si domi non haberent, unde viverent, & liberis onustam familiam, quæ Ecclesiam gravare potuisset, non adducerent, propositum habebant in cælibatu & officiis piis, quamvis sine voto, vitam transigendi? Sed tamen, quia juvenculæ erant,

72. *Quia non videbantur pudicitiam costare tentationes Satanæ.*

tentationes Sathanæ non effugerunt, post quem multos earum retrò abiisse, & à fide defecisse, calumniandiq; occasionem adversariis suggessisse Paulus testatur, & proinde Iunioribus viduis, præscribit aliud remedium, ut nubant, & familiæ studeant, ne, si ante ætatem & supra vires cælibatū profiteantur, adversariis scandalum præbeant, & ludibriis Sathanæ, ad exemplum aliarum, se prostituant. Ad collegium verò Diaconissarum vetat ullam viduam eligi ante annū ætatis sexagesimum superatum, quia in cæteris pudicitiam, nisi ex singulari gratia, ægrè servari, licet sacris officiis, cupidine Eleemosynarum, se mancipassent, experientia aliquoties testatum fecerat. At nos quoq;, inquit Bellarm. non admittimus ad Sa-

Effugium Bellarm. Rejicitur.

cerdotium, nisi qui donum continentiæ habent. Quem, quæso, vos rogatis, ad sacros ordines admittendum, utrum virgo sit & stimulis carnis per gratiam legem dare sciat? Et licet quis id de se præsumat, ut operibus suis arroganter multum tribuebant olim Pharisæi, & nunc Pontificii, quis

73. *Præsumtio Pontificiorū vana.*

scit, an, quod præsumsit, possit perficere? Etiam viduæ apud Paulum id præsumebant, quæ tamen lasciviebant contra Christum, & fidem primā irritam faciebant. 1. *Tim.5.* Barbat. ait: *Non debere exigi juramentum à Clerico, quod nolit redire ad Concubinam, quia propter humanam fragilitatem non observabit. in c.1 de jur. calumn. in c. cæterum. eod.* Et Nævizanus: *Isti magistri novitiorum, qui sunt tam seduli ad instigandum*

dum adolescentes, imò pueros, ut frater Thomas Illyr. de potest: Papa Chart. 162. intrare religionem, prævideant, quale scandalum eveniat religioni & Reipubl. ob tales Apostatas. Non enim afferunt honorem Spiritui S. qui ubi voluerit spirat, & non egebit horum instigatorum auxilio, nec tot suasionibus. In Sylv. nupt. lib. 1. n. 112. Nec enim omnes intrant religionem, amore castitatis, & ut ait Erasm. *in Annot. 1. Timoth. 3. Etiam atq; etiam vereor, ne census Ecclesiastici castrent hodie Clericos verius, quam pietas.* Alios trahit hamus pinguium beneficiorum, alios ambitio, aut simulata æmulatio: Multos ad Monachatum adigit desperatio & inopia: non paucos eò detrudit vel ultronea scelerum pœnitentia, vel magistratuum condemnatio. Quidam filias, quas desperant inventuras procos, illuc condemnant, quidam filios, si eorum numero timent hæreditatem non responsuram. Multos deniq; pelliciunt blanditiæ fratrum, qui ditissimis quibusq; se applicant, ut eorum accessione augeant patrimonium cœnobiorum, & quis posset causas illas omnes enarrare, quibus creduli falluntur animi? An his omnibus ex cornu copia, gratiam & donum continentiæ dispensabit Bellarminus? Non audebit, sat scio, ne iis quidem, quibus dona ad sacerdotium liberaliter indulta sunt. Nam Paulus *ad Tit. 1.* omnia ea dona præsupponit reperiri etiam in unius Uxoris viro: Qui verò à Deo ad ministerium vocatus & donis ad id sufficienter instructus est, cur à lege Ecclesiastica repellitur, ex hac causa, quia dono continentiæ destituitur? Hoc si non est laqueum conscientiis contra expressam Dei voluntatem & veritatem Apostoli, injicere, quid sit laqueum injicere, fateor me ignorare. Proinde rectè Leo, *Const. 2.* improbat Pontificum sanctiones, quibus ait *eos sacras divinasq; leges, quasi absoluta non essent, abrogare, & Episcopatus honorem capessendi copiam facit quoq; ijs, qui liberos habeant, nihil veritus, ne graventur Ecclesiæ*, ut timet Pelagius, *c. de Syracus. dist. 28*, quia ob tantillam rationem, cui aliunde prospici posset, tantæ turbæ conscientiis non fuissent excitandæ. Sed de hoc capite satis: Cætera petantur ex disputationibus Theologorum. Nobis in transcursu tantum hæc tangenda fuerunt, quatenus Reipubl. interest, ut de conjugio honorificè quisq; sentiat, & jugum ejus, sub prætextu hypocriticæ sanctimoniæ excutiendi occasionem cives non arripiant.

74. *Plerique ob alias causas, quam [illegible] religionis vovent castitatum.*

75. *Laqueus injicitur conscientijs a Pontificijs.*

76. *Constitutio Leonis.*

CAPUT II.

DE ÆTATE QUA CONJUGIA CIVIBUS QUAM COMmodissimè sint ineunda.

SUMMARIA.

1. *De differentijs ætatum.*
2. *Sponsalia infantum inauspicatò contrahi & esse inutilia.*
3. *Puerorum matrimonia damnantur.*
4. *Damnantur conjugia Senum.*
5. *Qua deniq; ætate tam viri, quam mulieres commodissimè ineant nuptias.*



Ostquam huc usq; ostensum fuit, Reipubl. interesse, ut cives præmiis, legumque justis inducantur ad conjugia ineunda, proximum est, ut, cum ante legitimam ætatem matrimonia & sponsalia rata noluerint habere Imperatores, quæ nuptiis maximè habilis sit, & utilis ætas, diligenter dispiciamus. Nam, cum paria sint, nihil agere, aut præposterè agere, non minores calamitates expectandæ sunt Reipub. ex infæcundis aut immaturis nuptiis, quam ex prorsus neglectis, *ut docet Aristot. 7. Polit. c. 16.*

SECT. I. De differentiis ætatum.

1. *Quid sit ætas.*
2. *Variæ distributiones ætatum ex Philosophis, ICtis & Medicis.*
3. *Non posse temperamentorum terminos certo annorum numero circumscribi.*
4. *Multæ gentes olim æstimarunt pubertatem ex inspectione.*
5. *Aliæ ex lanuginis exortu simul & annis.*
6. *Quis apud Rom. primus ocularem inspectionem sustulerit.*
7. *Termini ætatum constituendi sunt præter propter.*
8. *Prima ætas quæ dicatur Medicis.*
9. *Plena pubertas non constituit novam ætatem apud Medicos.*
10. *Error Fernelij, duas primas ætates, nomine adolescentiæ confundentis.*
11. *Temperamentum conspicuè mutari circa secundi septenarii exitum.*
12. *Quousq; excurrat, & quas ætates complectatur pueritia.*

13. Qui

13. Qui olim investes & vesticipes.
14. Pueritia subdivisa in infantiam & pueritiam in specie.
15. Qui sint proximi infantiæ & pubertati.
16. Minutiores subdivisiones primarum ætatum.
17. Pubertatem non esse inter adolescentiam & pueritiam inserendam.
18. Iuventutis termini.
19. Quid ætas consistens, unde incipiat, & quò desinat.
20. Vnde incipiat senectus.
21. Senectus triplex statuitur Galen.
22. Mulier citius pubescit & adolescit.
23. Cuius causa petitur ab imperfectione temperamenti frigidi.
24. Quibus ex causis fæmina in utero tardius, *extra uterum citius crescat.*
25. Causa ex Galeno perquiritur, de accretione extra uterum.
26. Mulier cito succrescit, ut mala herba.
27. Hippocratis rationes de accretione intra uterum.
28. Explicatur ratio vera.

Qvia verò in ætatum gradibus recensendis, tam Philosophi & Medici, quam ICti & Politici plurimū inter se dissident, ne velut in tenebris per sylvam ignotam, incertis vestigiis incedamus, differentiæ earum prius nobis sunt declarandæ & asserendæ, imprimis quid sit senectus, Veneri inhabilis, & quid pubertas, à qua ICti ut plurimum conjugium auspicantur. De cæteris enim ætatibus egimus diligentius *in tr. de pœn. temper. c. de excus. ætat. & in Physiol. cap. 2. de Temper.* Nihil autem sunt ætates, quam *periodi vitæ ex mutatione notabili temperamentorum totius oborta*, 1. *Quid ætas.* *Fernel. lib. 3. Physiol. c. 10. injuria reprehensus ab Argent. com. in 1. Aph. 13. cum vocabulum partis, quod exagitat Arg. in definitione Fernelij non legatur.* Servius tres classes civium ex ætatibus constituit, *Puerorum*, ad annum 17. *Juniorum*, ad an. 46. *Seniorum*, usq; ad mortem, *Tuber. 1. hist. Gell. lib. 10. c. 28.* ad quam divisionem respexisse Vlpianum *in l. cum hi. 8. §. Modus. de transact.* notant Prattei: & Calvin. *in Lexic. verb. Ætas.* Verum, ea divisio non desumta est ex principio interno, sed ex usu & commodo externo, prout videl. Ætates civiū sese habent ad munera Reip. à quibus primi & ultimi excusantur, & quæ soli illi sustinere coguntur, qui sunt in medio. 2. *Variæ distributiones ætatum.* Xenophon quatuor ætates constituit, *Hottom. in Lex. verb. Ætas,* ut & Accursius *in l. 68. in verb. à prima ætate, ad l. Falcid.* Avic. *prima primi. Autor finit. Medic.* licet in numeris annorum paulisper evarient. M. Varro, quinq;, in singulis periodis 15. annos collocans, *Censorin. libr. de dieb. nat. c. 14. Alciat. ad l. Pueri. 204. de V. Sign.* Macrobius *in som. Scip. lib. 1. c. 6. ad fin.* ex singulis septe-

nariis singula intervalla constituit, cuius computationē sequitur Baptist: Montan. *1. part. Medic. de Temper. ætat.* Nec ipse Hippocr. & Galen. ubique ætates eodem tenore enumerant, iisdemve annis circumscribunt, quia, ut ait Celsus: *Ars Medica non est, quæ annos numeret.* Vt verò rem ordine prosequamur, cum præsuppositum sit & certum apud Medicos, ex temperamentorum mutatione æstimanda esse intervalla & numerum Ætatum, sicut temperamenta in omnibus non eodem tempore mutantur, ita nec omnibus eundem annorum numerum præscribi posse aut debere, quemadmodum docet Galen. *libr. 6. san. tuend. c. 2. & in com. 27. Aphor. lib. 3 non omnibus esse unum exactum pubertatis terminum, propter calorem & frigus temperamenti, ideoq; se semel monere, ne quis quærat accuratos terminos ætatũ. cum frigidi tardius, calidi citius pubescant* quod notavit ex eo etiam Holler. *1. Aph. 13. 3. Aph. 27.* Vnde & Hipp. *libr 3. progn.* nunc 30. nunc 35. annum terminum juventutis ponit, quæ loca explicans Galenus: *Quandoq;*, inquit, *Hippocrates 30. quandoq; 35. commemorat. Nam eò quod aliæ alijs accidant mutationes, fieri non potest, ut una communis regula ex omnibus firmiter finiatur.* Hinc enim antiquitus pubertatem, non ex annis, sed ex ortu pilorum, inspectione judicabant apud Romanos, *in pr. Inst. Quib. mod. tut. fin.* Saxones, *Spec. Sax. lib. 1. c. 2.* Athenienses: *Sigon. 2. Rep. Ath. 2.* & Canones præter annos requirunt habitum corporis & potentiam generandi. *c. 3. de spons. imp. gl. in c. ex eo. 32 de Elect. in 6. Ioh: Andr. in addit. ad gl. 1. c. 1. de testam. in 6.* quæ erat olim sententia Prisci & Theophili, quam expressisse Virgilium hoc versu:

3. *Non posse certis annis singulas ætates circumscribi.*

4. *Pubertas antiquitus judicata fuit ex inspectione.*

Jam matura viro, plenis iam nubilis annis, censet Servius, injuria repræhensus à Magio *2. Miscell. cap. 2.* Sed quia turpe videbatur, & a pudore fœmineo alienum, quæ natura in abditum seclusa locum, tegi tacitè jussit, in apricum producere, *Ambros 3. de Virg.* non primus Iustinianus indecoram observationem, in examinanda marium pubertate resecuit, sed jam Antonius objecerat Augusto, *quod adultas ætate virgines denudaret, atq; perspiceret, tanquam Thoranio mangone vendente: Sueton. in Aug. c. 69.* & Tertull. de sua ætate scribit: *Tempus etiam Ethnici observant, ut ex lege naturæ jura suis ætatibus reddant. Nam fœminas à 10. annis, masculos à duobus amplius ad negotia mittunt: in li de Veland. Virgin.* Apertiq Macr. *7. Sat. c. 6. Secundũ jura publica 12. annus in fœminis & 14. in puero definit pubertatis ætatem*: quem locum pro Proculianis affert Hottom. *4. de nupt. 2.* Vixit autem Macrob. ante Iustinia.

5.

6.

stinianum, quippe ab Honorio & Theodosio ad sacri cubiculi præpositu-ram evectus. *C.Theod. lib. 6. t. 8. ut indicio Scaligeri notat Ioh.Isacius in not.ad Macr.* Imitati enim sunt Romani morem Medicorum, qui respicientes ad ea, quæ fieri solent ut plurimum, maluerunt terminum aliquem præter propter constituere, quam obscæna inspectione pudorem virginum in ruborem agere. Itaq; Hippocr. *5. Aphor. 7.* pubertatis annos extendit ad annum 25. juventutem ad annum 35. *libr. 3. prognost.* Galenus priorem terminum subdividit *5. Aphor. com. 7. & 9.* in pueritiam, durantem usq; ad annum 14. & adolescentiam usq; ad annum 25. cum ipse Hippocr. *1. Aphor. 13.* pueritiam & adolescentiam distinguat, ubi per adolescentiam non posse intelligi juventutem, *ut censet Valles. 1. controv. 8.* ex eo patet, quod adolescentes minimè dicat jejunium ferre, quod tamen commodè ferunt juvenes. Inter pueritiam item & adolescentiam, mediam ponit Bertinus *li. 2. Medic. c. 6.* pubertatem, ab anno 14. ad an. 18. quam plenam pubertatem vocat Calvin. *in Lex. verb. Ætas, arg. §. fin. Inst. Ex quib. caus. man. mit. non liceat.* Sed ut propter alimenta legata distinctio hæc in favorem pupillorum admittenda sit ICtis, *l. Mela de alim. legat.* tamen, quia hi quatuor anni temperamentum adolescentiæ non mutant, diversam ætatem Medicis parere non possunt. Fernelius econtrario omnia confundit, & uno adolescentiæ nomine complectitur totum tractum à primo ortu ad annum 25, quē dividit in infantiam ad an. 4. pueritiam, ad an 10. pubertatem, ad an. 18. adolescentiam, in specie, ad an. 25. eamq; opinionem Græco cuidam incerto Autori tribuit Brassavol. & Argenter. *com. 13 in lib. 1. Apho.* Epiphan. Ferdinand. *lib. 1. Theorem. Phil. & Med. 19.* duas tantum ætatum partes statuens, nomine adolescentiæ complectitur, quam diu vivens accrescit: nomine senectutis, quam diu decrescit. Sed, quæ alii nimis accuratè distinguunt, Fernelius nimis negligenter confundit, cum manifestæ temperamentorum in hoc intervallo mutationes deprehendantur, & quidem non iis, quos ipse ponit, intervallis, sed potissimum circa 14. Tum enim menses erumpere solent fœminis, lanugo tum in his, tum in viris; in illis etiam aliquantò maturius, sese prodere. Quin etiam *hircire*, seu *hircissare*, ut loquitur Rhodig. *lib. 19. Antiq. Lect. c. 21.* incipiunt, seu vocem mutare, circa secundum septenarium, *teste Macrob. 1. in somn. Scip. cap. 6. & Gal. 3. Aphor. comm. 27. 28.* quæ sunt certa indicia mutationis caloris & siccitatis. Dilatatur enim larynx à calore: hinc vox gravior, & dum eadem siccescit magis, virilior evadit vox & minus fluit. Pili verò, ut in sicciori parte corporis, scilicet vertice, non prodeunt, nisi dum fœtus absolutè perfectus partui

Margin notes: 7. — 8. — 9. *Plena pubertas.* — 10. *Fernelij confusio.* — 11. *Prima mutatio temperamentorum.*

prope est, ita in partibus humidioribus non erumpunt, nisi quando calor cœpit dominari humido, & eius abundantiam, quæ ex semine & sanguine reliqua erat, discussit. *Roderi. à Veg c.13. art. Med.* Quod his verbis explicat Macrob. *7. Saturn. c.7. Humor naturalis in corpore, quando ætas transit pueritiam, fit durior & acuitur in pilos. Ideo hinc & pubes, & genæ & aliæ partes corporis vestiuntur.* Ex sicco enim nasci eos docet Galen: *2. de temper: c.5.9. de V. P. & 14. Meth: med.* & experientiâ demonstrat Clem. *lib.3. Pædag. c.3.* Vir enim eo hirsutior est fœminâ, quo calidior & siccior, & Leo ut siccitate, ita & Juba vincit Leænam, nec mulieres unquam hirsutæ genas evadunt, nisi ætate siccescant. *Iubert. de pilor. affect. c.1. in fin* Unde natum est proverbium in pueros præcoci sapientia, quod *ante pilos sapiant*, quasi ante pilos habitus corporis non sit ad functiones animi, & exercitia corporis satis obduratus. Pilos autem circa secundum septenarium, aut præter propter enasci extra controversiam est, & proinde terminus mutationis in illud potissimùm tempus incidit, cujus totum decursum nomine pueritiæ complectuntur leges Romanæ, *ut notat gl. Azon. in l. sancimus. verb: puer parvulus. C. de infant. expos. & patet ex l.1. §. pueritiam. de postul: l. ita autem in pr: de admin. & peric: tut: l. Mela de aliment: legat: l. pueri app: 204. ibi Alciat: Brech: & Gedd: de V. S. Dd. ad §. 1. Inst: quib: mod: tut: finit: Accurs: in d. l. 68. verb. à prima ætate. ad l. Falcid.* Antiquitus *investis* dicebatur, *cui propter teneram ætatem nulla pars corporis pilabat,* ut ait Nonius. *Tertull. de anim. Macrob: 3. Satur c 8. Mancinell. in Od. 10. libr. 4. Horat.* Ei opponit Apul. *2. Apol. Vesticipem*, & *Vesticeps puer* est, ait Fest. Pomp. *qui jam vestitus est pubertate. Lips. in 5. Annal. Tac: Gell: lib.5. c.19.* Conspicuè patet ex Horat. *lib. 4 Od. 10.* quod illic notat Acron & Anton. Mancinell. solitos Romanorum pueros alere cæsariem, donec superveniens insperata pluma superbiæ, faciem reddat hispidam, & decidant, quæ humeris huc usq; involitarant comæ, idq; ex Martiale passim constare addit Mancinell. Impuberes porro, seu Investes, pueros ante annum ætatis 14. puellas ante an. 12. minutius dividunt per duas ætates *infantiam*, & *pueritiam in specie*, *Gl: in proœm: 6. Decr. in verb: perfectus. Dd. ad §. 1. Inst. quib: mod: tut: fin. Menoch: arbitr. jud: cas: 67. n.6 7. & seqq. Corras: ad l. precibus n.19. de Impub: & al. subst. Anton: Fum: tract: de subst. n. 34. Mynsing: com. ad §. Minorem natu. Inst: de adopt: Alciat. lib. 10. Parerg: c.10. ad l. pueri 204. in fi. ibi Brech. in com. de V. S. Hottom. comm: verb: Iur: in verb: Ætas.* Et infantiam quidem definiunt primo septenario, *per l.1. §. sufficit. ubi gl. verb. non possunt,* de

12. *Pueritiæ terminus.*

Investis.

13. *Vesticeps*

14. *Subdivisio pueritiæ.*

Infantiæ terminus.

de admin: & peric: tut: l. si infanti. § ult. ubi Bart: Bald: Ias. C. de jure delib: l. in sponsalibus. 14. in fin. de Sponsal: c. 1. de despons: Impub: in 6. Gl: in l uxorem 41. §. testamento verb: intra 7. annos. de leg: III. Gl: in Clem: 1. ubi Covarr. part: 3. Rel: n. 5. de homicid. pueritiam secundo, sub qua propriè impubem contineri notat Petr. Faber *ad l. 5. n. 15. de R. I. ex l. sed & si quemcunq. § sed etsi infans. ad l. Aquil.* & hanc iterum dirimit Theophilus *in §. pupillus. Inst: de inut. stipul.* in duas classes, à boni viri arbitrio circumscribendas, *Baro in d. § pupillus.* cum in lege nihil de iis reperiatur determinatum. *L. 1 de jur. delib.* Proximus enim infantiæ is dicitur, qui in primo confinio post primum septenarium adhuc hæret: Proximus pubertati, qui ad finem secundi propè accedit. *Gal. 3. Aphor: 27. Zas: q. 2. de jud: n. 1. & 2. Vigl. in §. testes autem n. n. Inst: de testam: Decius in l. pupillum n. 1. de R. I. Menoch: cas: 57. n. 25. Ioh: Fab: in § pupillus Inst. de inut. stipul:* Fernelius tamen *d. c. 10.* infantiam non extendit ultra quartum annum. Medici subtilius adhuc primam ætatem dividunt, in tempus gestationis, dentitionis, *1. Aph: 24. 25. 26 27.* quorum utrumque septem, aut novem mensibus definitur, & ipse Hippocr. pro morborum vicissitudinibus multifariam ætates distinguit, *in 3. Aphor: Com: 2. 3. Epid: tex: 8. & Com: 1. 6. Epid. tex. 5.* sed quia nihil faciunt ad nostrum institutum, quippe Medicorum scopis propriè dicata, omissa prima ætate, quæ desinit in pubertatem, Subtexto alteram, quam vocat Hipp. *1. Aph. 13.* Adolescentiam, eamq; extendit Galenus ad annum 25. *5. Aphor. 9.* Putat Argent. *in com 13. 1. Aph:* ex sententia Galeni, inter adolescentiam & pueritiam, mediam pubertatem quatuor annorum esse adjiciendam, quam opinionem supra quoq; Bertino attribuimus. Sed quia Gal. *3. Aph: 27. & 29.* pueritiæ in pubertatem desinenti, immediatè subnectit adolescentiam, non est ut turbemur, & quinq; species ætatum, quas alibi Galenus proponit, *1. Aph: 13.* pubertatis accessione vitiemus. Nam *in d. Aphor. 9.* non propositum ipsi est præcisè principium adolescentiæ accersere ex anno 18. sed ostendere, quod octo primi anni, illic ad Hippocr. nominati, ad adolescentiam pertineant.

Pueritia in specie subdivisa.

15. *Proximus infant: & pubert.*

16. *Subdivisiones minutiores.*

17. *Inter adolesc: & puer: non cadit media pubertas.*

Adolescentiam excipit juventus, ad annum 35. excurrens, ipso Hippocr. judice. *5. Aphor. 9.* qui Aphorismus desumtus est *ex li. 2. progn. & Coac: Pesag:* Nam, quod dixerat *3. Aphor: 29. Iuvenibus sanguinis sputiones, tabes*, id *5. Aphor. 9.* per annos determinat, inquiens: *Tabes fiunt maximè ætatibus ab anno 18. ad 35.* Non tantum igitur sine ratione, sed etiam contra dictamen Hippocr. Montan. *in sen: I. Avic. & com. 13. lib. 1. Aph.* juventutis

18. *Juventutis termini.*

tutis terminum statuit annum 28. & qui inde excurrit, quintum septenarium consistenti ætati adjudicat.

19. *Quid ætas consistens.* Consistens enim ætas à Gal. *lib:* 1. *Aph.* 13. media vocatur inter vigorem & senectutem. Vigor autem tribuitur juvenibus, qui ἀκμάζοντες inde dicuntur, & non desinit ante an. 35. nisi in valdè natura effœtis, & hinc incipit καθεστηκυῖα, seu, ut Cicero ipse effert, *constans ac media ætas*: *libr: de senect.* quia in vigore manens non admodum declinat; unde ἀνδρεία, seu virilis ætas dicitur, & in medio ætatum quasi libratur. Gal. ex Thucydide advocat nominis originem, qui appellat τοὺς ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ, quos Hippocr. καθεστηκότας, id est, interprete Philotheo, ἐν παρακμῇ ὄντας, Arist. 8. *Eth:* c. 3. τοὺς ἐν ἀκμῇ, quibus subjicit νέους. Extenditur usq; ad exitum septimi septenarii, seu annũ 50. Vnde Macrob. *1. in somn. Scip. c. 6. Cum numerus 7. se multiplicat, facit ætatem, quæ propriè perfecta & habetur & dicitur: Adeo ut illius ætatis homo, utpote qui perfectionem & attigerit jam & nec dum præterierit, & consilio aptus sit, nec ab exercitio virium alienus habeatur.* Malè Montanus hinc conflat principium senectutis, quia ad frigidum nondum satis notabiliter deflectit. Sed quia hæ ætates nuptiis aptæ censentur citra controversiam, minutius earum partes non persequor.

20. *Senectus.* Senectus deniq; est, quicquid ab anno 50. vivitur, usq; ad mortem. Nominat Gal. *3. Aph: ult.* quosdam, qui in prima senecta collocant καθεστηκότας, *ut & Montan. in F. 1, Avic. & Epiphan. Ferdin. lib. 1. theo. 19.* sed eorum sententiam non probat, ut ipsi imponit Valles. *lib. 1. Contr. 8.* quia *in Aph.* 13. *lib.* 1. ubi idem præsupponit Valles. *in comm.* etiam principium senectutis

21. *Triplex.* distinguit à consistente ætate, & senectutem sic distinctam dividit, ruditer loquendo, in crudam senectam & extremam, quam distinctionem repetit Fernel. *3. Phys. c. 10.* In *5. verò de sanit. tuend. c. 12. in fi.* triplicem senectutem constituit: *Et prima pars*, inquit, ὠμογέροντων, *crudam viridemq; senectam viventium dicitur, propterea, quod adhuc obire civilia negotia possunt. Altera autem, cui aptè nomen ipsum inditur eo, quod ipsa sit, de qua dicitur:*

Ut lavit, sumsitq; cibum, det membra sopori.

Quod tamen in tertiam non convenit, in qua Telephum Grammaticum bis terve mense lavari auditum est. Nominant eum, qui ad hanc partem pervenit, Græcè πέμπελον, *sicut ajunt, qui vocabulo-*

rum

rum Etymologijs gaudent, ab eo, quod est, πέμπεσθαι τὴν εἰς ᾅδου πομπὴν, id est, *mittendo in pompam, quæ ducit ad manes. Para.* 1. *Chirurg. cap.* 5.

Quæ de terminis Ætatum, ad institutum nostrum pertinentia, diximus, potissimum intelligenda sunt de viris. Nam mulier, cum sit imperfectior, citius ad maturitatem & ἀκμὴν devenit, quemadmodum & citius pubescit, & generando semini portandoque utero fit idonea. Ideo *fæminis*, ait Plutarch *in Problem. Veteres Romani octavo die nomina imponere consueverunt, cum in Viris id differrent, usq; in nonum.* Epictet. quidem principium pubertatis, quo in conjugium adoptari & Dominæ vocari soleant, accersit ab anno 14. *in Enchirid.* dum ait: *Mulieres statim ab anno decimo quarto à viris Dominæ vocantur*, quod sic explicat ex verbis seqq. Simplic. *Plerią; mortales, uxoribus à prima ætate adulantur & honorem habent, easq; Dominas vocant solius concubitus causa.* Macrobius quoq; 7. *Saturn. c.* 7. vim generationis in pueris & purgationem in fæminis moveri scribit sub exitum secundi septenarii, sed fæminas maturius biennio à tutela liberari *propter votorum festinationem*, seu, ut explicat Covarr. *part.* 2. *Matr. c.* 5 *n.* 2. quia malitia facilius supplet in iis ætatem, & difficilius custoditur pudor, qui semel amissus, perpetua eas multat infamia, cum impudicitia in mulieribus patiatur majorem famam, quàm in viris. Cæterum non ea est festinationis votorum in fæminis legitima causa, sed ætatis ipsius maturior consistentia, per quam & Veneri fiunt citius idoneæ & marito tolerando, ut idem Macrob. testatur 7. *Saturn. c.* 7. *Fœminæ celerius, quam pueri fiunt idoneæ ad generandum. Nam & secundum jura publica duodecimus annus in fæmina, & quartus decimus in puero definit pubertatis ætatẽ.* 22. *Mulier citius adolescit.*

Quæ sit autem facilioris accretionis causa, apud Macrob. disputant Horus & Symmachus. Ille causam dicit esse, *quia calent amplius, & calor omnis generationis causa est.* Symmachus verò ait, quæ ratio verissima est: *Quod citò admonentur generationis, non nimij caloris, sed naturæ infirmioris est: Ut exilia poma celerius maturescunt, robusta serio.* *Idem Plin lib.* 7. *hist. nat. c.* 3. Nec enim fæmina, sed vir calidior est, dicente Hippocr. *li.* 1. *de diæt. Gal.* 1. 4. *de Vs part. c.* 6. & *in libr. de Temper.* 6. *Epid. com.* 2. *tex.* 43. *Arist.* 4. *gen. anim. c.* 1. *de long.* & *brevi. vit.* 3. *de part. anim.* & probantibus, Macrob. *d. c.* 7. Montan. 1. *part. Med. de temper.* Sex. Laurent. *libr.* 2. 23. *Cur citius pubescant fæminæ.* *Fæmina frigidior viro.*

Anat.q 13 & ex eo Mercat.*in qq. Med.part.1.* Roder.à Veg. *com.in 6.de loc. affect. 5.* Valles.*1. Controv. c. 9.* quorum sententias cum diligenter pertractaverimus *in observ. & qq nostris Anat.* hic odiosè non repetimus.

24. *Cur tardius perficiatur famella in utero.* Tantum hoc quærimus, quare fœminæ in utero tardius, extra uterum citius adolescant. *Aristot. 7. hist. anim. cap. 3. 4. gen. anim. cap. 6. Mares enim 30. diebus, fœmina 42. conformantur, quam longissimè,* ait Hippocr.*de nat.puer.* & pari proportione post partum fæmellæ, 42. dies, post maris, 30. dies purgari puerperas ibidẽ addit, & *in 6. Epid. com. 2. tex. 44. Mas,* ait, *consistit citius, sed tardius augetur & longiore tempore.* Citius quoq; movetur mas, nimirũ tertio mense, cum fæmella nõ moveatur ante quartũ, quod Galen.*d. com. 2. tex. 44.* experientia gravidarũ probat, *Mares sc. citius incipere moveri, & plures & vehementiores motus edere, quod unicum Diogen. Apolloniat. in li. 2. de nat. negasse referebat*

25. *Rufus.* Et Galenus quidem rationem reddit, quare tardius augeantur mares, quia ficciores sunt, & quò quodque humidius, eò facilius extenditur. Homerus, cum Pandori filiabus, à singulis Deabus tributum finxisset, quod cuiq; Deæ proprium esset, *Diana*, inquit, *addidit longitudinem, quia virgo,* quasi virginum longitudo esset propria. Citius item, ait Galen. desinunt accrescere, propter imbecillitatem, quod ex Hippocr. desumtum est. *libr. de septim. part. paulò ante fin. Ubi ex utero sejuncta fuerint, puellæ citius, quam pueri pubescunt, sapiunt, & senescunt, propter corporum imbecillitatem & victus rationem.* Videmus enim etiã arbores ad interitum properantes, impensius luxuriare, & ante tempus

26. fructus semicoctos maturare, & Seneca ait: *Præcocia ingenia rarò ad maturitatem pervenire.* Quod cito fit, cito perit. *Corras. annot. 1. Arrest. Thol.* *Quod citius crescit, citius finitur,* ait Bald. *in l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.* *Quod natura modicum curat, citò producit ad augmentum.* *Ægid. de regim. princip. li. 1. Par. 2. c. 23.* Quæ vero causa contrario effectu faciat, ut dum intra uterum est fæmella, segnius perficiatur, Galen. *d. tex. 44.* non explicat, & ratio Hippocrat. *in libr. de septim. part.* speciosa magis est, quam verisimilis. Ait enim, *propter familiaritatem & amicitiam, quam famella habet cum famella, ægrius partum abscedere & discerni.* Nam non ab utero, sed à facultate plastica, vel materia seminis, tanquam principiis internis, causa accersenda esset. Ratio autem diversitatis à diversitate motuum porrigitur. Nam in utero partes

Cur citius accrescit extra uterum.

formam

formam & consistentiam accipiunt: extra uterum extenduntur tantum & temperiem mutant. Humida verò facilè quidem extenduntur & calor debilis citò subsidet, proinde citò exurgunt fæmellæ & in medio conatu calor deficit: sed eadem difficulter terminantur & in firmam solidamque substantiam compinguntur, præsertim, si calor laboret, & subigendæ materiæ non sit sufficiens: Unde fit, ut in utero, ubi efformantur partes, segnius perficiantur fæminæ, ex humido & frigido semine subnatæ, quam viri, propter eandem humiditatem, & caloris inopiam. Inde enim nomen traxit mulier, scilicet a mollitie, *ut Varro & Lactant. ajunt. c.12. de opif: argumento. §. muliebri. de aur. & arg. leg.* 27. *Ratio Hippocrat.* 28. *Ratio vera.*

Sponsalia infantum esse inutilia.

1. *Exempla immaturorum sponsaliorum.*
2. *Quæ ipso jure nulla sunt.*
3. *Propter consensus defectum.*
4. *Qui non cadit in infantes.*
5. *Utrum ad consensum præsumendum sufficiat numerus septem annorum.*
6. *Exceptio quorundam de matrimonio carnali.*
7. *Quod præcisè numero annorum inhærendum non sit.*
8. *Quomodo cohabitatione sponsalia convalescant.*
9. *Augustus qua de causa tempus sponsas habendi arctaverit.*
10. *Sponsalia puerorum obnoxia funestis & creberrimis mutationibus.*
11. *Qua ex causa præpopera sponsalia minus benè cedant.*
12. *Unde oriuntur rixæ & lites.*
13. *Sponsalia puerorum condemnantur alijs rationibus.*

POstquam ætates discretæ sunt, & præsuppositum: Mulieres citius ad maturitatem aspirare, faciliusq; decrescere viris, seligendæ jam sunt ætates, conjugiis contrahendis maximè idoneæ. Imprimis verò damnamus præcocia sponsalia, quæ ad inconsulta vota festinantes parentes pacisci solent, de infantibus, dum in cunis vagiunt, aut ab Ephebis procul adhuc absunt. Solent enim, *ut ait Philipp: in loc: de conj.* cupiditatibus suis avari parentes conjugia liberorum prætexere & illorum periculo amicitias & pacem velle conflare. Ita Deidemia soror Pyrrhi desponsa erat Alexandro, Alexandri M. & Roxanis filio, infanti. *Plutarch: in Pyrrh: n. 2.* Augustus adhuc adolescens sponsam habuerat Publ. Servilii Haurici filiam, mox de consilio exercitus Claudiam nondum nubilem duxit. *Suet. in Aug. c. 62.* Claudius Imper. calamitates quoq; domesticas ab immaturis nuptiis auspicatus est: *Sueton: in Claud. c. 26.* & Sillano nondum puberi filiam de- 1. *Frequentia esse immatura puerorum sponsalia.*

 spondit.

spondit. *Ibid: c. 24.* Alexius Comnenus Ibanco, à Blachis ad Romanos transeunti, Theodoram Isaaci generi sui filiam in cunis relictam, uxorem promiserat, ut in fide sua contra Barbaros maneret. *Nicet: 1. & 3. Annal: Alex. Comn.* Richardus II. rex Angliæ, amore cæco filiam Caroli VI. Regis Gall. petebat in matrimonium, eamq;, licet Duci Britanniæ jam ante desponsam, abducebat adhuc inhabilem Veneri & nesciam rerum, quæ gererentur. *Frossard. lib: 4.* Ludovvicus Andegav: Rex Siciliæ jam penes se habebat Iohannis Ducis Burgundiæ filiam, filio suo majori natu in matrimonium destinatam. *Nic: Gill: in Carol: 6.* Ludovvicus rex Vngariæ inconsulto impetu VVilhelmum Austrium cum filia Hedvvigi, eum in finem educatum, generum sibi, & Polonis regem decreverat. *Crom: lib. 14.* Carolus V. receperat Henrici IIX. regis Angliæ filiam maiorem natu ducere, & multam sibi ipsi, si resiliret, adjecerat. *Bellai. lib: 3. Comm:* Statius 1. *Thebaid:* introducit Atyn, qui Ismenem infantem sibi pactus erat.

Pactus Athenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenem Tyrij juvenis non advena belli.

Nec nunc desunt exempla, si in Gallias, Hispaniam & Angliam oculum reflectas, nec ullo seculo defuerunt. Utrum verò, quod passim fit, rectè fiat & è re tam privatæ familiæ, quam publici commodi, paucis considerandum nobis est.

2. *Sed ipso jure nulla.* Et quidem, quod sponsalia infantum nulla sint, tam Canonico, quam civili jure receptum est, *c. un: 30. q. 2. c. 1. 2. 4. 5. 12. 13. de despons: impub: c. 1. Eod: in 6. l. 14. de sponsal: Leo Novell. 109. quam & Comnenus probavit,* sive ambo sint infantes, sive alteruter tantum, *c. 2. c. de illis. 7. de despons: impub: Panorm: c. 3. de spons:* cujus ratio ex defectu consensus desumitur. Cum enim tam sponsalia, quam nuptiæ consensu contrahantur, in quo consistit utriusq; essentia, *l. 4. l. sponsalia 11. de spons: l. nuptiæ 2. de rit: nupt: l. nuptias 30. de R. I.* deficiente consensu, nuptias ipsas deficere necesse est. *Sive ambo, sive alteruter puer sit.*

3. *Propter defectum consensus.* Consensum autem præstare non potest infans, quia consensus præsupponit intellectum, quo ipse destituitur. Græci propterea infantem & Stultum uno nomine complectuntur, νήπιον, utrumq; denominantes. Clem. *libr: 1. pædag: c. 6.* Arist: 2. *Eth: Eudem:* & Senec: *c. 11. & 12. libr. In sap: non cad: injur:* non magis infantem, quid agat, intelligere, putant, quam pecora. Nam, quod apud Senecam *libr: 7. declam: 5. & lib. 3. Controv: 20.* Senianus dicit: *Nihil puero est teste certius, utiq; quinquenni. Nam & ad eos pervenit annos, ut intelligat & nondum ad eos, quibus fingat,* Rhetoricè magis

4. *Infantes non posse consentire.* *Licet quinquennes.*

magis, quam verè dictum est, ut ibidem statim subjicitur. Nam etsi

Maxima debetur pueroreverentia, si quid
Turpe paras: Nec tu pueri contemseris annos:

Tamen, quinquennem infantem verius, quam puerum dixeris, & ipsi etiam pueri ante annum 14, nedum infantes, à mancipationibus & testamentis arcentur, *t. Inst: de test: ord. Boet. in Top: Cic.* nec testimonium dicere possunt, quia non jurare, *l. qui jurasse 26. de jurej: c. pueri. 22. q. 5.* & injurato fides non habetur. *l. jujur: 8. C. de testib:* Plinius etiam sensum adimit infantibus: *lib: 7. c. 50. Infantiæ anni sensu carent,* cui consonāt LL. *l. 5. § sed & si infans. ad l. Aquil. l. si quis suo 33. § legis C. de inoff: testam: l. 3. de adquir: poss: l. sponsalibus. l a. 2. de sponsal:* Quod si etiam intellectus competat infantibus, in negotio matrimonii non sufficit, ut notat Thom: Aq: *3. part: q. 43. art: 2.* ad quod requiritur præter intellectum, magna quoq; vis consilii. *Consensus sine consilio non sufficit ad matrim.*

Dubium verò est, quousque infans præsumatur intellectu carere, quia Modestinus, Sponsalibus, ut Matrimoniis, negat præfiniri certum terminum, sed satis esse dicit: *Modo, quid fiat, ab utraq; parte intelligatur.* Mox verò intellectum ad certos annos alligat, dum addit: *Id est, si non sint minores, quam septem annis.* Abbas enim *in c. juvenis. de sponsal:* Duaren: *l. 1. de V. Obl:* Brunell: *de sponsal: concl:* 4. Alber: Gent: *de nupt: lib: 5. c. 1.* præcisè inhærent numero annorum, & ante septimum completum nemini concedunt jus sponsaliorum, sicut Canones professione religionis ante complementum annorum præfinitorum cujuscunq; intellectus & judicii homines abigunt. *gl: in c. ex co. verb. pupillar: de Elect: in 6. gl: t. & in addit: Ioh: Andr: in c. 1. verb: Impuberes de testam: in 6.* Nam ubi lex certum annorum numerum exprimit, contra legem facit, qui de annis aliquid remittere aggreditur. *l. nemo. C. de relig: & sumt: fun: l. fin: C. de testam: mil l. qua ætate. ff. de testam: arg: l. nihil tam. de R. I. Duar: t. C. de his, qui ven: æt: impetr.* Excipiunt tamen dd. gl. matrimonium carnale, in quo non solum anni, sed & habitus corporis & potentia generandi spectatur: *c. puberes. 3. de despons. impub:* & Ulpianus in *l. falsus tutor. § Iulianus. 3. Quod fals: tut: aut: gest:* excusat patrem, qui ex propensiori affectu, ante annum ætatis 12. quem leges præscribunt, *l. quæsitum de sponsalib: l. minorem 4. de rit: nupt:* filiam in sponsi familiam deducere properavit. Canones etiam, si malitia suppleverit ætatem, immaturas nuptias tolerant, *c. de illis. c. ult: de desp: impu: Abb: & Præpos. in c. de despons. impub.* Quæ verò ratio in matrimoniis locum habet, qua de causa excludenda erit à Sponsalibus? cum per-

5. *Utrum infantes 7. anno finit consensus capaces.*

6. *In matrim: requiritur etiam habitus corporis.*

 inde

parvi momenti argumenta eam legem perpetuam suadent, non abs re fuerit eorum quædam repetere & in medium proponere. Suetonius improperat facilitati sponsaliorum *d. c. 34.* incommodum satis arduum & frequens, nimirum, *crebram matrimoniorum mutationem*, quæ licet ex divortiis potissimum, tamen non infrequentius, ex præpoperis & temerariis Sponsalibus oritur. Nam constans matrimonium sperandum non est, nisi ex constanti animorum consensu, qui morum consensui seu convenientiæ innititur. Forte fortuna autem evenit, ut mores eorum inter se consentiant, qui ingenii documenta nulla adhuc dederunt. Ludovvicus Rex Ungariæ VVilhelmum & Sigismundum in aula sua à pueris educarat, ut animi eorum & filiarum consuetudine coalescerent. Richardus II. Angliæ Rex sponsam, nondum viri potentem, deduxit in Angliam, quod cum improbarent proceres Regni, *se id facere* respondit, *ut facilius, dum sit flexilis ætas, transeat in mores Anglicos.* Quid autem speramus futurum, si longè dissitis regionibus, ad diversa studia, dissidentes mores, ut alia aliis populis placent, educantur? Quin etiam, licet animi consentire possint usu & conversatione: infinita tamen intervenire solent impedimenta, quæ non tantum matrimonia inchoata distrahant, sed sæpe familias integras, nonnunquam etiam Respubl. in internecina adigant odia & indelebiles inimicitias. Rectè notavit Melancht. *Beza de repud. pag. 82. Corras. Annot. 1. in Arrest. Tholos.* immatura sponsalia, insciis liberis, à parentibus pacta, in calamitates plerunque desinere, non quod à solo eventu argumentum capere velit, sed quod ex rei natura vix aliter fieri posse adverterit, siquidem Dei benedictionem sibi promittere nequit, qui ad generationem instituto sacro conjugio, ad ambitionem, avaritiam, & commoda domestica abutitur. Nec enim Sponsalia hæc rata sunt, nisi confirmentur, post annos pubertatis. *c. 7. & 12. de despons. impub.* Impunè igitur dissolvuntur, quemadmodum Cæsar Cossutiam ex equestri familia, sed admodum divitem, sibi prætextato desponsatam dimisit. *Suet. Cæs. c. 1.* M. Antoninus Philosophus item sponsalia, quæ cum L. Cejonii Commodi filia 15. ætatis anno de voluntate Adriani, contraxerat, dissolvit, & Faustinam consobrinam in eius locum recepit. *Capitol. in Anton. Phil.* Augustus Claudiam dimisit, simultate cum Fulvia socru oborta. *Suet. in Aug. c. 62.* Claudius Æmyliam Lepidam, Augusti proneptem, repudiavit, non alia de causa, nisi quod parentes eius Augustum offendissent. *Sueton. in Claud. cap. 26.* Deidemia soror Pyrrhi desponsa

Quæ ex causa lata.

10. *Sponsalia puerorum facilè sine causa dissrumpuntur.*

11.

desponsa Alexandro, nupsit postea Demetrio. *Plut. in Pyrrh.* Richardus II. Rex Angl: sponsam suam subtraxerat Ducis Britanniæ filio. *Frossard. lib. 4.* Hedvvigis regina Poloniæ coacta fuit Jagelloni M. Duci Litvaniæ nubere, licet promissa fuisset VVilhelmo Austriaco. *Crom. lib. 14.* Carolus V. repudiata Maria Angla, pinguiori fortuna inventa, duxit Regis Portugaliæ filiam, *Bell. libr. 3. Comm.* & ita ferè fieri videmus, ut sponsalia immatura rumpantur, vel quia pinguior conditio excludit priorem, vel quia animi levicula offensione, quæ ætate lubrica, tam longo intervallo facilè alicunde subnasci potest, dissiliunt, vel quia illi, quorum interest, repugnant, ut Bituricensis & Burgundiæ duces, qui pro Carolo VI. regnum Galliæ regebant Domini de Riviere filiam, Iacobo Hugonis Castilion. filio desponsam, in alienum matrimonium intrudebant, *Frossard. lib. 4. cap. 48.* vel quia nuptiarum juratus hostis aliud impedimentum aliunde objicit, ut vulgò dici solet: De conjugiis ineundis deliberandum esse diu, de

12. consumandis statuendum subitò. Repulsam verò an pars læsa æquo feret animo? Certè Ibancus defectionis suæ inter cæteras hanc quoq; causam habuit, quod Alexius Imper: promissam sibi neptem, Isaacii Sebastocratoris relictam filiam non transmitteret. *Nicet. lib. 3. Ann. Alex. Comn.* Iohannes Dux Burgundiæ nullum non lapidem movit, ut ignominiam, à Ludovvico Andegav. sibi illatam, cum filiam domum, irritis sponsalibus, remisisset, ulcisceretur, *Gill. in Carol. 6.* nec omisisset VVilhelmus sponsam suam ex media Polonia repetere, si vires suppetiissent, cum Cracoviã eo animo venisset, & nisi restitissent Poloni, voto potitus fuisset. Henricus IIX. Angl: perenni odio prosecutus est fortunam Caroli V. & Francisco I. Gall. non tantum contra ipsum liberales suppetias tulit, sed argentum quoq; à Carolo sibi propter rescissa sponsalia debitum, ad persolvendum lytrum eidem donavit. Accedit injuria, qua afficitur is, cui sponsa, sponsusve subtrahitur, dum in pinguiorem conditionem deducitur.

Dissidia ex solutione sponsaliorum.

13. Præterea, cum immatura sponsalia hunc saltem effectum edant, ut inde nascatur Affinitas, tamdiu à matrimoniis aliis abstinendum erit cognatis & Affinibus, quam diu sponsalia pendent. *c. literas. c. duo pueri. de desponsi. impub.* Postquam verò, ut frequentissimè fieri solet, sponsalia dissiliunt, evanescente ficta illa affinitate, frustrà ab arctiori amicitia reliqui sibi temperarunt, qui potuissent stabilem aliquam conjunctionem inter se confirmare, nisi lubrica illa spes impediisset. *Panorm: c. 2. de desp. impub. Alber. Gent. 5. de nupt. c. 1.* Deniq; si majores natu spondeant sibi puellas in cunabulis, aut viceversa, quemadmodum filiam jam puberem Syllano impuberi

Rationib. aliis improbantur pueror: sponsalia.

puberi despondit Claudius, & Richardus matura ætate, immaturam domum duxit virginem, sæpe nectuntur laquei conscientiis, & impeditur utilis Reipubl. liberorum generatio, nimirum si lex jubeat puberem expectare, nec faciat illi copiam dissentiendi & recedendi à contractu, donec alter quoq; pubescat, *ut sentit gl. in c. de illis 7. vers. cum sponsal. contrah. de despons. Impub & consentit Beza de repud. pag. 81. licet communem in contrarium afferat Covar. 1 part. Sponsf. c. ult. § un. n. 2. Cypræ. de Sponsal. c. 9. § 6. ex Abb. & Prepos. in d. c. 7.* Quis enim non cum Ibanco à filia transiret ad matrem, & diceret: *Quid mihi rei cum lactante adhuc agna, cum ove indigeam ad coitum apta? Nicet. libr. 1. Ann. Alex. Com. Isacii fratris.* aut non cum Horatio seipsum dehortaretur ab uvæ immaturæ austeritate?

Nondum subacta ferre jugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Æquare, nec Tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentis est animus tuæ
Campos juvencæ, nunc fluvijs gravem
Solantis æstum, nunc in udo
Ludere cum vitulis salicto
Prægestientis. Tolle cupidinem
Immitis uvæ: Iam tibi lividos
Distinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore. Libr. 2. Ode 5.

Rectius igitur faciunt, qui quod in re præstare nequeunt, in spe non promittunt, & ante tempus libertatem suam nec vendunt, nec aliorum arbitrio prostituunt, sed tum demum, quando ætas cum potestate voluntatis consentit, liberè stipulantur, quod sine mora complere & possunt & volunt.

Puerorum matrimonia damnantur. SECT. 3.

1. *Feminam viripotentem statuunt jura anno ætatis 12.*
2. *Sed de maribus nihil cautum reperitur.*
3. *Iustiniani lex improbatur.*
4. *Nec obtinuit in ipsa Rep: Romanorum.*
5. *Gentilis argumentum rejicitur pro Iustin.*
6. *Pueri nequeunt obtinere finē primarium coniugij.*

7. *Femellam ante an.14. ad matrim. non admitti à Macrob. Epict. Hesio. Aet &c.*
8. *Quomodo tam brevi spatio potuerit Iudas nepotes & pronepotes suscipere.*
9. *Iudam duxisse uxorem valdè puerum.*
10. *Nec nō Benjamin: Salomon: Achas: Ios.*
11. *Sed rara hæc exempla non esse rapienda in consequentiam.*
12. *Pueros novem annorum reddidisse fœminas gravidas.*
13. *Puellas ejusdem ætatis concepisse.*
14. *Perinde est, nullam aut Reipubl. inutilem generare sobolem.*
15. *Ex pueris non tollitur, nisi morbosa & infirma soboles.*
16. *Quantum coitus dissolvat corpora puerorum.*
17. *Pueris non esse indulgendum exercitium Veneris.*
18. *Quod augmentum etiam corporis impedit.*
19. *Et minitatur periculum parturienti matri.*
20. *Non esse ad nuptias admitendum, qui nesciat familiæ præesse, & uxorem cum prole sustentare.*
21. *Puer ante 18 annum ætat. de jure civili non præsumitur suis commodis posse prospicere.*
22. *Ad conjugium requirit ipse Iustin. virilem ætatem.*
23. *Puerorum virtus nullius ad nuptiales curas momenti.*
24. *Quibus annis definiatur virilis ætas.*
25. *In muliere quoq; requiri constantem ætatem & prudentiæ capacem.*
26. *In conjugio puerorum perit reverentia maritalis.*
27. *De proverbio: Quod maturarum nuptiarum neminem pœnituerit.*
28. *Præjudicia quorundam, qui Venerem probarunt magis feram.*
29. *Conjugia puerorum provocare intemperantiam.*
30. *Puellarum custodiæ maximè incumbendum circa annos pubertatis, quibus incipit moveri Venus.*
31. *Non esse cujusvis libidinis conjugij remedium concessum.*
32. *Sed veniendum ad alia remedia.*
33. *Quosnam dicat Paulus propriò uri.*

1. *Fœmina viripotens an. 12 ætat.* QUa verò ætate, tam animus, quam corpus ad contrahendas & complendas nuptias, sat roboris acquirat, porrò nobis inquirendum incumbit. Cassianorum, Proculianorum & Prisci sententias, supra obiter ex *Vlpian. fragm. t. 11.* explicatas, præterimus, & in jure Digestorum fœminis quidem 12. annum præfinitum invenimus, *l. 9. de Sponsal. l. 4. de rit. nupt. l. pen. §. 3. quod fals. tut. gest.* de maribus verò nihil cautum est, nec annotatum à Sueton. *in Aug. c. 34.* Dion, *lib. 54.* Zonar. *tom. 2. Annal.* licet præcisè fœminis

2. *De marib. jure nihil cauti*

fœminis nubendi copiam factam lege testentur post annum 12. nisi quod 14 anno pubescant, *l. precibus C. de impub. & alijs subst. l. fin. C. quando tut. vel cur. esse desier. §. nostra autem majest. Inst. Quib. mod. tut. fin. c. illud junct. cap. 1. 20. q 1. c. puberes & seqq. de despons. impub.* qui terminus à Iustiniano præter propter positus, & a Canonibus, juncta habitudine corporis confirmatus est. Sive autē annos, quos tamen præcise non spectavit Ulpianus *d l pen. §. 3. quod fals. tut.* sive habitum corporis spectes, nec è re sua, multo minus è publica faciunt, qui licentia hic Iustiniani utuntur contra optimorum Philosophorum sententias. Saltem enim non prohibet Iustinianus post annum 12 fœminas, aut mares post annum 14 matrimonium, si res ferat, contrahere: sed nec jubet, nec suadet, *ut Alber Gentil lib. 5. de nupt. c. 2.* imò licet per legem liceret citius, tamen, ait idem Iustin. *novimus eos, qui vehementer citius contrahunt nuptias, non minus quindecim annorum ad hoc procedere c. 2. §. Novimus Nov. 100.* & gl. *Inst. de nupt. ver. viripot.* consuetudinem ait obtinuisse contra legē: lex item Papia ante 25. annum ætat. ad mulieris justum amplexum, neminem invitabat, nec pænis cælibum ad eos, qui 25. annum nondum attigissent, extendi voluit, *ut ex Tripart. libr. 1, repetit Connan. 8. Com c. 4. n. 3.* Cum enim, de consuetudine virilem togam anno ætatis 15. sumerent, & tum sibi futuras uxores desponderent plerunq;, ut de M. Antonino Philos. *ex. Iul. Capitol.* de C. Iulio Cæsare *ex Sueton.* patet, tempus tamen capiendi & deducendi uxores diu adhuc differebant. *Suet. in Cæs. c. 1. Capit. in Ant. Phil. n. 2.* Majores olim nostri, intra annum vigesimum fæminæ notitiam habuisse, in turpissimis habebant rebus. *Cæs. li. 6. bell. Gall.* Tardius enim apud nos fæminæ pariunt, tardius mulieribus erumpunt menstrua, & tum in his, tum in viris pubertatis lanugo tardius se prodit, ob regionem & victum frigidiorem. Ponatur verò, naturam adeo præcocem esse, & masculum circa 14, fæminam circa 12. aptam præstare Veneri. An tum statim valebit argumentatio Gentilis: Provolandum esse ad matrimonia, ne fecerit natura istam aptitudinem frustra. Nam potentia naturalis sæpe ab ipsa natura suffocatur corrigiturve, & ex multis causis legem accipit à Politica. Naturà innatus est amor vitæ: Eam tamen vir fortis præ amore patriæ non timet prodigere. Natura studemus conservationi rerum nostrarum: quas tamen susquedeque habere jubet liberalitas. Quin & temperantia naturali huic appetitui legem præscribit, nec sinit, illi semper & ubiq; satisfieri Quid si cui donum continentiæ dederit Deus, an propterea se ipsum accusat, quasi

3. *Iustiniani licentia improbata.*

4. *A Romanis ipsis.*

5.

frustrà aptitudinem in eodem progenerasset? Quid? si de sententia Gentilis *lib.6.c.22.* intra annum luctus non sit nubendum propter certitudinem prolis: an non tum quoq; frustra censetur adesse potentia sine actu? Frustra factum est, quod finem suum nunquam attingere potest, ut iis objecimus, qui ad conjugium à Deo destinatos homines coacto mulctant cælibatu: Quod autem anno uno atq; altero impeditur, non prohibetur in totum, & poterit finem suum, peracto illo spatio, assequi eò perfectius, quò tardius. Nec enim anima frustrà data est infanti, quia fari, & ratiocinari nequit durante spatio infantiæ, nec pedes, quia ambulare nescit, nec

6. *Pueri nequeunt obtinere finem præcipuũ conjugij.* aptitudo generandi, licet singulis annis nihil generetur. Porrò cum finis præcipuus conjugii sit generatio sobolis, ad eius limam aptitudo exigenda est, & demonstrandum: pueros 14. & puellas 12 annorum, ad tollendã prolem satis esse aptas. Nam à pilis emicantibus ad potentiam generandi non satis firma ducitur consequentia. Nec ab erectione, cum & Eunuchi erigant, nec ab admissione viri, quia sine effusione seminis admitti potest.

7. *Fœminæ ante an. 14. non admittendæ.* Macrob. *1. Saturn. c.6.* non dicit, quod vis generationis secundo septenario consistat, sed quod *moveri incipiat*, ut & purgatio fæminarum, quas tamen citius in domum deduci addit, *propter votorum festinationem*, seu ut ait Ulpianus, *ex propensiore affectu. d.§.3. quod fals. tut.* Epictetus enim *in Enchir:* fæminam nubilem, & Dominæ nomine dignam ante annum 14. non censet, quæ est etiam sententia Hesiodi *2. op. & dier.* cum Aet. ex ratione Medica etiam pubescentes à nuptiis abigat, usq; ad an. 18. *libr.16.c.26.* nec Pythagoræi virile semen fixum & stabile ante tertium septenarium credebant. *Perer. de opin. Philos. circa princ. c. de Pythag.* Ægyptii, cum voluptatem significare vellent, numerum XVI. in hieroglyphicis pingebant, ea demum ætate rati adolescentes stimulo voluptatum pertentari. *Corras. Annot. 1. in Arr. Tholos.* Fieri potest, ut iis annis aliquid pronascatur, sed, cum rarò fiat, ad consequentiam rapiendum non est magis, quam quod ante illam ætatem quosdam generasse traditum fuit, præcipuè inter primos parentes, quos Deus peculiariter prole copiosa beare voluit, ad Ecclesiæ suæ ex una stirpe propagationem.

8. *Dubitatio de Iuda* Mirificè se torquet Augustin. *q.128. 142. & q. ult. Genes.* eiusq; ratione ductus Perer. *in c.38. & 46. Gen.* nũc in narratione *Gen.38.* nunc in *c.46. Gen.* anticipationem & effugium quærens, ut verisimilem rationem excogitaret, quomodo Iudas, spatio 44. annorum, potuerit ex Thamare nuru suã duos nepotes, & ex eorum altero, scilicet Pereso, totidem suscipere pronepotes, Hesron & Hamul. Præsupponunt enim ante annum 16 aut 20. proli

proli generandæ virum non sufficere. Quia verò Moses evidentibus verbis asserit, *c. 46. Gen.* omnes, quæ illic enumerantur, animas jam fuisse egressas ex femore, & descendisse vivas in Ægyptum, ita ut quæsitus color *ab August. q. ult. in Gen. & 16. de civ. Dei. c. 40.* an generationibus AEgypti, cum liberis ante genitis commiscendis, locum non habeat, nihil obstante ratione, de immatura ætate, Lutherus *in Gen. c. 46.* ex veritate verborũ colligit, Naturam tum fuisse multò robustiorem, ita ut anno 12. aut 13. generare conjuges potuerint. Nec enim, quod post venditionem Iosephi narratur, *Gen. c. 38.* post eam factum est, ut Rabbini censent, quia intervallo 22 annorum, quos in AEgypto ante adventum patris exegit Ioseph, nõ potuisset, filios, nepotes, & pronepotes generasse Iudas, sed verba illa: *In illo tempore*, de tota ætate Jacobi ἐν πλάτει accipienda sunt. Pone enim Iudam post annum ætatis 12. duxisse uxorem, & singulis tribus annis subsequentibus generasse, Er, Onan, & Selah, horumq; primos duos intra 13. annos cepisse alterum post alterum uxorem Thamar, eamque annum expectasse unum, donec Selah adolesceret, & postea Iudæ inscio se commiscuisse, unde post annum nati sint gemelli Pheres, & Serah, supersunt adhuc anni quatuordecim, qui Phereso suffecerunt ad duos infantes suscipiendos, ita ut secundum hanc computationem tricis Augustini, & dubitatione Pererii nihil sit opus. Nec enim soli, qui hic nominantur, tam cito duxerunt uxores, & susceperunt liberos, sed & multi alii. Nam Salomonem anno 10. æt. genuisse Roboamum, & Achazum anno 11. Ezechiam narrat Hieron. *in Epist. ad Vital: Presbyt.* quem tamen magno errore hallucinatum putat Conna. *8. Comm. c. 4. n. 3.* si quis diligentius ad calculos velit annos exigere. Benjamin verò non longe, ante proditionem Iosephi natum constat *ex c. 35. & 37. Genes.* Et tamen cum ad Iosephum pater familiam transduceret, decem ex se advehebat filios. Quod si non statim circa annum 13. duxit uxorem, tantillo intervallo non potuit toties ex uxore una, liberos tollere. *Gen. 46.* Iosiam quoq; anno ætatis 13. maritum extitisse, hinc colligere est, quod Jojakim filius eius, quem fratri remoto substituerat Pharao, viginti quinq; annos natus fuisse dicatur, minus tribus mensibus, quibus præerat post Iosiam Ioahas à populo electus, cum pater Iosias moreretur, *2. Reg. 23. in fin.* nec tamen plus quam 39. annos habebat Iosias, cum moreretur. Octo enim annos natus auspicabatur regnum, & triginta unum illi præerat. *2. Reg. 22. in pr.* Iterum cum Iosias jam octo annos complevisset, patre Ammone moriente, statim post 14. duxisse uxorem Ammonem verisimile est, quia in universum non vixit nisi an-

9. *Judas duxit uxorem puer.*

10. *Exempla alior. qui in pueritia duxerunt uxores apud Judæos. Salom. Achaz. Benjam. Iosias.*

11. nos 24. 2. Reg. 21. circa fin. Fœcunditas autem illa populo Israelitico singulari Dei providentia tributa, ad regiones nostras frigidas trahi non potest: & Hieron. *in d. Epist. ad Vital:* miraculo simile facit, quod illic enarrat inquiens: *Audivi, Domino teste, non mentior: Quadam muliercula cum expositum nutriret infantem, & stillaret cibos, & nutricis officio fungeretur, cubaretq; cum ea parvulus, qui usq; ad decimum jam pervenerat annum, accidit, ut plusquam pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaq; libidine, obscœnis motibus, ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis & cæterarum deinceps fecit consuetudinem. Necdum duo menses voluti, & ecce fœminæ uterus intumuit. Quid plura? dispensatione Dei factum est, ut, quæ contra naturam simplicitate parvuli in contemtum Dei abutebatur, à natura Domino proderetur.* Gregorius *lib. 4. Dial. c. 19.* de puero, vix dum novem annos nato idem refert, quod scil. nutricem gravidam reddiderit, ut ex eo repetit gl. *in Sum. verb. Quod ante annos. 20. q. 1. Hostiens. ver. cui puer. t. de pænit. & remiss.* Gomezius a se supplicio ereptum testatur puerum 11 annorum, qui accessum habuerat ad canem, & semen emiserat, *de delict. c. 1. n. 60.* Schenkius præter novennem, etiam de septenni puero, & puella, nono & octavo mense gravida refert, *lib. 4. observ. 228.* quemadmodum puellam novennem, jam utero ferentem affert Alber. *in Diction. verb. Matrimonium,* quas liceat accensens Quartillæ Petronii, quæ se virginem nunquam noverat, aut muribus Ægypti, quas Plinius testatur prægnantes in lucē edi. Forte etiam unum atq; alterum exemplum adiicient, *Panorm: cap. 3. de despons. Impub. Alber. dict. Matrimonium. Covar. part. 2. matr. c. 5. n. 6. Menoch. cas. 52. arbitr: n. 33. Igneus in l. impubes. n. 9. ad Syllan. Brechæ: ad l. pueri appell. 204. de R. I. Corras: 6. Miscell. c. 23. n. 4. Gomez. de delict. c. 1. n. 59. 60. Beust: de Matrim. part. 2. c. 41. Cypræ: de Spons: cap. 9. §. 2. & 7. Alber: Gent: 5. de nupt: cap. 2. Barbat: in proœm: Clem: §. nulla. Borch: de grad: pag: 97. Connan: Comm: c. 4. n. 3. Naviz. 2. Sylv: nupt. n. 109. Cæl: Rhod. 8. lect. antiq: c. 8. & præ cæteris Tiraq: l. 5. Connub:* sed ex iis, quæ rarò & præter naturæ seriem accidunt, regula desumenda non est, *l. jura 3. dell.* nec in omnibus affectandum, quod non nisi felicibus à natura datum est. Meritò Corras: *Annot: 1. in Arrest: Thol:* sacrilegii damnat has nuptas, quibus sacra coniugii turpi abusu defædantur, cum illud iniri Deus nolit, nisi ob generationem, & mutuas suppetias: Immaturi autem sponsi, aut libidini ante tempus frena relaxent, aut parentum ambitioni, avaritiæ, aliisve πλεονεκτήμασι inserviant.

Porrò

A raris exemplis non licet argumentari.

12. *Pueri quidā impragnarūt nutrices.*

13. *Puellæ impregnatæ.*

Porrò, Paria sunt nihil generare, aut imperfectè, perperam, cumq; sui ipsius detrimento generare. Nec enim posse dicimur, quod sine incommodo non possumus: *l. Nepos procul. 125. in fin. de V. S. c. faciat, ubi gl: verb: Quod potest. 22. q. 2.* & perinde nihil prodest Reipubl. qui momento aut ex aliquo intervallo interituram sobolem, atque qui nullam generat. Lacedæmonii ad Taigetum condemnare solebant partus, quos præsumebant idoneos cives non futuros: *Plut. in Lycurg.* Majores nostri in Rhenum projiciebant, qui examen frigidæ masculè non sustinuissent. *Galen. de simpl. medic: facult: & 1. sanit. tuend. c. 10.* quod licet ab humanitate & στοργῇ naturali alienum sit, & Asinorum Medicina vocetur Galeno, maluerunt tamen nullos, quam nullis muneribus idoneos cives educere, cum hi, præterquam quod nihil promoveant commoda Reipubl. eam, quasi fuci, & fruges consumere tantùm nati, onerent, & depascantur. Pomerani adhuc crudelius fæmellas supernumerarias ad mortem damnabant, ne earum onere familias gravarent, & masculis hæreditas præriperetur. *Cramer. libr. 1. Chron. Eccles. c. 9.* 14.

Quod verò ex puerorum præcocibus nuptiis, nihil nascatur, nisi quod sit imbecillum, & instar præcocis pomi, citius interiturum, quam fuerit generatum, ex ratione & experientia confirmat Aristot. 7. *Politic. c. 16.* Et *c. 2. ait. Novella, & senescens ætas magis quam florens fæminas generat. In altera enim calor nondum perfectus est, in altera deficit. Humidiora etiam effæminata corp. fæminam potius gignunt, & semina humida magis, quam spissa, hoc idem faciunt.* Nam parum seminis generatur in iis, idq; aqueum & inutile. Parum, inquam, quia eius materia absumitur in incrementũ corporis, *ut docet Arist. & Averrh. 1. de gener. anim. c. 19. & 20.* Aqueum, quia temperamentum totum humidum est, & partes ipsæ molles, nedum ut excrementum earum solidam possit habere consistentiam. Humidum a. semen infæcundũ, cum eius gratia ebrii nihil generent. *Arist. 3. li. probl. 4. Gal. 11. de V. P. c. 10. Avic. li. 3. F. 20. tr. 1. c. 13.* Hinc ait Arist. *In quibuscunq; civitatib. moris est, utriusq; sexus juniorũ jungi nuptias, ibi imperfecti corporibus sunt & pupilli.* Idem probat ducto argumento ab animalibus: *Omnium animantiũ, quæ ad coitum properant, imperfecta est soboles, & nascuntur plures sexus fæminei & figura pusilli, ut de hominibus idem fieri necesse sit.* Exemplum in Germanis ponit Tacit. *de morib. Germ. Pares validiq; miscentur, ac robora parentum liberi referunt.*

15. *Inutiles nuptiæ puerorũ.*

Præterea

Præterea, quia fætum hunc imbecillum, sine sui pernitie non edunt parentes, plus & sibi & civitati immaturis nuptiis nocent, quam prosunt. Satius enim est adultum servari civem, quam infantem, cujus messis in herba est, fortasse ad maturitatem nunquam ascensura. Dici enim non potest, quantum Venus noceat corporibus tenellis, *Avic. lib. 3. F. 20. tr. 1. c. 11. in fin & li. de virt. cord. tr. 6. c. 8.* nec ulli corpori prodest, nisi quod in omnibus habeat mediocritatem, *c. 86. art. Med. Paul. 1. c. 35. 37. Cels. 1. c. 1.* Puerorum verò corpora ab ea longè absunt, & eò magis obnoxia dissolutioni ex Venere, quo molliora, teneriora & maximè dissipabilia. Nam Venus potissimum nocet cerebro, adeò ut petulci cujusdam juvenis cerebrum prorsus exuccum inventum testetur Albert. M. cujus rationem reddit Vega *in c. 47. art. Med.* quod cerebrum eò facilius patiatur, quò sit humidius, quod idem de iuniorum laxis corporibus statuendum.

17. *Non esse pueris indulgendam Venerē.* Quam multi in opere ipso expirarunt? ut ex commentariis Galeni, quæ non habentur, refert Alexandr. *6. Epid. sect. 6. Com. 3.* Quam multi ex ipso thoro protrahuntur Apoplectici, aut in Syncopen resoluti, licet corporis habitu appareant satis firmo & minus, præ maturitate judicii, præsumuntur voluisse indulgere vesanæ libidini, quam pueri? Pythagoras rogatus, quando concumbendum esset, *Tum*, inquit, *quando teipso infirmior fieri cupis. Diogen. lib. 8.* & Alexander M. duabus ex rebus se mortalitatem suam cognoscere dicebat: *Sopore & coitu. Plut. in Alex.* Et pueris, quos facilè dissolvi finit fluor corporis, quiq; præ imbecillitate libidinem in temperantiæ gyros nondum coërcere didicerunt, nihil timebimus ab eo hoste, qui ne armatis quidem, & quibus ab omni parte provisum est, parcit? Providus Galenus puero ante annum 14. non aperit venam, *9. Meth. cap. ult. 11. Meth. c. 14. 4. de rat. Vict. tex. 19.* & rationem assignat, quod puerorum substantia cum propter humiditatem, tum propter temperaturæ caliditatē, promtè in vaporem abeat & dissolvatur, & *in disp. de Ven. sect.* à nobis demonstratum fuit, cædis reos esse, qui sanguinem pueris citra indicationē exhauriant, quod licet tardè & obscurè incommodum sentiatur, tandem tamen cum periculo mortis non evitetur. Ostensum simul fuit *ibid. th. 21.* Galenum non tam præcisè numerum annorum determinare, quam quod circa illos annos utplurimum occurrere solet, temperamentum. *c. 13. lib. de cur. rat. per sang. miss.* In septentrionalibus verò regionibus ferè etiam post pubertati dicatos annos, habitu & temperamento molles tenerique sunt pueri, & licet venæ sectionem sustinere possent, non possent tamen sustinere Veneris exercitium, quia, *ut ait Avic. libr. 3. Animal. c. 3. Venus & se-*

minis

minis excretio quadragies plus exhaurit Spiritus & dissipat vires, roburq; corporis dissolvit, quam detractio sanguinis. Quibus verò Spiritus exhauriuntur, calorq;, quem autorem vitæ non injuria dixeris, detrahitur, iis tantum de vita decedere necesse est, quantum decedit Spirituum & caloris. Tum etiam figuram virilem, & accretionis terminum nequeunt assequi, qui citato coitu materiam accretionis partibus subtrahunt. Germanis proceritatem adeò propriam tribuerunt Romani, ut interfecto Vitellio, in quemcunque, quem juvenem & procerum offenderent, vim cædis transferrent, *Tacit. 4. hist. in princ.* rati, Germanum esse. Eius vero proceritatis causam tam Iulius Cæsar, quam Tacitus in solam seram Venerem rejiciunt. Sic enim ille *: libr. 6. belli. Gallic.* *Qui diutissimè impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. Hoc ali staturam, ali hoc vires, nervosq; confirmari putant. Infra annum vero 20 fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus* : Hic verò, *de morib. Germ. Sera iuvenum Venus, eoq; inexhausta pubertas: nec virgines festinantur. Eadē juventa, similis proceritas. Pares validiq; miscentur, ac robora parentū liberi referunt.*

18. *Coitus impedit accretionem*

Maximè verò omnium periclitatur ex his nuptiis mater, quemadmodum experientia vulgò testatur, & ratio dictitat. *In partu*, ait Arist. *7. Pol. c. 16.* *gravius laborant juniores mulieres, & plures intereunt. Et ideo sunt, qui perhibent, hanc ob causam oraculum redditū esse Troezeniis, quod multa interirent, propterea, quod juniores in matrimonium collocarentur.* Stilico utramq; filiam, alteram post alteram, in Regium thorum detrudere properarat: Sed utraq;, quod ferendo conjugii muneri, ob ætatis imbecillitatem, non essent, præmatura morte extincta, spem festinam Stiliconis fefellit & irritam fecit. *Diacon. in Arcad. & Hon.* Requiritur enim ad felicem partum virtus robusta tam mulieris, quam infantis. Infantes autem teneros & imbecilles à pueris concipi paulo ante diximus : nec de imbecillitate matris cuiquam dubium esse potest, qui fluidum corpus, ossa mollia, excrementorum, quæ ea colligi ætate solent, copiam secum perpendere & ad vires conferre voluerit. Quidnam igitur est illud tanti momenti, quod ex festinis nuptiis Respubl. expectare habet? Morbosos cives, tam qui inde generantur, quam qui inde generant, & frequentius fœminas, quam viros. Nec nunc opus est, operosè causas perquiramus, quare in censibus Venetorum deprehensam sit, Mu-

19. *Matris, nimis teneræ, periculum in partu.*

lierum numerum ubiq; superasse numerum virorum. Fieri enim aliter non potest, postquam promiscuè pueri decrepitique senes in sinu puerili volvuntur.

20. Deniq; repetenda hic est regula Medicorum: *Naturam, si probè agat, sequendam, si improbè, corrigendam.* Si enim prius alicui Venerem maturet, quam ingenium, prius aptum faciat ad dormiendum in thalamo, quam laborandum in domo, nec ad suam intentionem conformiter operatur, nec id agit, quod cum hominis salute, & Reipubl. commodis fieri queat. Hesiodus enim πρῶτον μὲν οἶκον, deinde uxorem quæri jubet, & Plato adigi quidem vult cives, ut ad nuptias intra 35. annũ animum inducant, sed si prius rationem vivendi certam inierint. *libr. 6. de L L.* Cretenses adultam ætatẽ assecutis nuptias permittebant, sed si puellæ prius rem familiarem curare didicissent. *Strab. lib. 10.* Germani, si juvenis hostis caput amputatum ad Regem pertulisset. *Strab. lib. 15.* Genevenses, etiamsi post annum 18. à nuptiis neminem depellant, *ajans tontesfois esgard à ce, que la corporance porte, In LL Genev. c. 99.* tamen, si non habeat, unde vivat, post initas nuptias, à civitate sponsum dejiciunt, ne mendicis oneretur Respubl. Qui igitur salutares & familiæ suæ & toti Reipubl. nuptias contrahere cupit, cum oportet eius ætatis esse, ut uxorem regere, familiæ præesse, liberos educare, & singulis hisce, non tantũ de victu & amictu, sed & compendiis totius vitæ, prospicere possit, quæ omnia an puer 14. annorum præstare possit, non est ut argumenta foris quæramus, cum quisq; exemplum de se capere possit. Ego non injuria semper miratus sum, cum Romani alimenta legata rejecerint ad exitum plenæ pubertatis, seu annum 18. *l. Mela att. de alim. & cibar. legat.* quare ad nuptias primam pubertatem sufficere putaverint. Illius enim rationem reddunt, quia ante an: 18. ut plurimum videmus non sufficere pueris suam ipsorum artem, vel industriam, ut se alant. *Corras. in l. precibus n. 18. C de impub. & al. substit. Alciat. l. pueri. 204. de V. S. Forner. l. 134. Eod.* & hujus *eiusdem pietatis*, ut ait Ulp. *intuitu, in d. l. Mela.* annus inchoatus accipitur pro solido & completo, quando alimentum præstandum est, *l. 5. & 22. de annuis legat.* ne vento expletus legatarius esuriat. *arg. l. ult. C. de alim. pup. præst.* Quomodo verò uxorem & liberos alere poterit, qui se solum non potest? Nec enim homines, instar animalium brutorum, coëunt, libidinis tantum gratia, sed ut familiam condant, & in ea paranda sibi mutuũ præstent.

Prius quærenda domus, quam uxor.

21. *Puer ante plenã pubertatem nõ præsumitur sibi posse prospicere.*

stent adjutorium, *ut rectè docet Arist. 8. Eth. c. 12.* Ab hoc verò fine in totum absunt pueri puellæq;, quæ nec sibi nec aliis consilium dare possunt, aut in longitudinem prospicere. Iustinianus §. *nuptiæ 1. Inst. de patr. potest.* dedita opera virum & mulierem ad conjunctionem matrimonialem requirit, 22.
cum Ulpian. *l. 1. §. Ius nat. de just. & jur.* & eius imitatione Iustin. *in pr. Inst. de jur. n. a. gent. & in pr. Inst. de nupt.* marem & fœminam solum nominent, ad jus naturale potius, quod omnibus animantibus, quam quod propriè homini competit, respicientes. Mulier enim non comprehendit, nisi virginem viripotentem, *l. mulierbris 13. de V. S.* & hominis proprium nomen est, *Scip. Gentil. lib. 1. parerg. 16.* sicut & vir, quê à virtute derivat, seu potius virtutem à viro Cicero. *2. Tusc. qq.* Virtutem autem hanc, quæ virum denominat, datam esse Lactant. ait *c. 12. opif. Dei. quo facilius sub patien-* 23.
tiam jugi maritalis cogerentur mulieres. Quæ verò sint virtutes adulti pueri, quam contrariæ vitæ & fini matrimonii, præstat audire *ex arte Poet. Horat.*

Ad conjugii requiri virilem ætatem.

Pueri virtus quantum dissideat à virili.

Imberbis juvenis tandem, custode remoto,
Gaudet equis canibusq; & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus æris
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernix.

Nam quem sub Curatore adhuc relinquunt leges civiles, quem sub monitore Horatius, quem utilia providere posse negat, quem prodigum facit & facile pœnitere dixit, si quid inconsultò amaverit, qua ratione poterit is uxorem regere, cum ipse adhuc à ferulis liveat & magistro vix dum manum subduxerit? qua ratione ad rem attentus erit, cui prodigalitatem ferè necessariam facit ætas? *teste Aristot. 4. Eth. c. 1.* quo modo constanti in amore consenescet, qui facilè pœnitentia ducitur, nec amore ex alio ex- 24.
traxit fundamento, quam puerili impetu libidinis? Idem Horat. ætatem virilem ibidem vocat, quam post juventutem collocat Galenus *13. Aph. 1.* & consistentem denominat ex Hippocrate & Thucydide. Athenienses in ordinem virorum, non transcribebant, nisi octodecim annos egressos, *Sigonius libr. 2. de Rep. Atheniens. cap. 2.* Romani non patiebantur à quoquam togam virilem arripi & usurpari, nisi ann. 16. excessisset, *Suet. in Aug. c. 8. in pr. VVolffgang: Laz. 8. comm. Reip. Rom. c. 2. Crinit. 3. de honest.*

Quæ sit virilis ætas.

disc.c.7. Gl. *in proœm. 6.Decret.* Virilem ætatē auſpicatur ab anno 25. Quod ſi conjugium legitimè initurus debet vir eſſe, eam ætatem expectare tenetur, qua ſe virum præſtare poſſit. Valde enim repugnat ſenſui, in Ordine virorum conſtituere eum, qui vix pubertatis prima tulit indicia, *cum Bartol. in l.ſi quis decedens* §. *Codicillis. de legat.* III. Minus quidem requiritur virtus in muliere, quam Plato γυνὴ, quaſi γονὴ, antiquitus dictam putat, mutato Æolicè, o in υ, quaſi ſi ſit viripotens & ad generationē idonea, nihil in ea amplius requiratur. Sed tamen Cleobulus volebat filias nuptui locari ætate virgines, ſed prudentia mulieres. δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ φρονεῖν δὲ γυναῖκας. *Diog. Laert. lib.1.* Non enim mulieris tantum eſt accipere, ſed & tueri partum, *ut ait Vlp. l. quæritur. 14. de æd: ed.* & ut infra demonſtramus, familiæ ſub viro præeſſe, quod ſine prudentia aliqua expeditum reddi nequit.

26. Requiritur ad eandem familiæ adminiſtrationem reverentia, uxoris & liberorum erga patremfamilias, quemadmodum illa ait: *Te timeo ſimul & veneror*, & Ariſt. demonſtrat. *1.Polit.c.2. & ult: 8. Eth. c.12. & 13.* Niſi timeant, imperium ſuſq; deq; habent: niſi venerentur, non amant, quem timent. Venerandum autem hominem reddit exceſſus ætatis, & autoritatem conciliat gravis annorum prudentia. *Magnum quidem eſt ad amicitiam & una educari & ætate convenire: Æqualis enim æqualem delectat, & quibuscum eſt conſuetudo, ſocij ſunt,* ait Ariſtot. *8.Ethic.c.12.* & Cicer. *in Lal.* *Maximè optandum, ut cum æqualibus poſſis, hoc eſt, quibuscum, tanquam è carceribus emiſſus ſis, cum iiſdem, ad calcem, ut dicitur, pervenire.* Cæterum ut duplex eſt amicitia, *æqualis & ſecundum Excellentiam:* Ita duplex quoque æqualitas aſſerenda, *Arithmetica*, quæ ſociat amicitiam æqualem, & *Geometrica*, quæ herilem, paternam, maritalem, Regiam. Delatus quidam ex Americanis in Gallias, & ad Regem Carolum adductus, ſubriſit, cum videret tot barbatos ſenes, Helvetios intelligebat, nudo capite aſtare ad quemvis imberbis juvenis nutum plus quam paratos. *Montaig. Es Eſſais.* Contra decorum quippe & naturæ dictamen eſſe cenſebat, ſi juveni aſſurgerent ſenes, & revererentur eū, à quo, ſi omnes æquales eſſemus, ut in Republ. Lacedæmoniorum, ipſis honor & reverentia debebatur. Quantò minus autoritatis conciliabit natura patri, cui barbam laſcivus filius ludendo evellicat, non longo intervallo patris lanuginem aſſecuturus? Vulgò dicitur: *Maturè nupſiſſe,*

Reverentia debetur marito.

Quæ peris erga puerum.

nupsisse, neminem pænituisse, perinde, ut parasitus Plautinus, qui ante auroram poscebat juris hesterni reporia, & pro excusatione, cum alter diceret, nimis parum esse de die, addebat: *Quod tute manè agere occipias, totum procedit diem.* Etiam manè surgere, neminem ad pœnitentiam deduxit: nimis tamen manè, ante peractam concoctionem surgere, deducit homines ad morbos & naufragium valetudinis. Sat citò qui sat bene, & satis maturè venit, qui in tempore venit. Lutherus etiamsi dicat: Wer sich nicht findet geschickt zur keuscheit / der thue bey zeit dazu / tamen antequam ad nuptias provoletur, vult certum vitæ genus, quod magistratui probatum sit, constitutum esse, & juveni præfinit annum ætatis 20. puellæ à 15°. 18um. Hebræorum pandectæ viris ponunt annum 18. exclusivè, *teste Gesn. com. c. 46. Gen. Cypr. de Sponsal. c. 9. §. 2. n. 12.* quas sequuntur leges Genevatum. *d. c. 99.* Hoc etiam anno apud δοκιμάζοντας Atheniensium pueri in Ephebos & viros transscribebantur: *Sigon. 2. de Republ. Athen. c. 2.* Romani desinebant post annos 16. prætextam puerilem gerere, & in Capitolio togam induebant virilem, *ut patet ex Sueton. in August. c. 8. Duodecimum agens annum, aviam Juliam defunctam pro concione laudavit. Quadriennio post virili toga sumta, militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est, quanquam expers belli, propter ætatem.* Olim prætextâ non utebantur, nisi magistratus, sed ob puerorum quorundam divinam indolem & prudentiã facta ante pilos, successu temporis ad eos defluxit. *Macr. 1. Saturn. c. 6.* Germani paulò tardius Veneris ante 20 annum notitiam non habebant. *Tacit. de morib. Germ. Cæs. 6. bell. Gall.*

27. *De proverbio: Maturarũ nuptiarũ neminem pænituit.*

28. *Præjudicia aliorum.*

Addit Aristoteles. 7. *Polit. c. 16.* adhuc aliud argumentum, dùm ait: *Conducit etiam ad temperantiam collocari ætate provectiores. Videntur enim in concubitus usum juniores esse petulantiores.* Alberic. Gentil. *5. de nupt. c. 2.* hoc argumentum invertit, *Dandum*, inquit, *fuit citò jus matrimonij, ne venandum foris esset, ne unquam esset respiciendum ad illicita, ut ita de adolescente, si non etiã de puero Claudianus 2. laud. Stilic.*

29. *Coniugia puerorum provocant intemperan. iã.*

Ut primos in coniuge disceret ignes,
Ordiriq́ virum non luxuriante juventa.

Et vulgò ICti præproperarũ nuptiarum indulgentiam pari ratione excusare solent, qua Romani sua Lupanaria, ne videl. lascivientes juvenes, aut puellæ in deteriorem ruant libidinem, aut à remedio licito abigantur.

30. *Circa annos pubert. maximè custodiendas puellas.* Auscultemus sanè Aristotelis consilio. *7. hist. anim. c. 1.* tum maximè custodiendas esse virgines, quando menses moveri incipiunt. Ubi enim prurire, & virum appetere incipiunt, eò præcipitantius feruntur, quò dulcius esse fingunt, quod nesciunt, ait Gl. *in c. viduas. il. 1. verb. Vsæ. ex Hieron. quem citat, 27. q. 1.* Sicut enim bellum: ita &

Dulcis inexpertis socij communio lecti.

Propterea dicebat Euripid. ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστὶν ἐργῶδες πατρί. & Muson: *A filia liberamur, re difficilis & molesta custodia. Tiraq: l. 9. Connub. n. 117.* Vtrum verò propterea immaturæ huic libidini tantum indulgendum sit, ut conjugium illi non tam in remedium, quam in pœnam concedatur, non injuria in dubium vocatur, cum audiendus non sit perire volens *l. non tantum. 6. de appell.* Effrenem enim dominari libidinem,

31. *Immaturæ Veneri nõ esse ordinario remedio consulendum.* quam propriissimo nomine malitiam vocant CC. *de despons: Impub.* oportet in eo, qui in ipsa pueritia, antequam natura id pateretur, meditatus fuit, quæ, superato vix primo gradu ætatis, affectat inire. Quid? si quis ita insanire incipiat, antequam pubertati proximus sit & doli capax. An non ferulis potius, quam conjugii remedio, monstrosum hunc impetum compescemus? Ferè enim non ex vitio naturæ, quod mutari non possit, sed ex imbecillitate judicii & stulto amore, blanditiis muliebrib., ex stulto ingenio, prolectato, cupido illa exoritur, nec rarò, ubi ad maturitatem adolevit animus, seipsos oderunt & illud Mantuani usurpare coguntur:

32. *Ostenduntur alia remedia.*

Hoc commune malum, semel insanivimus omnes.

Sæpe avertuntur ab amore juvenes, dum à Chryside abducuntur, quia objecta movent sensus, aut dū meliori conditioni implicantur, non secus ac si ferrū ferro trudamus, *ut ait Nevizan. libr. 1. Sylv. nupt n. 118.* & quæ præterea, contra amorem remedia præscribit Ovid. *de remed. amor.* Corrumpitur enim plerumq; sequax, credulus, & sui nequaquam potens animus impudica conversatione, alitur corruptus fomes pinguedine otii, quæ *si tollas, periere cupidinis arcus, & Res age, tutus eris.*

Quæritur Ægystus, quare sit factus adulter,
In promtu causa est, desidiosus erat.

Paulus jubet, corpori ita subtrahi, ne luxu deducatur ad lasciviam, *Rom. 13.* Et his remediis potius pugnandum est contra inordinatam libidinem puerorum, quam ut voluntate sua agantur in perniciem extremam conjugii. Si quis tamen in viam redigi non possit, monitis, suasu, jussu, age fruatur

stultitiæ

stultitiæ, suæ hoc præmio, & liceat frigere in senectute, qui calorem consumsit in adolescentia.

Facilè verò importunæ libidini nihil indulgendum, nec ea est mens Apostoli. *1. Corinth. 7.* quando ei, qui se continere nequit, conjugium monstrat tanquam Alexipharmacum, ut scilicet inconsultæ cujusq; libidini mos geratur, *ut rectè explicat Chemnit. part. 3. Exam. c. 4.* Injurius potius in Deum est, qui, cum libidinem omni illiciorum genere apud se exuscitet, nec precibus, & abstinentia donum continentiæ ullo conatu protrahere & perficere curet, nihilominus queratur, se continere non posse, & deposcat uxorem, ad expiandam voluptatem illicitam. Incontinentia illa non à natura est, nec ordinatum à Deo remedium conjugii exposcit, sed ardentem orationem, conatum castè vivendi, & abstinentiam ab illecebris, &c. & talis plerunq; est incontinentia puerorum & præcocium adolescentum, ex errore judicii & prædominio affectuum in devia actorum, ideoque conjugio, cui apti à natura non sunt, illi non medendum, sed cum in illa ætate sit illicita & præter naturam, quantum fieri potest, prorsus amputanda & radicitus excidenda. Is enim demum dicitur uri, cujus medullam ita exedit flamma libidinis, ut, licet manibus pedibusque contra nisus fuerit, incendium tamen eius extinguere, aut se contra periculum combustionis obdurare non potuerit. Quam verò sollicitos se habeant id genus adolescentuli ad compescendum furorem, cui Deus in Spiritu exoratus opem non denegaret, cum vocatio sæpe conjugatos eos esse nondum finat, quotidiano usu in quovis vitæ genere experimur, ideoq; remedium hoc iis præcisè à D. Paulo præscriptum non magis est, quam si quis ægrotam & ex morbo Veneri inhabilem uxorem, sanâ & aptiore, propter incontinentiam, mutare velit. 33.

Damnantur conjugia Senum. Sect. 4.

1. *Senes jam esse rude donatos, & ineptos ad palaestram amoris.*
2. *Perinde ut ad exercitium armorum.*
3. *Senes depontaneos non admissos ad suffragia.*
4. *Crudam senectam non repelli quidem à conjugio, sed nec sine incommodis admitti.*
5. *Decrepitos vero nulla ratione posse admitti.*
6. *Quatenus concessa matrimonia in articulo mortis.*

7. In.

7. *In senibus nulla spes prolis, licet incalescant.*

8. *Sine spe sobolis non posse valida cōtrahi matrimonia.*

9. *Explicatur locus Sueton. in Claudio.*

10. *Utrum sexagenarius generare, & quinquagenaria concipere queat.*

11. *Quod viri generent ad septuagesimum annum & aliquando etiam ultra.*

12. *De quo tamen uxori sine evidentissimis præsumtionibus non creditur.*

13. *Mulieres quoq; ultra 50. annum parere.*

14. *Sed rarò & ferè præter ordinem naturæ.*

15. *Etiamsi generent senes, tamen non esse implicandos conjugio, quia debiles fœtus edunt, & non possunt generationem continuare.*

16. *Senes consumi calore nuptiarum, & pro nuptialib. ut plurimùm accendere funerales tædas.*

17. *Senibus nō licere educare, si quid forte ab ijs natum sit.*

18. *Senum nuptias adversari naturæ.*

19. *Senum conjugia non extinguere licitè libidinem.*

20. *Libidinem senis à juvencula frustrà & illegitimè irritari.*

21. *Illicia Veneris, quæ apparent in vetula.*

22. *Quam rara sit fides in senum & juvencul. conjugijs.*

23. *Nulla illic adesse vincula amicitiæ.*

24. *Exemplis demonstratur, quam facilè vetulæ cadant in odia juvenū maritorum.*

25. *Ob defectum sobolis non solvi conjugium.*

26. *Per adjutorium c. 1. Gen. intelligi non mutuas operas quascunq;, sed conjugales.*

27. *Alias & castratis erit contrahendum matrimonium, quia & illi egent adjutorio.*

28. *Disquiritur de Sunamitide, utrū vera & legitima conjunx Davidis fuerit.*

29. *Non esse magnum adjutoriū sperandum à senibus.*

30. *Propter necessariam animorum distractionem.*

31. *Senes natura difficiles esse ad amicitiam colendam cum juvenibus.*

32. *Inter maritum & uxorem magis æqualem, quam inæqualem amicitiam cadere.*

33. *Nuptias impares senum & juvencul. invertere reverentiam marito debitam.*

34. *Absurdius est, si cum vetula juvenis, quam si cum sene jungatur juvencula.*

35. *Concluditur tota disputatio, de senum nuptijs.*

QUemadmodum à conjugii sacrario jussi sunt excesse Pueri & adolescentuli: Ita eadem occludimus Senibus. Illis, quod nondum propter

pter defectum ætatis sint inaugurati, his, quod jam rude, & gratiosa muneruni quiete, donati, spolia opima marinæ Deæ suspendere debeant, cum hac inscriptione: *Senes inepti ad matrimonia.*

Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma defunctumq; bello
Hunc gladium paries habebit
Lævum marinæ qui Veneris latus Custodit. Horat. lib. 3. Od. 26.

Si enim ex recepto adagio, *Bis pueri sunt Senes* & ut Euripid. ait: *Mens ijs non est amplius, putant tamen se rectè facere*: si dicente Lucret. libr: 3.

Velut infirmo pueri teneroq; vagantur
Corpore: sic animi sequitur sententia tenuis senes,

Cur non idem statuendum in senibus, quod disputavimus de pueris:

Quæ bello est habilis, Veneri quoq; convenit ætas
Turpe senex miles, Turpe senilis amor.
Quos petiere duces annos in milite forti
Hos petit in socio bella puella thoro. Ovid. 1. Eleg.

Item Gloss. *in c. cum in juventute verb. frequentius, de præsum.*

Militat in teneris annis amor hospes amœnus,
Est in canitie ridiculosa Venus.

Gl: corporis Gallici dicit apposité ad hanc comparationem: *C'est chose aussi follastre de voir le gendarme, qui va au baston, que l'amoureux, qui ne peult marcher sans aide.* Multum enim convenit amori cum militia & *Militat omnis amans.* A militia vero sexagenarius dimittitur, *Lucian. in Tyrann.* quo facit Iuven. *Sat. 14. Ut locupletem Aquilam tibi sexagesimus annus Afferat.* 2. *Perinde ut ad arma.*

Imò, *Cum in quintum gradū*, ait Varro de vita pop. Rom. teste Nonio, *pervenerant & habebant 60. annos, tum erant à publicis negotijs liberi atq; expediti, & ociosi.* Ideo in proverbium quidam putant venisse: *Sexagenarios de ponte deijci oportere*, id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant. Festi verba sunt: *Quo tempore primum per pontem ceperunt comitijs suffragium ferre, juniores conclamavere, ut de ponte deijcerentur sexagenarij, quia nullo publico* 3. *Aut ad suffragia.*

o *munere*

munere fungerentur, quibus subscribit Ovidius 5. *Fastor.*

Pars putat, ut ferrent juvenes suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.

4. *Cic pro Rosc. Amer. Marlian.7. Topogr.Rom.c.7. Sigon.1. ant. jur. Rom.c.* 17. Divisimus autem supra senectutem in tres classes, *viridem, declinantem & decrepitam*, quæ distinctio nobis hic repetenda, & quanquam prioribus jure denegari nuptiæ non possint, tamen si vetulæ adolescentulos, aut contrà duxerint, quas Impares nuptias vocabant Romani, *Vlpian. in fragm. t.16.* vix est, ut benè cedere possit Venus, & rectè dicit Erasmus *in libell.de Christian.matri. Certè Veneri litasse oportet tales sponsos, si feliciter cedit matrimoniũ.*

5. *Senes decrepiti prorsus abigendi à nuptijs.* Reliqui verò, quibus emori virtus, & Spiritus exiccari marasmo senili incipit, nec bona conscientia nuptias repetere possunt, præcipuè cum juvenculis, nec ad turpia & sine scandalo non continuanda matrimonia à Republ. admitti debent. Vbi enim tria bona conjugii, ex quibus conjugii bonitatem accersit Augustinus *lib.de bon Conjug.* locum non habent, ibi conjugium bonum statui non potest. *c. omne 27. q. 2. Port.Inst de nupt: col. 3. Alber. Gent. 5. de nupt.c.3. Cypræ. de Sponsal. c.9. §. 8. Casus. 1. Oec.c.4.q.3.* Quantum verò de fide Imparium Conjugum verisimiliter præsumendum sit, paulò post expediemus. Sacramentum non est, ut nos remorari debeat, cum à nostris inter bona matrimonii non numeretur, & à Pontificibus ipsis collocetur in commixtione, ut supra ostendimus, quæ nulla cadit in senes decrepitos & depontaneos.

6. *Conjugia morientium quatenus concessa.* De prole verò frustra sibi spem faciunt senes, cum exempla non afferantur, nisi pauca, ex quibus nulla texi consequentia potest, nisi particularis & incerta. Concedunt quidem ICti valere conjugia, in articulo mortis contracta, *Alexand. Bald. Ias.in l.6 de lib. & posth.* sed si spes sit recuperandæ valetudinis. Cui enim anima jam hæreat in gutture, colligatis vasis & nexis talariis abitum expectans, uxor sine fraude tradi non potest, *Nicol. de Vbald. in tr. de succ. ab intest. 1.part in 6. spec. filio. Anton. Rossell. in tr. legitimat. in hac q.* & proinde articulus Mortis cum debita latitudine intelligendus est, pro morbo periculoso, sed non absolutè lethali. Hic enim si non in re, saltem in spe tria matrimonii bona habet, *ut ait gl. in c. nuptiarum verb. in quibusdam. 27. q. 1.* Non video autem quo modo eadem, gloss: & gl. *in c. 2 verb Impotentes.* & Panorm. *ibid.de frig.& malef. quem sequitur Covarr 7. part. matr c.8 § 2.n.*

7. *In senib. vul. Li spes prolis.* 13. eandem exceptionem trahere possint ad senes, dum neminem tam senem esse dicunt, quin aliquando calere possit natura vel artificio. Certè

David

David Sunamitidem suam nunquam agnovit, 2. *Reg. cap. 1.* & incalescentia seu titillatio nondum sufficit proli generandæ, nisi seminis accesserit bonitas. Plutarch. *in Sol. & Cat. Maj.* turpes, execrabiles, & Reipubl. inimicas facit nuptias Senum aut vetularum, usque tria deesse dicit: *Gratiam, Actionem & Finem*, χάριν, ἔργον γαμήλιον, καὶ τέλος.

Cum verò à nobis supra dictum sit: Familias & conjugia pertinere ad earum rerum classem, quæ ad finem referuntur, indeque tam bonitatem suam obtinent, quam essentiam, ex enumeratis finibus porrò demonstrandum est, quam inutiles sint & nullius roboris aut usus impares id genus nuptiæ. Primarium enim finem supra statuimus, procreationem sobolis, quam solam nominat August. *c. pudor. 32. q. 2. ubi gl. explicat, intelligens præcipuam. & lib. 19. contr. Faust. cap. 26.* ait: *Matrimonium ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat fœmina nubere, quam ut mater fiat.* Justinus Martyr ait: *Christianos procreandorũ tantum liberorũ causa uxores ducere, cum cæteri voluptatis studio sibi asciscant. ad Anton. Pium.* Clemens Alex. 2. *Pædag: cap. 10.* *Non coire ad procreationem, est facere iniuriam naturæ. Itaque natura pueris nondum concessit uxores, senibus negat ducere.* Philo *libr: de Abrah. in orat. Saræ ad marit.* *Quæ præcipua conjugij causa est, propter quam utique natura virum junxit mulieri, desunt nobis liberi.* Lucret. *libr. 4.* 8. *Conjugij finis præcipuus: Generatio sobolis.*

Unde puellos
Suscipere & partu possent ditescere dulci.

Virg. 4. *Æn. Veneris præmia vocat dulces natos*, & 1. *Æn.* primum conjugii fructum Æolo promittit Juno: *Ut pulcra faciat te prole parentem: Vide Grat. 32. q. 2. Lombard: 4. dist. 31.* & communis opinio est, non posse matrimonium contrahere, qui non potest generare. *cap 1. ubi Præpos. Butr: Abbas: de frigid: & malef. Socin. in l.1. solut: matrimon: Fulgosius cons: 212. quædam mulier. col. 2. Anton: Faber. t. de nupt: princip. 3. Illat: 3. ad fin: Institution.*

Primario autem hoc fine destitui nuptias senum tam experientia, quam ratione patet. Tiberius legi Papiæ caput addiderat, de invalidis sexagenariorum nuptiis, quasi sexagenarii generare non possent. 9.

Sic enim rectius apud Suetonium legunt Lipſ. & Caſaub. *in Claud. c.* 23. *Capiti Papia Poppea legis à Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarij generare non poſſent, addito abrogavit*, cum vulgò legeretur *edicto*, ſenſu imperfecto, & quia Claudius non edicto, ſed SCto additamentum Tiberii correxit, *ut tradit Vlpian. in fragm. t. 16.* ubi ſimul derogatur alteri capiti legis, quo mulier quoq; quinquagenaria à nuptiis legitimis repellebatur. Apulejo tamen criminis grandis loco ex lege Tiberii objectum erat,
10. *An ſexagenarius generare queat.* quod Pudentillæ, ſexagenaria jam majoris, nuptias iniverit: *1. & 2. Apol.* & ad Tiberii legem alludit Lactant. *lib. 1. Quid ergo eſt, quare apud Poëtas ſalaciſſimus Juppiter deſierit liberos tollere? utrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit?* Proinde Iuſtinianus *l. ſancimus 27. C. de nupt.* coactus fuit legis Papiæ ſanctionem novo edicto tollere, ut juſti liberi præſumantur quoq; ex ſexagenario & quinquagenaria, atq; ita tolerat nuptias ſine ſpe prolis, cum tamen inter viduas ad vota ſecunda tranſituras ſic diſtinguat, ut ex ætate æſtimetur, utrum poſſint parere vel minus. *l. 2. C. de ind. vid. toll.* Nam ex iure civili ſexagenarius
11. *Etiam ultra ſexageſimum annum virũ generare.* præſumitur inidoneus ad generandum, *l. ſi pater. §. in arrogat. de adopt. & emancip. Laudenſ. in c. ſicut. §. Titius. ſi de ſeud. fuer. controv. Iacobin. Inveſt. in verſ. Et cum pacto, quod ipſi Vaſalli & eor. hæred. verſ. tamen volo*, & quinquagenaria ad concipiendum. *l. ſi ſterilis 21. in pr. de act. emt. & vend. l. ſi major. C legit. hæred.* quod de quinquagenaria teſtatur etiam Halycarn. *lib. 4.* & Ariſt. *7. hiſt. anim. 7. Polit. c. 16.* cum ea ætate plerunq; deficiant menſes, & poſt illam editus partus mirabilis cenſeatur. *d. l. ſi major.* D. Paulus *1. Timoth. 5.* paulò longius ſpatium indulſit mulieribus, quando juniores viduas jubet nubere & liberos generare, ſeniores verò, in quibus libidinis inſultus nõ timetur amplius, extincta ſpe ſobolis inter Diaconiſſas aſcribi permittit, & eas quidem non infra annum ſexageſimum, quaſi ante eam ætatem ſpem prolis & pruritum libidinis non præſumeret extinctum. Viros quoque ante annum 70. ad generationem ſobolis impotentes non æſtimat Ariſt. *7. Pol. c. 16.* & Macrobius ait: *7. Saturn. c. 7. Si vis intelligere in generatione veram rationem caloris, conſidera viros longè diutius perſeverare in generando, quam mulieres in pariendo.* Cato Major anno 80. exacto ex ſcribæ clientis ſui filia genuit filium. *Plut. in Cat. Maj.* Maſaniſſa tam firmo habitu corporis fuiſſe perhibetur, ut poſt annum 86. etiam filium ſuſtulerit. *Plin. lib. 7. c. 14. Solin. c. 3. Polyhiſt.* Socinus quoque adducit exemplum alicujus, qui genuerit annos natus 88. *lib. 3. conſ. 65.* Uladislaus,

dislaus nonagenarius, Uladislai & Casimiri pater factus perhibetur. *Æneas Sylv. in Europ. c.25.* Corras. *in l. si pater.* §. *In arrogat. n.7. de adopt. & emanc.* patris & avi paterni exempla memorat, quorum alter septuagesimum plus annum natus, subinde liberos procreet, alter circiter 90. filiolam genuerit. Lemnius verò *de occult. nat. mirac.* & Schenck. *4. obs.121. & seqq.* de Centenariis idem testantur & apud Tungros & Brabantos octuagenarios frequenter generare Lemnius addit. *ibid.* Fulgosius verò, etiamsi fieri posse concedat, ut septuagenarius generet, credi tamen id non vult, nisi *manifestissimis, evidentissimis, & indubitatissimis* præsumtionibus doceatur. *Fulgos. cons. 212. Mulier quadam col.2.* Afflictus de se ipso testis est, quod post sexagesimum tres filios masculos procreaverit. *In constitut. post mort. circa fin.* Et sanè, facilius evenit, ut post sexagesimum annum vir generet, quam post 50. mulier pariat, sive revera vegetior sit vis viri, quã mulieris, sive facilius partus affingi & supponi queat; *Alber. Gent. lib. 5. c.3.* quam ob causam adeò violentas probationes requirebat Fulgosius *d. cons. 212.* Henricus Imper. Constantiam uxorem, regni Neapolitani hæredem, quæ major quinquagenaria nupserat ex monasterio extracta, Panormi publica in platea sub papilione, dato mulieribus, quæ vellent, ad eam accessu, parere voluit, *Anton. Florent. part. hist. t.19. c.6. in pr. P. Æmyl. 6. hist. Franc. Afflict. in proam. constit.* §. *nos itaq.* ne partus, tanquam incredibilis, & suppositus, rejiceretur sub prætextu, quasi quinquagenariæ parere non possent amplius, cum tamen de alia quadam nobili fæmina, septimum septenarium jam egressa, referat Baldus *lib.5. Cons.* 437. quod pulcherrimũ filium pepererit, & Junius *in c.1. Ruth.* de muliere Palatina, quod duos masculos simul ediderit, jam octavi septenarii termino proxima, & alia quædam exempla affert Schenck. *in d. obs. 121. Tiraquell. de ll. connub.* ex quibus omnibus non magis regula constituitur de viris, quam mulieribus, quia rara sunt, & ipso Imperatore judice, mirabilia. *Quibus enim menses deficiunt,* ait Arist. *7. hist. anim. c.7. magna ex parte steriles evadunt, præcipue si ex siccitate & inopia incorrigibili, qualis est senũ, id accidat:* & in genere: Semen frigidum tenue, aquosum & languidum, quale decrepitorum est, infæcundum statuit Aet. *lib.16. c.26.* Quod si etiam aliquid generetur, perinde imbecillum erit & Reipubl. inutile, atq; quod supra diximus, generari ex pueris, imò eò imbecillius, quo frigidius, & siccius senile semen est, quam puerorum. Corrasius *d. n.7.* ab avo suo nonagenario progenitam quidem filiam scribit, sed adeò languidam, debilem, &

12. *Sed fallax in hoc negotio experientia.*

13. *Mulieres etjam ultra 50. annũ parere.*

14. *Sed fert præter naturam.*

 viribus

viribus defectam, ut octavo vix anno posset per seipsam pedibus ambulare, nec diu, postquam pedibus insistere didicerit, superstes vixerit, qua in re ipse se animadvertisse scribit, verum esse, quod Aristoteles memoriæ mandarit: *Fætus Seniorum æquè, ut Juniorum imperfectos nasci corporibus & ingenijs*, quod etiam Lyra tradit. *cap. 37. Gen. Virtus*, inquit, *generativa in senectute debilior est, Et ideo tunc solent pueri generari magis defectuosi & imperfecti.* Præterea non sufficit ambulare, si

15. *Argumenta alia.*

iter non perficias: *Næviz. libr. 2. Sylv. nupt. n. 12.* nec satis est, si bis terve concipere queat mulier ante quinquagesimum annum subsistens, aut vir tantundem generare ante septuagesimum, sed, *ut ait Arist 7. Polit. cap. 16. ita per leges sociandi sunt conjuges, ut simul & parere desinant & generare.* Si secus fiat, dissidia oriuntur inter ipsos & animorum alienationes, dum juvenis petit ire cubitum, vetula mavult sedere ante focum, *ut ait Næviz. sylv. nupt. lib: 2. n. 19.* Quin etiam, si alter fæcundus adhuc sit, in altero virtus deferbuerit, totus ille decursus ætatis, quo in ista imparitate manent, inutile præstat conjugium, dum agrum lapideum frustra se arare, & in arenas sementem projicere sciunt, quod quia scientes volentes faciunt, cum de ætatis necessaria imperfectione sine controversia certi essent, antequã contraherent, quid differunt ab impietate Onani, quem manu vindice, propterea tetigit Deus, quod semen in terram conterendum projiceret, *Genes. 38.* & nollet fratri excitare posteritatem, quemadmodum nec illi Reipubl. cives sufficere curant. Solon, quoties juvenem quempiam in sinu vetulæ pinguescentem deprehenderet, quod perdicibus à coitu contingere ferunt, non solum inde protractum in fæcundos juvenculæ alicuius amplexus coëgit, sed & multam, ingrato civi dixit, qui mallet inutili otio torpescere, quam utili conjugio Reipubl. prodesse. *Plutarch. in Sol.*

16. *Nuptiæ senis, ipsi autori-tati noxiæ.*

Accedit, quod non dico generare, sed ad generandum seriò sese accingere senes, sine sui detrimento, & præsentanei interitus periculo, non possint. Nimis violentus est puellarum calor, quo frigori suo senili teporem acquirere avent. Ubi exuccum corpus prehendit, non tam calefacit molliter, quam exurit, & quicquid reliquum fecit senectus, uno impetu disjicit in auras & absumit. Vulgò dicimus: *Senes, dum juvenculas ducunt, in vivum sepulchrum properare, & equam quærere, qua vehantur ad cælos.* Frater Bernhardin. *in 1. part. ros. serm: 24.* more suo lepidè dicit: *Puellam ductam à sene posse tutò feretrum secum deferre*

pro

pro tumulando marito. Casus vocat *exequias nuptiales, & funebres nuptiarum tædas* 1. Oec. c.4.q.3. Plautus *in Milit.* adolescentulam seni nuptam, & *nuptam* dicit esse & *viduam.* Epictetus *in Enchirid.* eleganti similitudine, *Si senex es,* inquit, *cave unquam à nave recedas longius, ne quando vocatus deficias* : quam *in Paraphras.* sic explicat Simplic: *Eum, qui obiter conjugio & procreationi liberûm operam daturus est.* κτ̀ καιρὸν ἅπτεσθαι χρὴ, *tempestivè id facere decet, ut modo convenienti rebus hisce satiatus,* ἀχέτως *hinc recedat & alacriter gubernatorem vocantem sequatur. Si verò senex fueris, & propè jam à fine absfueris: nullo tali vinculo constringitur, sed totus in reditum & discessum ex hac vita intentus esto, ne cum tempus discedendi adfuerit, vocatus sarcinis onustus deprehendaris & à vinculis retraharis, ac recens ductam uxorem & infantes liberos lamenteris.* Atque adeo senem, discessum ex hac vita, quam diuturnam in ea mansionem, magis spectare & curare decet. Magis convenit seni funerales, quam nuptiales tædas accendere. Videtur natura ipsi voluisse senes meditationis hujus admonere, dum sensim elatam frontis superbiam ad terram deducit, & thorum, in cujus gremium canitiem defodiant, oculis deflexis investigare jubet. Hoc age senex potius, quod tibi monstrat natura, quod injungit divinum præceptum, quod suadet è propinquo periculum: Divina meditare, & quæ sunt juvenum, juvenili ætati relinque: Tu verò quæ tibi præit vates, verba sequere:

Intermissa Venus diu
Rursus bella moves, parce precor, precor.
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cynaræ: desine dulcium
Mater sæva cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Tam durum imperiis. Abi
Quo blandæ juvenum te revocant preces. Horat. lib. 4.Od.1.

Extruit verò ex hoc argumento aliud incommodum Arist. quod obstat, 17.
quò minus Senum conjugia primum finem assequi queant. Perinde enim esse dicit Boter. 8. *Polit. Illustr.* c. 4. sive non generentur, sive generati non educentur liberi. Senes verò, licet sobolem post se reliquerint, illi tamen educandæ sat ætatis reliquum non habent.

Senes non habere sat ætatis ad educandum, si quid forte natum sit.

Nam

Nam post mediam ætatem qui ducit uxorem domum,
Si eam Senex prægnantem fortuitò fecerit
Quid dubites, quin sit paratum nomen puero, Posthumus.
Plaut.in Aulul. Plerisq; enim senibus circa annum 63. Climactericum, quē duplicatus in se septenarius parit, imminere periculum tradit Gell. *libr. 15. cap. 7.*

18. *Senum nuptias adversari naturæ.* Cum igitur conjugia Senum, primævo & naturali conjugii fini tot modis tantopere adversentur, meritò contra naturam pugnare censendus est, qui ea affectat, sive vir sit, sive mulier. Dionysius matri οὐ κατ' ἡλικίαν nuptias repetenti respondit: *Leges quidem civitatis per Tyrannidem sese evertisse, Leges verò naturæ violare non audere. Plutarch.in Sol.* Demetrio abneganti Phyllam Antipatri filiam, Cratero olim junctā, viduam ducere, pater Antipater insusurravit in aurem illud Euripidæum:

ὅπου τὸ κέρδος παρὰ φύσιν γαμητέον.

Negare quippe non poterat, in naturam peccare juvenes, qui vetularum in gremio senescentes turpi desidiæ honestū conjugii nomen prætexunt, & cum iis nuptias simulant, quas inhabiles generationi fecit effœta natura.

19. *Senum conjugia non faciunt ad restinguendam libidinem.* Finem alium suprà monstravit nobis Paulus, videl. remedium libidinis, qui in conjugiis senum, aut imparibus multò minus locum habet. Nam non omnis cupido per conjugium licitè explicatur, sed quæ turpis non est, & *fertur ab annis. Turpe senilis amor*, & secundum gl. *in canitie ridiculosa Venus*, quod *in Bacchid. Asinar. Mercat.* &c. adumbrare voluit Plautus. *Adolescentem luxuriosum peccare, senem luxuriosum insanire*, ex Seneca citat curia Tholos. *in addit: q. 346.* Nam ubi spes prolis non superest, ubi desunt bona, per quæ matrimonium sanctificari scribit Augustin. *de bon.conjug.* quid ibi superest, quod Deo placeat, & actus conjugii excuset. Pudentillæ Apulei obiiciebatur, quod sexagesimo ætatis anno *nupsisset ad libidinem*, & Apuleio, quod eam cupiverit, *avaritiæ caussa, atq; adeo primo in congressu dotem magnā rapuerit, Apul. 2. Apol.* quia non præsumitur anus ex juvenili conjugio quicquam captare, præter lasciviam, nec juvenis ex anili præter divitias, adeoq; utrinq; hic peccatur, & turpi libidini aut avaritiæ magis servit tale conjugium, quam ordinatæ cupidini sedandæ.

Dabitur amica homini, noctu quæ in lecto accendat senem.

Namq;

Namq; adepol, illi aliud quid amica possit, nescio. Plaut. in Stich. 20.
Irritat enim, *uritq; videndo Fœmina.* Virgil. 3. Georg. Post *Vana est sine viribus ira.* &

Libidinem senis irritari magis, quam sedari.

Frigidus in Venerem senior, frustraq; laborem
Ingratum trahit. Virg. 3. Georg.
Nam meo quidem animo vetulus decrepitus senex
Tantundem quasi sit signum pictum in pariete. Plaut in Merc. act: 2. sc. 1. Item.
Tune capite cano amas senex nequissime?
Si unquam vidisti pictum amorem hem illic est.

Senectus est tantum apta nuptiis, quantum bruma messibus, ait Portius, *Inst. de nupt.* *Quid enim, ô juvenis, ut te appellem verbis cani Casi & meis,* 21.
in implumi tua columbula invenies delectabile? Caput calvum, aut plicis infernalibus deturpatum, caperatam frontem, os edentulum, pediculosam in labiis barbam, pro oculis foramina, in toto vultu morticinum squalorem & livorem saniosum videas: en manus tremulas, pedes vacillantes, en aures obtusas durasq; vocanti, tibi imprimis, en stillantes nares, & murrha gravius olentes, en truncum corporis, en saccum putredinis, en formosam Venerem, cujus gratia Moses tibi concessit immunitatem militiæ, ut delecteris cum ea jugiter: si osculeris, fatet anhelitus: si amplectaris, movetur ut lapis, si voces, respondet, ut tussiens ovis, accurrit, ut querquerum plaustrum, expedit imperata, ut cancer venaturus cervum, adeoq; viva mortis imago in tuis ulnis jacet, quam nisi Stentoreum sterteret, à cadavere nihil differre, jure optimo crederes.

Unde fit, ut alterum conjugii bonum vid. fides facilè excutiatur, dum ut ait Catullus:

Senis amplexus culta puella fugit, aut ut Euripid. *in Phœnic.*
Αἰσχρὸν γέα γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ, citante Clem. 6. *Strom.*

Alciatus, exprimens Epigramma Leonidis, *ex li. 2. Epigr. Græcor.* senem ait, non *sibi*, sed *aliis* ducere, quod est in Græco, ἑτέροις γαμεῖν.

Nupsit anus juveni, vetulo tibi juncta puella est:
O nimium ex omni tempore inepta Venus.

P Aut

Aut aliis ducis, sterili vel conscris agro
Conjuge nec frueris, nec frueris sobole.

Essæi olim à nuptiis & consortio muliebri prorsus abstinebant, non quod conjugii usum sordidum & impium damnarent, sed quod crederent, non inveniri uxorem, quæ fidem viro servet. *Ioseph. 2. bell. Iud: c. 7. 15. Antiq: c. 13. libr: 17. c. 15. lib. 18. c. 2. Cum verò omnibus infideles sint fœminæ, senibus sunt infidelissimæ*, ait Æne. Sylv. *in Epist.* & quod domi non inveniunt, foras quæsitum eunt, cum Venter careat auribus. Fulgosii consilium amico datum refert Næviz. 2. *Syl. nupt: n. 6. Si capis juvenculam, elle te mettra en Cornevaille sans passer l'eau.* Pari fide experimur quotidiè tractari Vetulas amantes à juvenibus, dum, quod de deformis uxoris marito suspicatur Ausonius,

Uxorem habere, fuligere ancillam volunt.

Quod enim illiciū amoris de se præbere potest anus rancida, & libidinosa, schœnicula, sordida, fuco delibuta, quam si propè accesseris, in fœtidam te incidere animam credideris, in *Pastillos*

23. Amicitia, nulla vincula in conjugiis firmum.

Hircum, sessibulum, quasi multa jura confundat coquus?

Nihil est, quo juvenes ad amorem magis invitentur, quam superbia formæ, nihil, quod conjugum animos arctius sibi devinciat, quam communes liberi. *8. Eth. c. 11. & 12.* At illam in vetulis tempus depastum est, hos negat effœta senectus. Divitiis quidem inhiant attenti ad rem senes: juvenum propria est prodigalitas: *4. Eth. c. 1.* Et licet quisquam obesæ suis manum per posteriora injiciat ad extrahendam pugillum adipis: ita tamen cum temeritate juvenum comparatum est, ut Curios & probitatem tam diu simulent, donec potiantur, quod cupiunt. ***Postquam penes se habent, cujus causa fuerunt probi***, ait Plautus, ***ex bonis fiunt pessimi.***

24. Quam facile incidant vetulæ in odia juvenum.

Theophano Imperatrix Nicephorum Phocam, & Iohannem Zimiscenh sua ope promoverat ad imperium, ea spe, ut utriq; duceretur uxor, quod Nicephorus quidem fecit, sed quam citò animum ab uxore avertit? adeò ut illa, meliorem fortunam quæsitura, clanculum in cubiculum mariti attraheret Zimiscen futurum sponsum, qui quidē Nicephorū è medio sustulit & imperio potitus est, sed Theophanonem in exilium misit, ducta Constantini Porphyrog: filia. *Zonar. in Niceph: & Zimisc:* Michael Paphlagonicus Imp. beneficio Zoes, Argyropili uxoris, obtinuerat imperi-

perium, &c. *ut scribit Zonar: in Mich: in pr.* ad tempus quidem, pristinum amorem simulans, obsequiis mulierem demulcebat, eaque faciebat, quæ illi grata & jucunda essent. Sed cum simulationem longius producere non posset, mutatis moribus, eam suspectam habens, sibiq; metuens, primarios illius ministros regiâ ejiciebat, ancillis itidem familiaribus amotis, alias substituebat: denique Gynæconitidem claudebat, custodiaque adhibita, a nemine illam adiri patiebatur, ni satellitum præfecto exposuisset, unde & quid veniret. Pari arte Romanus Diogenes, imperio potitus, Eudociæ tanti fastigii autoris spem elusit. Ad tempus siquidem, naturæ suæ vi facta, Augustæ voluntati cessit, submissione simulata: mox tamen ad ingenium reversus, in cœnobium, quod ipsa circa fretum Propontidis, extruxerat, eam seclusit, quasi in exilium. *Zonar. in Rom. Diog. n. 1. & 9.* Theodahadus ab Amalasuentha Theoderici Regis filia in consortium lecti & regni adoptatus, immensis quidem honoribus uxorem affecit ab initio, quos perscripsit Cassiod. ad Senatum urbis, *libr. 10. Var. Ep. 4.* Mox tamen, *ut scribit Iordan. de reb: Goth.* à palatio Ravennate abstractam in insulam lacus Bulsinensis relegavit, ubi paucissimos dies in mæstitia degens, à satellitibus eius in balneo strangulata est. Ottocarus Rex Bohemiæ, Margaretam Austriæ hæredem, quamvis annis obsitam, in conjugem adoptavit, ut ipse adoptaretur in pinguem hæreditatem, quo peracto, vix sustinuit fætorem anilem, annum unum, & creditur, non sine certis conjecturis, funus ipsi, occulto veneno procurasse. *Munster 3. Geogr:* Petrus quoque Candiacus, Dux Venetorum, uxorem, cætera probam, solo annorum onere contemtibilem, abdicavit, & Alberti Berengarii filiam Vadertam, in vacuum locum substituit. *Volater. 4. Geogr.*

Superest igitur considerandum, Utrum, quod destituitur duobus primariis finibus, à tertio solo sustentari queat. Nam quod dispositio, ex pluribus causis introducta, deficiente unâ earum, non deficiat, tum demum locum habet, nisi prima sit & ferè sola, quæ deficit: Et infra demonstrabimus, sterilitatem notoriam supervenientem non dirimere conjugium, licet impedimentum objiciat, priusquam contrahatur, si fuerit cognita.

Tantum quippe valet vinculum sociale, ut licet causa procreandi colligetur, tamen ob eius defectum nequeat separari, *Augustin. de bon. conj.* 85. Ob defectum sobolis nil sol. vi coniugii.

conj.c.7.c. tantum 32.q.7. ſed maneat in ſolatium humanitatis, *c.nuptiarum.* *27. q. 1.* Et contracta quidem matrimonia, ſpe & intentione prolis, propter defectum ejus non dirimuntur, utrum verò ſine intentione & ſpe,

26. *Quid intelligatur per Adjutorium c.1 Gen.*

propter ſolum adjutorium contrahi poſſint, dubium eſt. Nam certum eſt, quod per Adjutorium *c.1.Gen.* non intelligantur ſimplices ſuppetiæ, quæ à quovis alio præſtari poſſunt, ſed conjugales, ad quas peculiariter requiri uxorem ſupra diximus. *Perer. lib.4.in Gen.c.2.verſ.18.in pr. Montecat.2.Polit.c.4.in pr.Schol.* Sic enim Auguſtinus *lib.9.de Gen.ad lit.c.3.4.* *Si quæritur, ad quam rem fieri oportuerit, hoc adjutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos, ſicut adjutorium ſemini terra eſt, ut virgultum ex utroq; naſcatur. Hoc enim & in prima rerum creatione dictum erat: Maſculum & feminam fecit eos, dicens: Creſcite & multiplicamini. Aut ſi ad hoc adjutorium gignendi filios non eſt facta mulier viro, ad quod ergo adiutorium facta eſt? Si ut ſimul operaretur terram, nondum erat labor, ut adjumento vir indigeret, & ſi opus eſſet, melius adjutorium maſculus fieret. Hoc & de ſolatio dici poteſt, ſi fortaſſe ſolitudinis tædebat. Quantò enim congruentius ad convivendum & colloquendum duo amici pariter, quam vir & mulier habitarent.* Nam in Paradiſi affluentiis & temperantia incolarum, quorſum opus fuiſſet uxoris operis ad quærendum victum, compeſcendam contumaciam familiæ & præcavendam infidelitatem miniſtrorum? quæ cauſæ ſuccenturiatas operas uxoris hodie in amplis familiis requirunt. Quod ſi adjumentum cauſa acceſſoria eſt, nihil operatur ſine prima, imprimis cum conſortium conjugale, & liberorum procreationem tacite involvat. Nam ſolus quidem conſenſus facit nuptias ſine concubitu, ſed qui ſit conjugalis ad concubitum: ita adjutorium requiritur à conjuge, ſed cum reſpectu ad uſum &

27. *Cum frigidis & caſtratis non licet contrahere.*

operas conjugales. Alias, ſi ſolum adjutorium ſufficit, quid obſtat, quò minus cum caſtratis, frigidis & quibuſcunq; aliis, qui generare nequeunt, nuptiæ contrahi poſſint ab iis, qui adjumento indigent? Nihil agunt, qui ad ultimas nuptias Davidis provocant, & libidinem ſuam imbecillitate ejus excuſatum veniunt. Nam, ut Martyr excipit, exempla Davidis o-

28. *De conjugio ultimo Davidis [illegible]*

mnia non ſunt trahenda ad conſequentiam. Addam ego; quod nullum hic peccatum queat imputari Davidi, cum non ipſe ambierit in ſenectute novam ſponſam, ſed de conſilio procerum obtruſam, ſaltem non repudiarit, quo argumento Abrahami quoque Polygamiam excuſant Theodor.

dor. *q. 66. in Gen.* August. *16. de c. Dei c. 25. libr. 22. contr. Faust. c. 30.* Ambros. *lib. 1. de Abrah. c. 4.* Chrysost. *hom. 56. in Gen.* quod scilicet ad ancillam ingressus sit non libidine sua, sed suasu uxoris. Unde aliud argumentum contra libidinosos senes nascitur, qui, ut Pudentillæ Apuleij objiciebat Æmilianus, non nisi *ad libidinem*, juvenculas quærunt, & ex hoc capite meritò arguuntur. Quin etiam affectio maritalis in Davide non declaratur, nec Abisag uxoribus connumeratur, sed ministra corporis tantum dicitur, quod ipsa ministerium, salvo honore, seni frigido, emaciato, pio facilè præstare poterat. Qua enim fronte non tantū Adonias patris uxorem, matrem suam, in uxorem petere à Salomone potuisset, sed Betsabæa quoq; filio autor esse, ut traderetur in notorium, & verbo Dei vetitum incestum. 1. *Reg. 2.* si Abisag verò & legitimo matrimonio Davidi juncta fuisset. Ne adjiciam interim, benè sperasse Senatores regios, de restitutione Davidis, quia desperatæ frigiditati remedium non quæsivissent. Nam & Abraham annū agens 140. aut circiter, duxit Cethuram, & liberos *6.* ex eà suscepit, *Gen. 25.* Deo vires Patribus præter naturam sufficiente. Et notat Lyra *d. c. 1. lib. 1. Reg.* Rabbinos putare: Davidem præter solitum frigiditate à Deo percussum fuisse propterea, quod tegumentum, sub quo calefieri debuisset, Sauli præcidisset.

Quodnam verò est adjutorium tanti momenti, quod utrinq; ex senum vel impari conjugio conjuges sibi promittere habent? Istuc de Plutarcho discere licet, qui senio nubentes miseros vocat, iisque exprobrat, quod alibi Phyloctetæ objectum fuit: *Ecquid conjugium appetis miser: in Sol.* aut si mavis de Blephyro, ipso, *apud Aristoph. in Concion.* conquerente: Οἴ με κακοδαίμων, ὅ γέρων ὢν ἠγόμην γυναῖκα. Ubi enim constans non conglutinat amor animos, sed lites & disparia studia distrahunt, quid illic emolumenti speres? Iubet unus, vetat alter, & quod mariti sollicitudo ædificat, uxoris invidia destruit, quemadmodum de patris & matris discordia argumentatur Salomon. *Quorum enim unum est corpus unus debet esse animus*, ait Hormisda Papa. *c. de nuptijs 31. q. 2.* & *eadem velle, eadem nolle, ea demū firma amicitia est.* *Hieron. ad Demetr. c. 8.* Amicitiam verò nihil tam connectit, quam æqualitas, *Boet. 1. de Mus. c. 1.* & 29.

Quam malè inæquales veniunt ad aratra juvenci,
Tam premitur magno conjuge nupta minor.

Perpetua verò, ut ætatum, ita morum inæqualitas distrahit vetulas à juveni-

venibus, quia alia aliis ætatibus jucunda sunt, *ut in Rhetoricis tradit Arist. & Horat. in art. Poet.* Atq; ipsos senes ad amicitiam contrahendam difficiles facit Arist. *8. Eth. c.3.* quia voluptate non capiuntur, unde omnis amicitia ortum trahit. Horat. *Canitiem morosam,* Virgilius, *tristem senectutem* vocat.

31. *Senes difficiles ad colendā amicitiam.*

Subeunt curæ, tristisq; senectus. 3. *Georg.*

Multò minus verò ad amicitiam deduci possunt, si indoles amici per omnia displiceat, quemadmodum senum avaritia, juvenum prodigalitatem, morositas delitias, tristitia voluptatem, sordes elegantiam, desidia alacritatem accusat & odit.

Iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices,
Qui æquum esse censent, eos jam à pueris ilico nasci senes,
Neq; illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.

32. *Dissidium senum & juvenum.*

Terent. Heaut act.2.sc.1.

Speculum his, ait alius in nostra Comœd: *nimis vellem dari, non quo os modò*
Sed quo perspicere possint cor sapientiæ,
Quod ubi inspexissent, cogitarent postea,
Quomodo vixissent vitam in adolescentia.

Horatius hos senis mores, vivo penicillo depinxit: *in art. Poet.*

Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Se puero: censor castigatorq; minorum.

Atq; adeò fieri non potest, propter morum distantiam, ut in stabilem coalescant amicitiam Senex & juvencula, aut vetula & juvenis; Sed

Propter opes teneram vendit quicunq; juventam,
Mercatur lites, & sine fine dolos.
Nulla quies illum recreat, pax nulla fovebit,
Semper habet rixas, litigiumq; frequens. *Cas.1.Oec.c.4.q.3.*

Quod si requisieris inter conjuges non æqualem amicitiam, sed quam Arist. vocat secundum excellentiam, *8. Eth. c. 13. in pr.* ne sic quidem satis feceris, aut incommoda hæc effugeris. Etenim Arist. *8.Eth.c.11.* amicitiam patris erga liberos comparat regiæ, uxoris & mariti, Aristocraticæ, fratrum invicem Democraticæ. Constat vero inter optimates, & qui pariter

ter præsunt, magis locum habere æqualem, quam inæqualem amicitiam: & hac de causa mulier Domina domus vocatur unà cum marito, & ut ille familias pater, ita hæc mater. Imò ne excellentem quidem hanc amicitiam servant, qui juvenes cum sint, Vetulis nubunt. Lex enim naturæ junioribus imperat erga seniores reverentiam, ut ex Romanorum L L. docuit Gell. 2. c. 15. At contra lex Oeconomiæ imperat mulieri, quantumvis Vetulæ reverentiam erga juniorē maritū: Lex verò Oeconomiæ tantum? imò si Aristoteli credimus, 1. *Polit. cap. 1. 3.* natura ipsa imperium viro tradidit, mulieri imperavit obedientiam & subjectionem, & Aristophanes nuptias juvenis cum vetula ex eo fundamento comparat nuptiis Oedipi: 33. *Inæquales nuptiæ invertunt ordinē naturæ.*

Præteriÿt ætas, qua queat concumbere
Cum juvene, matris nomine, quam uxoris magis
Digna. Ergo si cordi hæret hæc sententia,
Implebis Oedipodis solum omne nefariÿs.

Propterea Erasmus *de Christ. matrim.* multò absurdius juvenem vetulæ, quam senem juvenculæ copulari dicit, quia in posteriorum conjugio non perit reverentia maritalis, nec viri unquam, tam desperata est impotentia, quam sterilitas mulieris, quæ desiit exacta ætate pati, id quod mulierum esse dicit Sara. *Gen. 18.* 34. *Absurdius copulatur juvenis cum vetula, quam contra.*

Cum igitur, dicente Mitione, *pravum, ineptum, absurdum, atq; alienum à vita sua faciat, qui novus maritus anno demum quinto & sexagesimo fiat,* Terent. in Adelph. act. 5. sc. 8. quippe, cujus jam *Præterierat ad ducendum ætas,* Id. in Phorm. act. 2. sc. 3. cum nullum conjugii finem assequi possit, & sibi, Reiq; publ. & superstiti, si quæ præter spem obtigerit, posteritati pessimè consulat, quid superest, ex quo decrepitorum nuptias excusare, & juri, legibus, rationique ullo modo consonas demonstrare quisquam possit? 35. *Conclusio.*

Qua ætate tam Viri, quam mulieres nuptias inire debeant. Sect. 5.

1. ***In determinando tempore nuptiarum respiciendum esse ad finem generationis.***

2. ***Potius, quam ad principium, contra Albert. Gentil.***

3. Haben-

3. *Habendam quoq; rationem successionis liberorum.*
4. *Aristoteles praefinijt aetatem mediam, ut & Solon.*
5. *Hesiodi sententia explicatur.*
6. *Aristotelis sententia confertur cum alijs Philosophis.*
7. *Terminos nuptiarum accipiendos cum latitudine.*
8. *Mulierem citius fieri conjugio maturam & idoneam.*
9. *Cujus rei multa explicantur rationes.*

1. *A terminis generationis desumendos terminos nuptiarum.*

REmotis deniq; tam decrepitis Senibus, quam immaturis puellis à Veneris adytis & luco Nympharum, qua quisq; aetate admittendus sit, Episagmatis loco considerandum restat, quod ut non dictatoria autoritate, sed Philosophicis rationibus proponat Aristot. 7. *Polit. c. 16.* praesupponit ante omnia, aetatis determinationem ex generandi facultate desumendam esse potissimùm, cum propter generationem principaliter nuptiae sint à Deo institutae, & à civibus iniri debeant. Quia verò homines non concurrunt, instar brutorum animalium, solius coitus gratia, nec satis est generari sobolem, nisi educetur & bonis ad vitam necessariis dotetur, quemadmodum nuper probavimus, non tam principio quam à fine generationis, computationé aetatis voluit exordiri Aristot. Hanc n. rationem reddimus Alberico Gent. 5. *de nupt. c. 2.* quaerenti: Cur finem intueamur, non principium? & illam praeterea, quia principium est incertum, & non statim ad generandum idoneus est, qui ex prima lanugine pubescit. Nec refert, quod de fine minus nos jubeat esse sollicitos, quia rarò simul ad senectutem veniunt conjuges. Nam, qui citius auspicantur, citius absolvunt. Si quis Veneris telam non ordiretur, antequã aetas consisteret, & obdurata esset contra illius violentiam, ad terminum naturae citra controversiam perveniret. Et leges spectare non solent, quid fiat, sed quid per naturam fieri debeat. Nec enim propter Eunuchorum & mulierum intemperantiam maximum Medicorum mendacii arguimus, quod eos immunes pronunciarit à podagra.

2.

3. *Altera ratio Arist.*

Accedit altera ratio, quam post generationem attendi voluit Arist. ex successione liberorum, qui si non longo intervallo sequantur parentes, contemtui eos habent, quasi aequales, si nimis ab eorum aetate removeantur, nec educari ab iis commode possunt nec ἀντίδωρον pro tot beneficiis reponere, cujus gratia parentes liberis operam dare verisimile est & dictat Aristoteles. Proinde mediam aetatem elegit Aristoteles, & puellis 18. annum aetatis, viris, 37. praescripsit, cujus rationem subtexit. *Nam horum conju-*

coniugium erit corporibus vigentibus & aptè conveniet temporibus opportunis ad cessationem liberos procreandi. Successio præterea evadet liberûm, tum ætatis vigentis initio, si consentanea ratione statim procreatio existat, tum effœta iam ætate ad numerum octoginta annorum. Hæc Aristotelis sententia hausta videtur ex Solonis *de 10. ætatib.* Eleg. *apud Phil. libr. 1. de opif. mund. Clem. Alex. 1. Strom.* ubi virum ait quinto septenario paratum fieri ad nuptias & suscipiendam liberorum posteritatem. Alii paulo secus, sed ad sententiam Aristotelis, ut patebit, tanquam ad Cynosuram, se trahentes, terminos distribuunt. Hebræos & Majores nostros prætereo, qui circa annum 20. permittebant quidem, sed non imperabant, nec suadebant nuptias: *Cæs. lib. 6. bell. Gall.* quanquam Isaac ante annum ætatis 40. nuptias non cogitavit, *Gen. c. 25.* quem terminum, si ætas Isaaci ad nostras exigatur, putat Perer. *in d. c. 25. vers. 20.* coincidere cum anno 25. quia Isaac vixit annos 180, cum nos vix medium eius ætatis attingamus. Ad Hesiodum venio, *lib. 2. Oper. & dier.* qui tempestivas viro nuptias statuit circa 30. annum, mulieribus circa 15.

Sententia Solon.

Hebræor: German:

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι
μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων
μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά, γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος·
ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.

Respexisse Hesiodum ad operas rusticas dubium non est, & notat Bonam: *lib. 1. de Alim. c. 24.* ut scil. fatiscente patre, adultus succederet filius, cui lampada tradere posset. Quia tamen eadem ætas idonea est laboribus & muneribus Reipubl. obeundis, præceptum Hesiodi secuti sunt multi Philosophorum, atq; adeò ipsi Medici, qui ex recessu naturæ rationem petunt. Plato enim ubiq; *5. de Republ. 6. de legib.* in viro trigesimum annum, in muliere 20. requirit, cujus rationem computat ex termino generationis, quē naturaliter uterq; attingere natus est, in quo tamen calculo errorem aliquē notat Bonā. *d. c. 24.* & ex corrupta scriptione corrigit. Aëtius verò ait: *Ætas etiam vel junior vel provectior conceptum intercipit. Propterea nunc primum pubescentes à Venere arcere oportet, ita ut vir 30. annū, mulier 18 attingat. lib. 16. c. 26.* Ægyptii quoq; post 30. jubebant meditari nuptias viros, *Xenoph. de Spart. Rep.* puellas post 16. quem numerum pro voluptate pingere solitos, supra diximus.

6. Plato.

Aet.

AEgypt.

Cæterum idem Plato *6. de ll.* in terminis ad nuptias præscriptis justam latitudinem definit, viris ab anno 30. ad 35. mulieribus ab anno 16. ad 20. 7.

8. *Mulierem citius fieri idoneâ conjugio.* ſpatium concedens, quæ ſententia procul dubio vera eſt, & Heſiodi, Ariſtotelisq; menti conſona. Nam, quia ætas certis annorum limitibus Tyrannicè circumſcribi non poteſt, & alius aliter res ſuas conſtitutas habet, & nuptiis idoneus evaſit, non poteſt omnium appetitui una æqualis lex imponi, id quod non tantum ex rationibus Ariſtotelis, ſed & locutione patet. Nam non ſimpliciter 37. annum ponit, ſed circiter illum annũ ait, vel præter propter, ſeu ut Heſiod. *non multum deficiens, nec multum exuperans.* Solon quoq; totum quintum ſeptenarium propoſuit, cujus ſententiam nos hic arripimus, eo quod rarò quiſquam ante eius initium rerum ſuarum ſtabilimentum, ad exordiendam familiam, facere poſſit; nec cuiquam ætas ante conſiſtit, aut prudentia matureſcit. Mulieribus verò votorum feſtinatio propius adoleſcentiæ terminum fixit in ſeptenario tertio, ab anno 15. ad annum 20. quem *florem ætatis* vocat Parmeno.

CH. *Color verus, corpus ſolidum & ſucci plenum.* P. *Anni.* CH. *anni ſedecim.* P. *Flos ipſe. Terent. in Eun. Act. 2. ſc. 3.* Lucianus reſpicit annum 18. *An te putas annorum octodecim ſemper fore?* Diximus enim ſupra, quod celerius pubeſcat fæmina, ſtatumq; corporis acquirat, & proinde citius generare deſinat, unde operi generationis citius immergendã concludunt Ariſt. 7. *Polit. c. 16.* Plato 5. *de Republ.* quemadmodum ſecundum Platonis & Heſiodi computum Abraham Saram duxit decennio minorem, *ut patet ex collat. c. 12. 16. 17. Gen. & notarunt Cajetan. & Perer. ad d. c. 16. Geneſ. verſ. 3.*
9. Accedit quod citius incaleſcat, & flammas libidinis, propter defectum animi, minus reprimere queat mulier, unde remedio contra æſtiones & ſtimulos magis opus habet. Quin etiam mulieris tantum eſt pati, & ad paſſionem ſuſtinendam, quam actionem edendam, citius inducitur aptitudo, *ut ait Thomas Aquin. 3. Sum: Angel:* Nec expectatur in muliere, ut erumpant dentes ſapientiæ, quod poſt quartum ſeptenarium, ut plurimum accidere tradunt Anatomici, quia, cum mulieris ſit parêre, non imperare, conſummata aut ſaltem virilis prudentia in ea non requiritur, *ut docet Ariſt. 1. Polit:* Deniq; inæqualitatem hanc ætatum, ſeu potius æqualitatem Geometricam inter virum & uxorem, requirit reverentia, quæ marito debetur ab uxore. Qui enim ſimul ab ineunte ætate conſueverunt,

Ludere par impar, equitare in arundine longa,

nec per ætatem quicquam aliud in votis habere poſſunt, quam paribus & inter ſe colludere, iis periit omnis reverentia, quam gravior ætas, &

hinc

hinc nata autoritas incutit, timor alit, ut prolixè docet Plutar: *in Cleom. n.8.* ubi Helenæ ad Priamum vocem ex Homero repetit. *Ego te timeo simul & veneror. Arist.2.Oec.c.1.* Propterea AEgid.*lib.1.de regim.princ.part: 2.c.16 lib.2.part.2.c.12.* puellis 18. juvenibus 21. annum præscribens, intervallum ponit nimis angustum, cum tres anni viro nequeant multum autoritatis conciliare. Germanis jactatur accommodatius proverbium: Wenn das Mägdlein noch liegt im badt / Sol der Man gehen in dem schwad / nec non Latinis: *Semper seni juvenculam subijce*, quod in hunc sensum trahit & explicat Erasmus, quem vide.

CAPUT III.

DE IIS QUÆ ATTINENT AD ESSENTIAM MATRIMONII.

In quo agitur de

CONSENSU, ERRORE, ET METU Contrahentium, Item Consensu Parentum, & deductione ad domum, seu benedictione.

SUMMARIA.

1. *De consensu contrahentium.*
2. *De ignorantia, ex qua nascitur error.*
3. *De errore personæ, quò pertinet sexus & virginitas.*
4. *Utrum virginitas certis signis cognosci & probari queat.*
5. *De errore conditionis, & utrum peregrinitas vitiet contractum matrimonij.*
6. *Utrum contrahendum sit & valeat matrimonium inter nobiles & ignobiles.*
7. *Vtrum pulcritudo in contrahendis nuptijs spectanda, & num deformitas notabilis vitiet contractum consummatum.*
8. *De dote constituenda, & utrum dotatam ducere expediat.*
9. *De metu, & violentia, quanam in quantum vitiet matrimoniũ.*

10. *De consensu parentum, an sit ad nuptias necessarius.*
11. *An & consensus tutorum & curatorum.*
12. *Utrum deductio ad domum aut benedictio sacerdotis pertineat ad Essentiam matrimonij.*

SECT. I.
De consensu ineuntium Conjugium.

1. *Consensum requirere tam Canonica quam civilia jura.*
2. *Et quidem ad constitutionem & Essentiam.*
3. *Eundem requirere Sacras literas.*
4. *Etiam in matrimonio praesumto.*
5. *Verba non esse ad matrimoniũ necessaria, cum etiam sine ijs contrahatur.*
6. *Virgines prae pudore non teneri loqui, sed satis esse, si annuant.*
7. *Signa quaedam contracti matrimonij.*
8. *Num probetur contractum matrimonium ex traditione annuli.*
9. *Quatenus verba sint ad conjugium necessaria.*
10. *Explicatur obiter l. ult. de Sponsal.*
11. *Quid sit proxeneta.*
12. *Consensum includere duo, notitiam sc. & libertatem.*
13. *In rem ignotam voluntatem non inclinari aut consentire.*
14. *Duplex proponitur ignorantia.*

1. *Consensum esse necessariũ.* SUbstantiam Conjugii collocat gl. *in c. tua nos. de spons.* in Consensu, excepto matrimonio praesumto, cujus substantiam & formam consistere dicit in ipso facto, *gl. in c. is, qui fidem. de spons.* Consensus autem necessitatem tam civilia, quam Canonica jura profitentur, & ex eo constitui matrimonia asserunt. *l. 2. de rit. nupt. l. cum hic status 33. § si mulier. de donat. inter vir. & ux: l. cui fuerit 15. de cond. & dem. l. nuptias de R. I. Nov. 18. & 22. c. sufficit. c. sic quippe. c. beata Maria 27. q. 2. c. 1. c. cum locum c. tuae. de spons.* Quod 2. *Ad essentiam* autem constituit rem, de constitutae rei essentia est. Contractus autem, in quibus consensus exigitur, à consensu dependere ICti tradunt *in l. 1. § conventionis de pact: l. consensu junct. l. seq. de act. & obligat.* & sicut Paulus de emtione scribit *in l. 1. § ult: de contrah: emt. Emtio juris gentium est, & ideo consensu peragitur:* ita de matrimonio quoq; licebit nobis concludere, quod sit juris gentium, ut supra diximus, & ideo consensu peragatur, sine solemnitatibus aliis, à jure civili requisitis, *ut explicat Accurs. d. § ult. verb. consensu.* 3. *Probatur ex sacris literis* Sacris literis idem valde consonat, quando Rebecca non prius traditur Eleasaro, quam vocata à parentibus & rogata, utrum abeuntem comitari velit, *Gen. 24.* quod licet de consensu in abitum rectè accipiatur tamen

tamen præsupponit consensum in matrimoniũ, quē præsumere licet etiã ex eo, quod monilia, ultrò acceperit, tesseras futuræ amicitiæ. Apud Plautũ *in Curcul.* miles promittit Planæsium sororem uxorem dare Phædromo, *sed si ipsa velit,* quæ cum responderet: *Mi frater cupio,* subdit: *spondeo.* Errat enim gl. in matrimonio præsumto substantiam & formã accersens, à facto ipso & non à consensu, quia si matrimonium subsistit, & ejusdem est cum expresso naturæ, nequit aliam habere formam. Id tantum interest, quod in uno consensus sit apertus, in altero incertus, sed intellectu juris præsumtus, quam præsumtionem subsequens ratihabitio confirmat. 4.

Nec illud alterum gl. *in eod. c. tua nos. ver. verba. de spons.* probare possumus, quod formam matrimonii dicat esse verba consensum exprimentia, *quæ opinio arridet Covarr. par. 2. de matrim. c. 2. n. 4. Cypræ. de sponsal. c. 4. §. 24. n. 3. Mauser. t. de Nupt. ad pr.* quia matrimonium contrahi potest etiam sine verbis, *ut docent gl. alia Host. Cardin. Præpos. & alij in d. c. tuæ. Panorm: in c. pen. n. 4. & 6. de spons. in c. ex parte n. 8. & 28. de restit. spol. Vivius & Villalob: in tr: comm: opin. Zas. cons. 10 matr. Socin. Iun. in cons. 29. n. 3. vol. 2. Sylv: in Ver: matrimonium q. 27. Covarr: 2. par. de matrim: c. 4. in pr. n. 1. Tiraq. gl: 7. n. 17. in verb: expresso. Sneidevv: de nupt. requis. 3. Beust. de matrim. c. 42.* & sine quo actus vel contractus subsistere potest, id ad eius substantiam referendum non esse, docet Bart. *in l. prolatam. C. de sent: & interloc: omn: jud.* 5. *Matrimonii contrahi sine verbis.*

Olim enim præ Verecundia virgines nõ solebant sponsalia inire, & nuptias promittere, quemadmodum Cariolæa *apud Heliod.* de nuptiis interrogata, modestè procos amovet: *magis,* inquiens, *decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum viros verba facere,* id quod gl. notavit *in d. c. pen. de spons:* quando, *multæ,* inquit, *puellæ propter verecundiam annuunt potius, quam loquuntur,* maximè præsentibus parentibus, ne videantur ambire sponsum, quod virginibus indecorum est. 6. *Præsertim à pudibundis virginibus.*

Nihilominus nutum hunc ICti accipiunt pro verbis expressis, si petenti virginem in uxorem Virgo annuat, aut in signum matrimonii contracti dextram præbeat, osculum imprimat, aut annulum accipiat, licet verbum nullum prolocuta. *c. 1. de matri: contr: interd: Eccles: contr: gl: & Abb: in c. pen. de spons. Covar: d. p. 2. c. 4. in pr. Faber. & Ang: §. 1. de patr. potest: Alber: Gent: 2. de nupt: c. 16. Beust de nupt: cap. 42. Sneidevv: de nupt: req: 3.* Theophilus Imp. Theodoræ præ omnibus puellis pomum dedit, quod cum illa acciperet, tanquam in matrimonium consentientem, in thorum duxit. *Zonar: in Theoph:* Clitemnestra petit Achillis dextram in symbolum sponsaliorum. 7. *Signa contracti matrimonij.*

Eurip. in Clit. Osculum quoq; interveniens interpretatur Constantinus signum initi matrimonii, *in l. si à sponso 16. C. de donat. ante nupt.* De annuli traditione idem asserimus, si eum acceperit puella cum mentione conjugii, quod sine verbis, sola acceptione sese obligaverit. *gl: in c. pen: de spons: gl. & Imol. in c. tenor de re jud: Abb: c. fin. de desponsat. impub: Aretin cons. 13. col. 3. Covar: par: 2. matr. c. 4. in pr: n. 4. Alberic. Gentil: 2 de nupt: c 16. Menoch: lib. 3 præs: 2. Mozz: in tr: de matrim: c. de natural: Matrim. n. 13.* licet alias nuda annuli traditio, donatio potius dicenda, quam subarratio, nisi consuetudo alicubi non patiatur annulos gestare, nisi sponsas, aut tali forma signatus sit traditus annulus, qualis solis sponsis conveniat. Verba enim ad id inventa sunt, & non alio fine requiruntur in conjugio, quam ut voluntatē dicentis demonstrent, *l. Labeo. 7. §. fin. de supell. leg.* Voluntatem autem nostram non tantum sermone, sed & aliis signis & conjecturis evidentibus declarare possumus, prout ait Cassiod: *lib. 4. var. Nam & homines possunt sine oris effatu velle suum declarare*, & ut ait Ovid. *Multa supercilio, multa notis loquier*, quod & Celsus docet *d § fin. in fi. de sup. leg.* quando conatum ipsum, & sonum quendam καὶ τὴν ἀναρθρον φωνὴν eorum, qui loqui nesciunt, pro loquela agnoscit impropria. Hinc enim nutus sufficit Paulo *in l. nutu 21. de leg. 3. Et in l. Epist 22. C de fideicō.* & conjectura Papiniano. *in l cū proponebatur 64. de leg. 2.* ad demonstrandam voluntatem fideicommissum relinquentis. Solum enim consensum sufficere ad matrimonium constituendum, Nicolaus scribit *in c. sufficiat 27. q. 2. l. sufficit in pr. de spons* seu solā διάθεσιν γαμικὴν Iustin. *Nov. 22. 74. 117.* Sed quia consensus partibus ipsis, aliisq;, quorum præsentia opus est, ne clandestina contrahantur sponsalia, cognitus esse nequit, ut objicit Cypræ. *c. 4. de spons: §. 22. n. 4.* nisi cogitata & sensa voluntatis sibi mutuò detegant, igitur Innocentius *c. tuæ de spons.* necessaria dicit esse verba, consensum exprimentia de præsenti, quantum ad Ecclesiam, puta in iis, qui fari possunt. Nam in muto & surdo, qui & ob hæc vitia nativa non prohibentur nuptias conflare, *c. cū apud c. tuæ de spons:* alia signa sufficere rectè statuit Panorm. *in c. tua nos in fi. de sponsal:* Hæc autem sive signa, sive verba non ingrediuntur essentiā matrimonii, sed sunt signa externa consensus interni, quæ quidem non requiruntur, ad conjugium, quatenus sacramentum est, & sacramentum nequit consistere sine signo externo, *ut tradunt Paludan: 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 2. Covar. par. 2. matr. c. 4. in pr. n. 3.* quoniam quæ ratio sacramenti potest esse in eo, quod non minus Ethnicis, quā Christianis commune est; sed, *ut Bassol in 4. sent: dist. 27. q. un. art. 1.* rem explicat. *Solus consensus non sufficit ad contractū inter*

8. *Ex annulo nō probetur contractus matrimonii.*

9. *Quatenus verba necessaria.*

Inter homines, quod sit interius latens. Sed oportet, quod in signo aliquo sensibili, fiat exterius patens, quia homo videt ea, quæ patent. Deus autem intuetur cor, 1. *Reg.*

Nec refert, voluntatem suam patefaciant contrahentes coràm, vel per literas *l.5. de rit: nupt: l.ult: de sponsal: Anto: Fab: t.9. Inst: Pap: pr. 5. Illat: 6.* cum & literæ sint voces absentium, & Cajus contractus, qui consensu peraguntur, expediri posse statuat per Epistolam, aut per nuntium, *l. consensu 15. de act. & oblig.* quod & Paulo placet de emtione. *l. 1. §. fin. in fi. de contr. emt.* *Inter absentes contrahi nuptiæ.*

Nuntium quoq; in sponsalibus admittit Pomponius *d. l. 5. de rit. nupt:* quem *procuratorem* nominat jus Canonicũ. *c. fin. de procur. in 6* licet impropriè, *ut notant Covarr: d. c. 4. n. 11. Alber: Gent: c. 14. libr. 2. de nupt:* quod etiam per *proxenetas* expediri potest, quos intelligit Gentil. per ea verba *in d. l. ult. de sponsal: Aut per alium,* imitatus Hottoman. *de rit. nupt: 2. & Cujac: 11. obs. 18.* *Nuncius in nupt. Procurator. Proxeneta.* 10.

Nam Romanus, qui *cons. 295. ubi Mandos.* per *Alium* accipit, hominem quemcumq;, qui sine mandato defert voluntatẽ alterius partis forte fortuna à se auditam, ex eo refutatur, quod ubi speciale mandatum requiritur, ut in re tanti momenti, nec generale sufficiat, *l. generali. 34 de rit. nupt. c. nec illud. 30. q. 5. c. ex causis de Election:* multò minus admittendus sit, qui sine mandato venit, etiamsi pater spondeat pro filio, qui patris actum postea ratum habere negat, ut Castrensis scribit *l. ult. C. si quis alt. vel si:* licet alias pater mandato opus non habeat, modò liberi, ubi rem resciverint, factũ parentis non improbent. *c. cum locum. de despons: impub.* Inscius enim per factum alterius nemo obligatur. *l. quod tutela 73. § fin. junct: l. seq. de R. I. l. 1. in pr. de alien.* & falsitatis se alligat, qui actum requirentem speciale mandatum, sine mandato gerit. *Bald. in c. nonnulli col. 1. Felin. in c. ex parte decani. col. 3. de rescr.* Quid enim, si animum mutaverit, cui verbum affirmativum antea exciderat. Nam ne procuratoris quidem contractus valet, si interim mandatum tacitè revocarit mandans, dum ille contrahit. *c. fin. in fin. de procur: in 6. Felin. in rubr. de sponsal col. 5. Covarr. par. 2. de matr. in pr: n. 12. Beust. de matr. c. 43.* Non potest igitur is intelligi, qui contrahendi matrimonium potestatem habere nequit, sed Interpres aut proxeneta. *Connan 8. comm: c. 2. n. 1.* Proxenetas enim, quos Græci προμνηστρίδας appellant, definit Harmenop. *lib. 4. qui nuptijs conciliandis sese interpretes ac veluti sequestres interponũt.* Budæus, generali significatu, appellat *inventores & conglutinatores hominum.* Plaut *in Mil glor.* ancillam his rebus operantem, nominat *conciliatricem,* quam Festus describit, *quæ viris* *Explicatur l. ult. de sponsal.* 11. *Quid sit proxeneta.*

viris concilait uxores, & uxoribus viros. Horum igitur ministerio, aut per nuntium, aut per Epistolam matrimonia constitui possunt, etiam inter absentes, dummodo de consensu absentium liquidò constet.

12. *Consensum includere notitiam & Libertatem.*

Consensus autem præsupponit & includit duo, Cognitionem seu Notitiam, & Libertatem. Consensus enim nihil est aliud, quam mutuus assensus contrahentium. Assensus, licet profluat ex voluntate, tamen, sicut voluntas, ita & ipse radicem agit in intellectu, *Piccol. gr. 2. Phil: Mor: c. 41. 43. Soncin: 9. Metaph: q. 9. 14. Soar. disp. Metaph. 19. Ignoti* enim *nulla cupido est*, & ut ait Arist. 3. Eth. c. 3. *postquam consultatione adhibita judicavimus, tum secundum eam consultationem appetimus.* Voluntas quippe & omnes facultates appetentes ab Averr. *2. ph tex. 48.* numerantur inter passivas, & *8. Phys. tex: 15.* motorem per voluntatem vocat *motorem motum.* Passiva verò cum nequeant seipsa determinare, 8. *Phys: tex. 40. 3. de an: tex. 18.* manent indifferentia, & ab indifferenti, non prodire actionem, rectè docet Aver: 2. *Phys: tex: 48.* A ratione igitur necessum est determinari voluntatem, seu assensum, qui agendis rebus præstatur, tanquã à causa; *ut ait Aphrodis: 1. de ani: c. de Phantas:* Ratio verò non judicat, nec inclinat facultatem appetentem, nisi per cognitionem, & proinde præcognitum rationi esse oportet, in quod voluntas consentire debet.

13. *In ignotis non consentimus.*

In eum, quem penitus ignoramus, consentire non possumus, ait gl. *in c. nec illud 30. q. 5.* & deridet Iuvenalis *Sat.* 4. Catullum cæcum,

Cæcus amator

Quod nunquam visæ flagraret amore puellæ,
Grande & conspicuum nostro quoq; tempore monstrum,
Cæcus adulator, dirusq; à Ponte Satelles.

Negat Vair: *libr. 2. de fasc.* ex aspectu nasci amorem: negat, inquam, contra fidem sensuum, & judicium rationis. Objectum amoris est id, quod pulcrum est: pulcrũ autem visu dijudicatur, & cæcus de coloribus judicare nequit. *Nemo,* inquit Arist. 9. *Eth: c. 5. amore capitur, qui non fuerit ante forma, specieq; delectatus.*

14. Ignorantia verò duplex statuitur ab Arist. 1. *Post. Anal: tex: 89. & 109.* secundum *puram negationem*, & secundum *pravam dispositionem*, quarum utraq; nobis hoc loco attendenda est. Aut enim contrahentes prorsus per ignorantiam falluntur, quemadmodum Lea supposita fuit Iacobo, aut errant tantum in parte, seu ignorant aliquam conditionem, quæ post nuptias detegitur.

De

De ignorantiâ totali, & particulari, quæ parit errorem.

1. *Ab ignorantibus non contrahi matrimonium.*
2. *Ideoq; nec à furioso.*
3. *Nisi per intervalla ad sanam mentem redeat.*
4. *Æquitatis tamen esse, ut à furore incipiente post sponsalia, sponsa liberetur.*
5. *Vtrum subsistat matrimonium promissum ab Ebrio.*
6. *Vel ex amore insano.*
7. *Distinguitur de gradibus affectuum.*
8. *Quid sit ignorantia in parte.*
9. *Quatuor errorum species.*
10. *Aliter proponuntur & distinguuntur.*

QUantùm ad ignorantiam totalem, certum est, cum Errantis, quatenus errat, nulla sit voluntas, *l. cum testamentũ 8. C. de jur: & fact: ignor:* nec consensus, *l. non idcirco 9. C. Eod.* quod sponsalia vel matrimonia inter ignorantes contracta, non subsistant, quia substantia matrimonii consistit in consensu, ut declaratum fuit, & *consensui nihil tam contrariũ est, quam error, qui imperitiam detegit, l. si per errorem 15. Ias in 2. col. ver: nota regulam, & Alex. in pr: de jurid: om. jud: l. consensisse in pr. de judic: l. nihil consens: 116. §. Non videntur, ubi gl. & Dec. de R. I. l. alioquin, de contrah. emt. l. sed hoc ita. de aq: pluv: arc. c. 1. 29. q. 1.* Ex quo infertur, Eos, qui præ furore aut ebrietate, sibi non constant, aut propter absentiam, notitiam non habent personarum, quæ insciis obtruduntur, aut dolo malo in pænitenda inducuntur conjugia, non obligari, quia non consenserunt, nisi defectũ consensus subsequenti ratihabitione suppleant. Ac de furiosis quidem plana res est, *c. dilectus, ibi Prepos: de spons: l. 8. de sponsal. l. oratione 16. de sponsal. l. hæredibus 27. § ult: ad Trebell: Senat: Constit: Leon: 111. & 112. Harmenop: lib: 4. t. 1.* cujus rationem assignat Paulus *d. l. 16.* quia *consensu opus est,* quo furiosus prorsus destituitur, quippe, qui brutis æquiparatur *l. sed & si 5. §. Et ideo ad l. Aquil:* ignorantibus. *l. si à furioso in pr. 12. de reb: cred. & si cert.* absentibus, *l. 1. §. furiosum de oblig. & act: l. 2. §. furiosus de jur: Codic: l. 1. §. adipiscuntur, de adquir: poss: l. ubi non voce. § furiosus de R. I. l. 2. § furiosus de procurat:* & infantibus. *l. infans ad l. Corn. de sic: l. in negotiis de R. I. l. 5. vers. sed & si infans ad l. Aquil:* qui nec suus est *d. §. Et ideo ad l. Aquil:* nec scit, quid agat, *l. illud. 3. §. fin: de injur: §. furiosus Inst. de inut: stipul: l. furiosi. ff. Eod.* nec sensum ullum habet, *l. si cum dotem 23. §. si maritus sol: matr.* sed omnia ejus acta æstimantur non secus, ac fortuitò aut casu facta, *l. fin: §. fin: de admin:* 1. Ignorantes nihil contrahunt. 2. Ideoq; nec furiosus.

tut: l. sed & si 5. §. Injuriā. ad l. Aquil: & cum effectū non geruntur, in iis, quæ consensum exigunt, ut patet in testamenti confectione & homicidio &c. *§ præterea Inst. quibus non est permiss. fac. test. l. furiosum C. qui test. fac. poss. l. furiosi ff. de inut. stipul: Clem. 1. de homic. Lombard. 4. sent. dist. 34. ubi Thom: art. 4. Beza de divort. pag: 90. Covarr. part. 2. matr. c 2. n. 6. Alber. Gent: libr 3. de nupt: 6. 7 Cypræ. c. 13. de sponsal. n. 1. Sneidvv: de nupt: part. 3. n. 53. Anton. Fab. Iurup: Papin. t. 9. princ. 5. Illat: 14.* nisi furor det inducias, & sub tempus induciarum animus furioso redeat. Tum enim ut testamentum condere, *l. furiosum C. qui test. fac. poss.* ita & nuptias contrahere potest. *c. quamvis. 27. q. 1.* Nam & homicidium per intervalla perpetratum punitur, tanquam à rationis compote commissum. *l. Divus de off. præs.* Quod si tamen à furore instet periculum vitæ, aut metuatur defectus prolis, acquiescendum videtur consilio Ulpian. *d. l. si cum dotem §. sin autem. ad l. Aquil.* quod licet alias ob furorem matrimonium non solvatur, *d. l. 8. de spons. l. patre furioso de his, qui sunt sui vel al. jur. c. dilectus de sponsal. c. hi qui juncto cum seq. 32. q. 7.* quod *nihil tam sit humanum*, dicente Ulpiano, *quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse* : *Melancht. in loc. de Conjug: Beust: de matrim. c. 12. Sneidevv: de nupt: par. 3. n. 53. Beza. d. loc. de divort.* tamen propter periculum, & metum adulterii liceat mentis compoti, personæ furenti nuntium remittere, adeoq; multò facilius sponsalia dissolvere, quod & Bonaventuræ placet *in 4. sent.* propter periculum, quod maximum esse dicit. Nam & ad procreationem sobolis ineptum furiosum censet Leo *d. const. III.* & nihil dicit ipsum exhibere uxori, præter miserum spectaculum, solo aspectu horrendum, quo intuitu fieri non potest, quin animi dissocientur. Nec verò furiosus consensum, etiamsi jam ante sponsalia factum, reiterare coram facie Ecclesiæ potest, nec matrimonialia fœdera contrahere, nec benedictionem divinam requirere, quæ omnia ad complementum matrimonii hodiernæ Constitutiones requirunt.

3. *Nisi habeat dilucida intervalla.*

4. *Furor superveniens, dissolvit sponsalia.*

5. Hæc quidem argumenta non procedunt contra Ebrium, aut amore dementatum, quippe, qui, postquam crapula disjecta est, & affectus deferbuit, ad sese redeunt: verum prima & præcipua ratio non minus hic militat, quam pro furioso, quia uterq; affectus eò procedere solet, ut rationem pervertat, consilium excutiat, & ut ait Augustinus: *auferat memoriā, dissipet sensum, & confundat intellectū. Ubi dominatur ebrietas, ibi furor est & mentis oblivio. c. 3. dist. 35. c. 14. de vit. & hon. Cleric.*

Utrum ebrij matrimonium rescindatur.

Quod

Quod si ex circumstantiis tanta ebrietas, aut juramento probari possit, non dubium est, quin propter ignorantiam liberet à promisso matrimonio, si pœnitentia sequatur, *c. sane 15. quæst. 1. c. unusquisque 22. quæst. 4.* qua proæresin declarari scribit Aristot. 3. *Eth. cap. 1.* & pulcrè Paulus *l. divortium 3. de divort: & rep.* quod *per calorem iracundiæ*, gestum est, non prius ratum habet, quam si *perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. Ideoq; per calorem misso repudio, si brevi reversa uxor est, nec divortisse videtur.* Idem judicare licet de aliis affectibus, si eò processerint, ut hominem posuerint extra se. Nam quia *Vina parant animos Veneri*, *Claud. de bell: Gildo.* facilè ratio à Baccho vincitur, & libido vehementius extimulatur, & ad inconsultas nuptias properat, quod eò magis ex amore fieri putandum, quò is impensius ad satiandum appetitum propellit. *Quis legem det amantibus?* ait Boët. *lib: 3. consf: metr. ult.* *Major lex amor est sibi.* Plato pulcra dicebat cogere, eò quod violentum sui excitarent amorem, quem inde *magnum Dæmonem* vocare soliti sunt Academici. *Ficin. in sua Theol. & in libr. Plot. de pulcrit:* Constantinus *in l 1. §. Ipsis C. de nat. lib.* *Venenum* vocat *amorē concubinarum, qui liberos homines propellit ad sectanda contubernia ancillarum*, *l. 3. C. de liber. caus:* etiam cum jactura libertatis, si negotium decidatur ex *l. ult. Longob. ut ibidem ad d. l. 3. testatur Accursius.* Amatores, ait Catullus, dum 6. *Utrum præ renore insanientis.*

Amata animus prægestit apisci,
Nil metuunt jurare, nihil periuria curant.

Dubitat Baverius. §. *Item furiosi col. antep. & fin.* utrum amore captus testamentum condere queat, quia similis furioso, & Bald. *in l. precibus, col. 6. de impub. & al. subst.* nihil ait ardore amoris esse vehementius, quem intra debitos limites carcerare philosophicum est, non muliebre. *Azo in summ. C. de SCt. Claud.* Cum igitur non solus Cupido cæcus sit, sed & oculis capiat, in quorum pectore pedem figere cepit, & Arist. *1. post. Anal: text. 134.* dicat, scientia necessariò destitui homines eorum objectorum, quorum sensu carent, nec amantes satis, quid agant, aut cui promittant, cognoscunt, quippe oculis mentis capti. Nam *amare & sapere vix Deo conceditur*, ut ait Mimus, & ut Ovid.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent.
Illa pudore vacat: Liber, amorq; metu.

Poëta quidam *apud Helgandum Historicum* de Constantia Roberti uxore scribit:

Constans & fortis, quem non Constantia lusit,

7. *Distinguitur* præ admiratione formæ, quam tantam in ea effulsisse tradit, ut vel invitos trahere posset. Connivendum igitur ignorantiæ eorum, quos etiam leges à gravioribus criminibus, propter defectum proæreseos, excusant, *ut in libr. de Prop: Geom. abundè demonstravimus*. Nam, qui apud se non sunt, non potuerunt liberè & cum consilio consentire. Aliter sentiendum de moderato amore, & fervida crapula, per quam olim Germani etiam optima consilia inierunt. *Tac. de morib. Germ.* Nam, quia mentem & libertatem non adimunt, pro excusatione adduci nequeunt. Quin potius juvenum nuptiæ plerunq; à talibus auspiciis originem trahunt, nec propterea rescinduntur. *Alber. Gent. 3. de nupt. c. 8.*

8. *Ignorantia particularis.* Contingit porrò, ut multi quoq; sana mente errent, aut ignorent, vel dolo inducti, vel negligentia decepti, qui, quia in parte tantum & non in integrũ errant, non videntur plenam mereri excusationem, ideoq; Scholastici *Lomb: 4. sent: dist. 30.* & Canonistæ, *in c. opposuit. de conjug. serv: ex c. un. 29. q. 1.* quos etiam Legistæ sequuntur, quatuor constituunt erroris

9. *Quatuor species errorum.* species, In *corpore, conditione, fortunæ bonis, & qualitate.* Nobis commodior videtur distinctio Bonaventuræ *4. sent. dist. 30. q. 1.* quam ad institutum sic accommodabimus, ut alia dicamus esse *essentialia* conju-

10. *Distinctio errorum commodior.* gio, alia *accidentalia*, quorum numerus finitus non est. In illis si erretur, conjugium non tenet, quia sine substantia res non subsistit. Consensus verò, qui substantiam matrimonii constituit, includit ea omnia, quæ ad complendam essentiam eius sunt necessaria, quemadmodũm nullum aliud facinus tam promtè idem dissolvit, quam adulterium, eò quod directò destruat fidem conjugalem, *c. fin. de cond. app.* quam alia crimina non attingunt. Ad conjugium verò pertinet, ut persona certa sit, nullâ scortationis aut adulterii labe commaculata, item ut sui juris, quia aliàs liberè consentire non possit, quorum primum ad personam, alterum ad qualitatem pertinet, tertium ad conditionem. Nec enim omnis qualitas, est extra conjugium, nec omnis conditio ignorata vitiat contractum, *ut docet Vlpian. l. Alioquin de contr. emt.*

De-

De errore qualitatum essentialium.

1. *Errorem personæ vitiare contractum matrimonij.*
2. *Vtrum firmum fuerit matrimonium Iacobi cum Lea.*
3. *Decepto per fraudem, esse subveniendum.*
4. *Sexum includi in persona.*
5. *Et excludi ab usu conjugij Eunuchos, Spadones, castratos, virgines nondum viripotentes.*
6. *Qui nequeunt generare, nequeunt contrahere nuptias.*
7. *De morbosis, frigidis & maleficiatis.*
8. *De errore in nomine, cum constet de re.*
9. *Error in qualitate Essentiali.*
10. *Nuptias non valere, cum ea, quæ vitiata deprehenditur præter spem.*
11. *Infames non tantum fieri stupratas, sed notari etiam, qui eas ducunt.*
12. *Lex divina probata à Leone, abrogata à Pontificibus.*
13. *Quid observetur in Ecclesiis reformatis.*
14. *Multarum gentium consuetudines damnantur.*
15. *Non esse ducendam stupratam.*
16. *De signis virginitatis, utrum certa sint.*
17. Utrum lac in mammis indicet virginitatem corruptam.
18. *Lac generari etiam sine conceptu.*
19. *Distinctio Andr. Laurentij reijcitur.*
20. De Hymene, utrum & quid sit.
21. *Vtrum lintea cruentata quicquā indicent.*
22. *Alia hymenis descriptio.*
23. *Anatomicos non audere intrepidè hymenem asserere, aut describere.*
24. *Descriptio eius nova.*
25. *Ex hymene non desumi certum indicium corruptæ virginitatis.*
26. *Vtrum hoc casu stare liceat fide & relatione obstetricum.*
27. *Reijciuntur alia signa minutiora, ad demonstrandam virginitatem.*

De persona verò, seu corpore res difficultate caret, quia electio potiss. fertur in personā, & Ulpiā. scribit *l. 9. §. 1. de cont: emt. l. si quis in fundi. 4. in pr. de leg. 1. Si in corpore erratū fuerit, nihil deberi,* quod etiā Ancharanus probavit *cons: 229.* ubi Regis Cypri conjugium nullum pronuntiat; quod ejus procurator, licet à Domino jussus, contraxerat cum Caja filia seniore ducis Mediolanensis, cum eo nomine putaret appellari natu minorem, quam thoro suo desponderat. Jacobus tamen acquiescit dolo soceri, qui ipsi Leam supposuerat pro Rachele, *Gen: 29.* de jure suo remittens. Nam licet ex lege Mosaica virgo compressa à stupratore ducenda sit; *Exod: 22,* & Lex post concubitum ex hac lege, (quantumvis nondum

1. *Error personæ.*

2. *De conjugio Jacobi cum Lea.*

lata) manendum fuisset in thoro Iacobi: tamen Iacob stuprum nullum commisit, *ut Lombard: dist. 30. lib. 4. rectè disputat*, quia ipse se commiscuit Leæ eo animo, quasi cum legitimè desponsa conjuge rem habiturus, quippe, cum orto demum Sole fraudem deprehenderet, & Lea simili affectu ipsi respondit, consuetudine loci, quæ secundò natam prohibebat primogenitæ præferri, & imperio paterno, se satis tutam æstimans. Nihil igitur causæ superest, quam propter Iacob retentione Leæ puniri debuisset, *c. tua, ibi, nec consentit in personam. de sponsal. tot. 29. q. 1.* sed potius reddenda fuisset pæna Labano, propter dolum, quo se defraudatum fuisse, ipse Iacob confitetur. *Gen. 31.* Nam licet Beza de divort. *pag: 84.* exemplum Iacobi imitandum sua deat, & error subsequenti consensu corrigi possit revocat tamen consilium, si fraus intercesserit, quia dolo suo nemo gaudere debet. *l. 1. de except. dol. mal.* Non revocavit errorem suum Isaac cum Iacobo benediceret pro Esauo, *Gen. 27.* sed nec errabat prorsus Isaac, quia dubitabat, cum diceret, *Vox est Jacobi*, & Deus ipse occulto consilio dirigebat verba benedicentis, ita, ut intuitu primi dirigentis errasse dici non posset. Phrastor vero Atheniensis concubinæ filiam, quam Stephanus ipsi supposuerat pro sua, etiam post filiam ex ea conceptam, dote reddita ejecit: *Demosth. in Near:* & Cambyses internecinũ bellũ movit Amasi Regi Ægyptiorum, eo quod pro sua, quam in matrimonium petierat, Apriois relictam filiam transmisisset, *Herod. lib. 3. Luther.* Im Buch vom Ehesach: *in art. 4. §.* In diesem Artickel. *Alber: Gent: lib: 3. de nupt: c. 2. Cypræ: de sponsal: c 13. §. 32. & seqq: Covarr. par: 2. de matr: §. 7 n. 1. Beust: de matr. c. 36. Sneid. de nupt: part: 3. n. 56.*

3. *Decepto per fraudem, subveniendum.*

4. *Ad personam pertinet sexus*

Ad personam pertinent ea, quibus viri sunt viri, mulieres mulieres, quia de natura contractus conjugalis est, ut vir consentiat in fæminam, fæmina in virum. Licet enim expressus consensus in carnalem commixtionem non requiratur. *c. commissum ubi Abb. & Dd. de spon.* tamen ex fine primario semper includitur, *l. quæritur 14. de æd. edict:* atq; etiam in secundario, scilicet ad vitandam scortationem. Quæ jam mulier iniri non potest, qui vir debitum conjugale non exolvere, utriq; à matrimonii vinculo meritò arcentur, idq; de Spadonibus castratis testatur Vlpian. *l. si serva 39. §. ult: de jur. dot.* & sancit multis adductis rationibus Leo *Nov. 97.* de virginibus nondum viripotentibus affirmat Labeo *l. pen: in fi: quand: dies leg: vel fid.* quæ nec mulieres appellari possunt, *l. 13. de V. S. l. pater. 101. de cond. & demon. l. 5. §. 2. ex quib. caus. in poss:* si adeò arctæ sint, ut virum pati nequeant, *d. l. quæritur. § mulierem, d. l. pen: in fi. quand. dies leg. Godd: ad d. l. 13. n. 6. de V. S.*

5. *Unde excluduntur virgines nondũ viripotentes.*

Et

Et sicut virgines viri non potentes non merentur nomen mulierum: Ita Eunuchi non merentur nomen virorum, sed *tertium genus hominum* nominabantur ab Alex. Severo. *Lamprid. in Alex.* *semiviri* à Lactant. *li.1.c.15.* ἄνδρές τι καὶ οὐκ ἄνδρες à Clearcho *apud Athen: lib.6.* ἡμιάνθρωποι à Luc. *in Dial. Syr. Dea.* τοῖς ἐν γυναιξὶν ἄνδρες, ἐν ἀνδράσι γυναῖκες à Nazianz: *in Basil. Epitaph.* Nec morosè hic distinguā nomina Spadonum, Castratorum, Eunuchorum, cum Spadonum nomen plerumq; generale sit. *d. l. si serva 39. l. 4. §. Idem Divus ad l. Corn. de Sicar. l. Spadonum 128. ibi Alciat. in pr. de V. S.* sed rem ipsam describendo, quibus virilia execta sunt, aut ita confusa, aut à natura distorta, ut spes omnis prolis generandæ præclusa sit, eos à conjugio prorsus arcendos censeb, ut & eos quibus testes tantum sunt execti, remanente nervo, quibus tamen matrimonium nequaquam denegandum putat Alciatus *ad d. l. spadonum*, quia coire possunt, & VVier. 3. *de præst. Dæm: c.18.* excussa cuculla refert Monachum post exectum utrumq; testem duxisse uxorem. Et sanè

Eunuchi. *Spadon.* *Castrat.*

6. *Qui nequeunt generare, nequeant contrahere.*

Sunt quos Eunuchi imbelles & mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quod abortivo non est opus. Iuvenal. *Sat.*

Gellia *apud Mart. lib.6.* non viros quærit, sed Eunuchos tantum:

Vult uti Gellia, non parere.

Verum coitus accipiendus est cum effectu, *Soc. in l. 1. col. 3. sol. matr. sylva nupt. libr: 2. n. 12.* siquidem ad procreationem sobolis dirigitur, quam ab eo, cui testes execti sunt, frustra expectaveris, *ut in lib: de gen: hom: ostendimus*, etiamsi bos repleverit vaccam *apud Arist: 1. de gen. anim.* quod tamen vel ipsi Averrhoi creditu difficile est. Præterea conjugium paratum est ad satiandam libidinem. Atqui sterilis illa titillatio Venerem magis excitat, quia excitatam non satiat, tam in Eunucho, quam muliere, ut meritò dicat Ecclesiastes. *c.30. Qui profligatus est à Domino, hic oculis aspicit & ingemiscit*, ὥσπερ εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον καὶ στενάζων, citat *August: 6. contr: Iulian: Pelag: c.14.* Accedit, quod impediat propagationem sobolis in fæcunda muliere, cujus corpore in vanum abutitur: quod adulteriis viam aperiat, dum mulier aliunde quærere cogitur, quod domi frustrà speraverit, sicut in fabula Luciani, Combabi uxor seipsam malà morte multavit, quod virum audiisset esse eviratum. Deniq; eludit benedictionem divinam, qui scit sibi frustra dici hæc verba: *Crescite & multiplicamini.* Et hæc procedunt de iis, de quorum restitutione prorsus desperatur: quorum

Sine testibus nihil generatur.

7. *De morbosis, & frigidis.*

rum, *nuptias innuptas* vocat Leo, γάμον ἄγαμον, & impediendas censent Beza & Cypræ. etiamsi ex bona scientia ab utraq; parte appeterentur, quia non est audiendus perire volens, *l 6. de appell:* & contra voluntatem privatorum impedienda sunt, quæ publicè nocitura videntur. Qui verò paralysi aliqua, aut morbo non insanabili partium naturalium detinentur, à conjugio repellendi non sunt, id quod etiam de frigidis & maleficiatis ex eadem ratione asserimus, quia & restituti sunt sæpe, & restitui possunt. Cum his enim, non cum iis, quos intelligit Alciat: *in d. l. Spadonum*, concedit Ulpianus matrimonium contrahi, dotemq; esse & dotis actionem, cujus rationem reddit Theophilus, *quia spes est, abacto morbo, eos δύνασθαι παιδοποιεῖν. Harmen: libr. 2. t. 8.* Rectè consuluit Horat. Augen: *lib: Epist.* non posse dirimi conjugium, ad quod maritus dicebatur ineptus esse, eò quia præ verecundia, aut alia de causa, expectationi sponsæ primis noctibus non satisfecisset. Sed de his vide Bez: *de divort.* Cypræ: *de sponsal. c. 9. §. 13.* Anton: Fabr: *t 9. Iurispr: Papin: prin: 3. Illat: 1. & 2.* Albert *de nupt: lib: 3. c. 2.* quos etiam consule, de hac quæstione, Utrum si error sit in nomine, cum constet de corpore, matrimonium teneat, de quo simpliciter pronuntiandum cum Vlpia: *in l. 3 in pr: de leg: 1. l. 9. §. 1. de cont: Emt:* *Si quis in fundi vocabulo erravit, & Cornelianum pro Semproniano nominavit, debebitur Sempronianus.* Quæstio verò facti, quod proponitur & resolvitur *in c. tua nos. de Sponsal:* variè à Dd. disputatur. Beza *de divort:* prorsus iniquitatis condemnat, quem refutat Alber: Gent: 3 *de nupt: cap: 5.*

8. *Si erretur in nomine.*

Ex qualitatibus essentialis hæc est, ut nuptum danda ab alio præter scitum ducentis non sit vitiata vel imprægnata: Nemo enim tam extra honestatem projectum animum gerit, ut adulteratum aurum sibi patiatur obtrudi, cum stipulatus esset purum & obryzum. *Si quis vendat aurum, sed deterius, quam emtor putasset,* Paulus emtionem valere scribit, *l. 10. de contr: emt:* quia, ut de aceto & vino acuente censet Vlpian: *in l. praced: §. fin: Eod: eadem propè est οὐσία:* actio tamen decepto datur de dolo ad interesse *l. Iulianus 13. §. si venditor. de act: emti & vend:* quia damnum in hoc casu præstari potest, *l. si sterilis 21. § quamvis Eod:* quod si præstari non posset, propter dolum nihil actum fuisset. Iam verò surreptæ virginitatis damnum quo pretio æstimabitur? Quid verò, si aliud pro alio venditum sit? Vlpianus negat, emtionem valere *d. l. 9. in fi:* Virgo verò licet in persona non differat à muliere, differt tamen essentiali qualitate,

9. *Error qualitatis essentialis.*

10. *Nuptiæ cum vitiata, præter scitum non valent.*

tate, quoad conjugalem consensum, quia si sponsus scivisset, vitiatam fuisse mulierem, non duxisset. Hebræi appellant stupratam, humiliatam, *Iud.c.19.* quia de statu, ex lege *Deut.22.* dejicitur, fit infamis & serva pœnæ. Conjugium autem omne ex præscripto Apostoli *Hebræ. c.13.* debet esse honorabile. Stuprata verò non tantum sese reddit infamem, sed & qui ipsam domum ducit, quemadmodum Plin. ait *in Paneg. Multis illustribus dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumta, aut retenta patientius.* Chrysosto. ait *in c.9. Matth. sicut crudelis est & iniquus, qui castam dimittit uxorem, sic fatuus est & injustus, qui retinet meretricem.* Germani solent proverbio dicere: *Non videri abhorrere à proditione ejus animum, qui sciens volens meretricem ducat*, quod ex antiqua severitate retinuerunt, de qua testatur Tacit: *de morib. Germ.* quod *publicata pudicitia apud Germanos nulla fuerit venia: Non forma, non ætate maritum invenerit.* Idem de Palmeria regione refert Martyr. *lib. de insul. nov. rep.* quod capitale sit virgini, ante nuptias virum novisse. Domitianus judicum albo erasit & nota affecit Equitem Romanũ, qui a marito ob adulterium dimissum uxorem reduxerat. *Sueton. in Domit.* Gallorum & Italorum nota sunt dicteria, in eos, *qui portent les cornes, passent en Cornuvaille sans traverser la mer.* &c. & sexcenta talia.

11. *Notantur illi qui stupratas ducunt.*

Propterea Ioseph: *Math.c.1.* cogitabat beatam Mariam deserere, quod honeste se illi cohabitare non posse putaret, ut explicat Niceph. *lib.1.c.8.* (licet aliter conjectet Origen. *hom. in vigil. nat.* voluisse se Iosephũ conjugẽ deserere tanquam sanctiorem, quam cui fas esset cohabitari) siquidem ex lege Mosaica, *Deut.22.* virgo compressa, & pro virgine desponsa, capite pœnas luebat, & lapidibus obruebatur: *gl. in c. satis. verb lapidaretur. 33.q 5.* quam legem Leo *Nov: 93. Harmeno. lib.4. t 1. & 12.* in usum revocavit, antiquatam postea à Iure Canonico *c. un. 29. q.1.* ex malè adducta similitudine, quasi virgo corrupta, non aliter differat ab intemerata, quam ager minus fertilis a fertili. Rectius Vlpianus *in l. exemto 11. §. si quis virginem. de action. emt: & vend.* si mulier venumierit, pro virgine, Emtori decepto adjudicat actionem, non quidem redhibitoriam, sed ex emto, ad resolvendam emtionem, ut pretio restituto mulier reddatur. Quod si contractus ob errorem rescinditur, licet vitium virgini non sit illatum, multò minus subsistet, postquam in substantiali qualitate res stipulata corrupta est. Et quidem damnum in serva restitui posset: In libera non potest. Quinetiã, cum in conjugiali contractu promittatur fides illæsa & perpetua, postquam

12. *Lex divina.*

Abrogata à CC.

viris concilait uxores, & uxoribus viros. Horum igitur ministerio, aut per nuntium, aut per Epistolam matrimonia constitui possunt, etiam inter absentes, dummodo de consensu absentium liquidò constet.

12. *Consensum includere notitiam & Libertatem.* Consensus autem præsupponit & includit duo, Cognitionem seu Notitiam, & Libertatem. Consensus enim nihil est aliud, quam mutuus assensus contrahentium. Assensus, licet profluat ex voluntate, tamen, sicut voluntas, ita & ipse radicem agit in intellectu, *Piccol. gr. 2. Phil: Mor: c. 41. 43. Soncin: 9. Metaph: q. 9. 14. Soar. disp. Metaph. 19. Ignoti* enim *nulla cupido est*, & ut ait Arist. 3. *Eth. c. 3. postquam consultatione adhibita judicavimus, tum secundum eam consultationem appetimus.*

13. *In ignotū non consentimus.* Voluntas quippe & omnes facultates appetentes ab Averr. 2. *ph tex. 48.* numerantur inter passivas, & 8. *Phys. tex: 15.* motorem per voluntatem vocat *motorem motum.* Passiva verò cum nequeant seipsa determinare, 8. *Phys: tex. 40. 3. de an: tex. 18.* manent indifferentia, & ab indifferenti, non prodire actionem, rectè docet Aver: 2. *Phys: tex: 48.* A ratione igitur necessum est determinari voluntatem, seu assensum, qui agendis rebus præstatur, tanquā à causa; *ut ait Aphrodis: 1. de ani: c. de Phantas:* Ratio verò non judicat, nec inclinat facultatem appetentem, nisi per cognitionem, & proinde præcognitum rationi esse oportet, in quod voluntas consentire debet. *In eum, quem penitus ignoramus, consentire non possumus*, ait gl. *in c. nec illud 30. q. 5.* & deridet Iuvenalis *Sat.* 4. Catullum cæcum,

Cæcus amator

Quod nunquam visæ flagraret amore puellæ,
Grande & conspicuum nostro quoq; tempore monstrum,
Cæcus adulator, dirusq; à Ponte Satelles.

Negat Vair: *libr. 2. de fasc.* ex aspectu nasci amorem: negat, inquam, contra fidem sensuum, & judicium rationis. Objectum amoris est id, quod pulcrum est: pulcrū autem visu dijudicatur, & cæcus de coloribus judicare nequit. *Nemo*, inquit Arist. 9. *Eth: c. 5. amore capitur, qui non fuerit ante forma, specieq; delectatus.*

14. Ignorantia verò duplex statuitur ab Arist. 1. *Post. Anal: tex: 89. & 109.* secundum *puram negationem*, & secundum *pravam dispositionem*, quarum utraq; nobis hoc loco attendenda est. Aut enim contrahentes prorsus per ignorantiam falluntur, quemadmodum Lea supposita fuit Iacobo, aut errant tantum in parte, seu ignorant aliquam conditionem, quæ post nuptias detegitur.

De

De ignorantiâ totali, & particulari, quæ parit errorem.

1. *Ab ignorantibus non contrahi matrimonium.*
2. *Ideoq; nec à furioso.*
3. *Nisi per intervalla ad sanam menredeat.*
4. *Æquitatis tamen esse, ut à furore incipiente post sponsalia, sponsa liberetur.*
5. *Vtrum subsistat matrimonium promissum ab Ebrio.*
6. *Vel ex amore insano.*
7. *Distinguitur de gradibus affectuum.*
8. *Quid sit ignorantia in parte.*
9. *Quatuor errorum species.*
10. *Aliter proponuntur & distinguuntur.*

QUantùm ad ignorantiam totalem, certum est, cum Errantis, quatenus errat, nulla sit voluntas, *l. cum testamentũ 8. C. de jur: & fact: ignor:* nec consensus, *l non idcirco 9. C. Eod.* quod sponsalia vel matrimonia inter ignorantes contracta, non subsistunt, quia substantia matrimonii consistit in consensu, ut declaratum fuit, & *consensui nihil tam contrariũ est, quam error, qui imperitiam detegit, l. si per errorem 15. Ias in 2. col. ver: nota regulam, & Alex in pr: de jurid: om. jud: l. consensisse in pr. de judic: l. nihil consens: 116. §. Non videntur, ubi gl. & Dec. de R. I. l. alioquin, de contrah. emt. l. sed hoc ita. de aq: pluv: arc. c. 1. 29. q. 1.* Ex quo infertur, Eos, qui præ furore aut ebrietate, sibi non constant, aut propter absentiam, notitiam non habent personarum, quæ inscijs obtruduntur, aut dolo malo in pænitenda inducuntur conjugia, non obligari, quia non consenserunt, nisi defectũ consensus subsequenti ratihabitione suppleant. Ac de furiosis quidem plana res est, *c. dilectus, ibi Præpos: de spons. l. 8. de sponsal. l. oratione 16. de sponsal. l. hæredibus 77. § ult: ad Trebell: Senat: Constit: Leon: 111. & 112. Harmenop: lib: 4. t. 1.* cujus rationem assignat Paulus *d. l. 16.* quia *consensu opus est,* quo furiosus prorsus destituitur, quippe, qui brutis æquiparatur *l. sed & si 5. §. Et ideo ad l. Aquil:* ignorantibus. *l. si à furioso in pr. 12 de reb: cred. & si cert.* absentibus, *l. 1. §. furiosum de oblig. & act: l. 2. §. furiosus de jur. Codic: l. 1. §. adipiscuntur, de adquir: poss: l. ubi non voce. § furiosus de R. I. l. 2. § furiosus de procurat:* & infantibus. *l infans ad l. Corn. de sic: l. in negotijs de R. I. l. 5. vers. sed & si infans ad l. Aquil:* qui nec suus est *d. §. Et ideo ad l. Aquil:* nec scit, quid agat, *l. illud. 3. §. fin: de injur: § furiosus Inst. de inut: stipul: l. furiosi. ff. Eod.* nec sensum ullum habet, *l. si cum dotem 23. §. si maritus sol: matr.* sed omnia eius acta æstimantur non secus, ac fortuitò aut casu facta, *l. fin: §. fin: de admin:* 1. *Ignorantes nihil contrahunt.* 2. *Ideoq; nec furiosum.*

tut: l. sed & si 5. §. Injuriā. ad l. Aquil: & cum effectu non geruntur, in iis, quæ consensum exigunt, ut patet in testamenti confectione & homicidio &c. § præterea Inst. quibus non est permiss. fac. test. l. furiosum C. qui test. fac: poss. l. furiosi ff. de inut. stipul: Clem. 1. de homic. Lombard. 4. sent. dist. 34. ubi Thom: art. 4. Beza de divort pag: 90. Covarr. part. 2. matr. c 2. n. 6. Alber. Gent: libr 3. de nupt: c. 7 Cypræ. c. 13. de sponsal. n. 1. Sneidvv: de nupt: part. 3. n. 53. Anton. Fab. Iurup: Papin. t. 9. princ: 5. Illat: 14. nisi furor det inducias, & sub tempus induciarum animus furioso redeat. Tum enim ut testamentum condere, l. furiosum C. qui test. fac poss. ita & nuptias contrahere potest, c. quamvis. 27. q. 1. Nam & homicidium per intervalla perpetratum punitur, tanquam à rationis compote commissum. l. Divus de off præs. Quod si tamen à furore instet periculum vitæ, aut metuatur defectus prolis, acquiescendum videtur consilio Ulpian. d. l. si cum dotem §. sin autem. ad l. Aquil. quod licet alias ob furorem matrimonium non solvatur, d. l. 8. de spons. l. patre furioso de his, qui sunt sui vel al jur. c. dilectus de sponsal. c. hi qui juncto cum seq 32. q. 7. quod *nihil tam sit humanum*, dicente Ulpiano, *quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse* : Melancht. in loc. de Conjug: Benst: de matrim. c. 12. Sneidevv: de nupt: par. 3. n. 53. Beza. d. loc. de divort. tamen propter periculum, & metum adulterii liceat mentis compoti, personæ furenti nuntium remittere, adeoq; multò facilius sponsalia dissolvere, quod & Bonaventuræ placet in 4. sent. propter periculum, quod maximum esse dicit. Nam & ad procreationem sobolis ineptum furiosum censet Leo d. const. III. & nihil dicit ipsum exhibere uxori, præter miserum spectaculum, solo aspectu horrendum, quo intuitu fieri non potest, quin animi dissocientur. Nec verò furiosus consensum, etiamsi jam ante sponsalia factum, reiterare coram facie Ecclesiæ potest, nec matrimonialia fœdera contrahere, nec benedictionem divinam requirere, quæ omnia ad complementum matrimonii hodiernæ Constitutiones requirunt.

3. *Nisi habeat dilucida intervalla.*

4. *Furor superveniens, dissolvit sponsalia.*

5. Hæc quidem argumenta non procedunt contra Ebrium, aut amore dementatum, quippe, qui, postquam crapula disjecta est, & affectus deferbuit, ad sese redeunt : verum prima & præcipua ratio non minus hic militat, quam pro furioso, quia uterq; affectus eò procedere solet, ut rationem pervertat, consilium excutiat, & ut ait Augustinus: *auferat memoriā, dissipet sensum, & confundat intellectū. Ubi dominatur ebrietas, ibi furor est & mentis oblivio.* c. 3. dist. 35. c. 14. de vit. & hon. Cleric.

Utrum ebrii matrimonium rescindatur.

Quod

Quod si ex circumstantiis tanta ebrietas, aut juramento probari possit, non dubium est, quin propter ignorantiam liberet à promisso matrimonio, si pœnitentia sequatur, *c. sane 15. quæst. 1. c. unusquisque 22. quæst. 4.* qua proæresin declarari scribit Aristot. *3. Eth. cap. 1.* & pulcrè Paulus *l. divortium 3. de divort: & rep.* quod *per calorem iracundiæ*, gestum est, non prius ratum habet, quam si *perseverantia apparuit, judicium animi fuisse. Ideoq; per calorem misso repudio, si brevi reversa uxor est, nec divortisse videtur.* Idem judicare licet de aliis affectibus, si eò processerint, ut hominem posuerint extra se. Nam quia *Vina parant animos Veneri*, *Claud. de bell: Gildo.* facilè ratio à Baccho vincitur, & libido vehementius extimulatur, & ad inconsultas nuptias properat, quod eò magis ex amore fieri putandum, quò is impensius ad satiandum appetitum propellit. *Quis legem det amantibus?* ait Boët. *lib:3.cons: metr.ult.* *Major lex amor est sibi.* Plato pulcra dicebat cogere, eò quod violentum sui excitarent amorem, quem inde *magnum Dæmonem* vocare soliti sunt Academici. *Ficin. in sua Theol. & in libr. Plot. de pulcrit:* Constantinus *in l 1. §. Ipsis C. de nat. lib.* *Venenum* vocat *amorē concubinarum, qui liberos homines propellit ad sectanda contubernia ancillarum*, *l.3.C.de liber. caus:* etiam cum jactura libertatis, si negotium decidatur ex *l.ult. Longob. ut ibidem ad d.l.3.testatur Accursius.* Amatores, ait Catullus, dum

6. *Verum præ renore insaniens.*

Amata animus prægestit apisci,
Nil metuunt jurare, nihil periuria curant.

Dubitat Baverius. §. *Item furiosi col. antep. & fin.* utrum amore captus testamentum condere queat, quia similis furioso, & Bald. *in l.precibus, col. 6. de impub.& al.substit.* nihil ait ardore amoris esse vehementius, quem intra debitos limites carcerare philosophicum est, non muliebre. *Azo in summ. C.de SCt. Claud.* Cum igitur non solus Cupido cæcus sit, sed & oculis capiat, in quorum pectore pedem figere cepit, & Arist. *1. post.Anal: text.134.* dicat, scientia necessariò destitui homines eorum objectorum, quorum sensu carent, nec amantes satis, quid agant, aut cui promittant, cognoscunt, quippe oculis mentis capti. Nam *amare & sapere vix Deo conceditur*, ut ait Mimus, & ut Ovid.

Nox & amor, vinumq; nihil moderabile suadent.
Jlla pudore vacat: Liber, amorq; metu.

Poëta quidam *apud Helgandum Historicum* de Constantia Roberti uxore scribit:

Constans & fortis, quem non Constantia lusit,

præ admiratione formæ, quam tantam in ea effulsisse tradit, ut vel invitos trahere posset. Connivendum igitur ignorantiæ eorum, quos etiam leges à gravioribus criminibus, propter defectum proæreseos, excusant, *ut in libr. de Prop: Geom. abundè demonstravimus* Nam, qui apud se non sunt, non potuerunt liberè & cum consilio consentire. Aliter sentiendum de moderato amore, & fervida crapula, per quam olim Germani etiam optima consilia inierunt. *Tac. de morib. Germ.* Nam, quia mentem & libertatem non adimunt, pro excusatione adduci nequeunt. Quin potius juvenum nuptiæ plerunq; à talibus auspiciis originem trahunt, nec propterea rescinduntur. *Alber. Gent. 3. de nupt. c 8.*

7. *Distinguitur*

8. *Ignorantia particularis.* Contingit porrò, ut multi quoq; sana mente errent, aut ignorent, vel dolo inducti, vel negligentia decepti, qui, quia in parte tantum & non in integrũ errant, non videntur plenam mereri excusationem, ideoq; Scholastici *Lomb: 4. sent: dist. 30.* & Canonistæ, *in c. opposuit. de conjug. serv: ex c. un. 29. q* 1. quos etiam Legistæ sequuntur, quatuor constituunt erroris

9. *Quatuor species erroris.* species, In *corpore, conditione, fortuna bonis, & qualitate.* Nobis commodior videtur distinctio Bonaventuræ *4. sent. dist. 30. q. 1.* quam ad institutum sic accommodabimus, ut alia dicamus esse *essentialia* conju-

10. *Distinctio errorum commodior.* gio, alia *accidentalia*, quorum numerus finitus non est. In illis si erretur, conjugium non tenet, quia sine substantia res non subsistit. Consensus verò, qui substantiam matrimonii constituit, includit ea omnia, quæ ad complendam essentiam eius sunt necessaria, quemadmodũm nullum aliud facinus tam promtè idem dissolvit, quam adulterium, eò quod directò destruat fidem conjugalem, *c. fin. de cond. app.* quam alia crimina non attingunt. Ad conjugium verò pertinet, ut persona certa sit, nulla scortationis aut adulterii labe commaculata, item ut sui juris, quia alias liberè consentire non possit, quorum primum ad personam, alterum ad qualitatem pertinet, tertium ad conditionem. Nec enim omnis qualitas, est extra conjugium, nec omnis conditio ignorata vitiat contractum, *ut docet Vlpian. l. Alioquin de contr. emt.*

De-

De errore qualitatum essentialium.

1. *Errorem personæ vitiare contractum matrimonij.*
2. *Vtrum firmum fuerit matrimonium Iacobi cum Lea.*
3. *Decepto per fraudem, esse subveniendum.*
4. *Sexum includi in persona.*
5. *Et excludi ab usu conjugij Eunuchos, Spadones, castratos, virgines nondum viripotentes.*
6. *Qui nequeunt generare, nequeunt contrahere nuptias.*
7. *De morbosis, frigidis & maleficiatis.*
8. *De errore in nomine, cum constet de re.*
9. *Error in qualitate Essentiali.*
10. *Nuptias non valere, cum ea, quæ vitiata deprehenditur præter spem.*
11. *Infames non tantum fieri stupratas, sed notari etiam, qui eas ducunt.*
12. *Lex divina probata à Leone, abrogata à Pontificibus.*
13. *Quid observetur in Ecclesiis reformatis.*
14. *Multarum gentium consuetudines damnantur.*
15. *Non esse ducendam stupratam.*
16. *De signis virginitatis, utrum certa sint.*
17. Utrum lac in mammis indicet virginitatem corruptam.
18. *Lac generari etiam sine conceptu.*
19. *Distinctio Andr. Laurentij rejicitur.*
20. De Hymene, utrum & quid sit.
21. *Vtrum lintea cruentata quicquā indicent.*
22. *Alia hymenis descriptio.*
23. *Anatomicos non audere intrepidè hymenem asserere, aut describere.*
24. *Descriptio eius nova.*
25. *Ex hymene non desumi certum indicium corruptæ virginitatis.*
26. *Vtrum hoc casu stare liceat fide & relatione obstetricum.*
27. *Rejciuntur alia signa minutiora, ad demonstrandam virginitatem.*

De persona verò, seu corpore res difficultate caret, quia electio potiss. fertur in personā, & Ulpiā. scribit *l. 9. §. 1. de cont: emt. l. si quis in fundi. 4. in pr. de leg. 1. Si in corpore erratū fuerit, nihil deberi,* quod etiā Anchаranus probavit *cons: 229.* ubi Regis Cypri conjugium nullum pronuntiat, quod ejus procurator, licet à Domino jussus, contraxerat cum Caja filia seniore ducis Mediolanensis, cum eo nomine putaret appellari natu minorem, quam thoro suo desponderat. Jacobus tamen acquiescit dolo soceri, qui ipsi Leam supposuerat pro Rachele, *Gen: 29.* de jure suo remittens. Nam licet ex lege Mosaica virgo compressa à stupratore ducenda sit; *Exod: 22.* & Lex post concubitum ex hac lege, (quantumvis nondum

1. *Error personæ.*

2. *De conjugio Jacobi cum Lea.*

lata) manendum fuisset in thoro Iacobi: tamen Iacob stuprum nullum commisit, *ut Lombard: dist. 30. lib. 4. rectè disputat*, quia ipse se commiscuit Leæ eo animo, quasi cum legitimè desponsa conjuge rem habiturus, quippe, cum orto demum Sole fraudem deprehenderet, & Lea simili affectu ipsi respondit, consuetudine loci, quæ secundò natam prohibebat primogenitæ præferri, & imperio paterno, se satis tutam æstimans. Nihil igitur causæ superest, quam propter Iacob retentione Leæ puniri debuisset, *c. tua, ibi, nec consentit in personam. de sponsal. tot. 29. q. 1.* sed potius reddenda fuisset pæna Labano, propter dolum, quo se defraudatum fuisse, ipse Iacob confitetur. *Gen. 31.* Nam licet Beza de divort. *pag: 84.* exemplum Iacobi imitandum suadeat, & error subsequenti consensu corrigi possit revocat tamen consilium, si fraus intercesserit, quia dolo suo nemo gaudere debet, *l. 1. de except. dol. mal.* Non revocavit errorem suum Isaac cum Iacobo benediceret pro Esauo, *Gen. 27.* sed nec errabat prorsus Isaac, quia dubitabat, cum diceret, *Vox est Jacobi*, & Deus ipse occulto consilio dirigebat verba benedicentis, ita, ut intuitu primi dirigentis errasse dici non posset. Phrastor vero Atheniensis concubinæ filiam, quam Stephanus ipsi supposuerat pro sua, etiam post filiam ex ea conceptam, dote reddita ejecit: *Demosth. in Neær:* & Cambyses internecinū bellū movit Amasi Regi Ægyptiorum, eo quod pro sua, quam in matrimonium petierat, Apriois relictam filiam transmisisset, *Herod. lib. 3. Luther.* Im Buch vom Ehesach: in *art. 4. §.* In diesem Artickel. *Alber: Gent: lib: 3. de nupt: c. 2. Cypra: de sponsal: c 13. §. 32. & seqq: Covarr. par: 2. de matr: §. 7 n. 1. Beust: de matr. c. 36. Sneid. de nupt: part: 3 n. 56.*

3. *Decepto per fraudem, jus retinendum.*

4. *Ad personam pertinet sexus*

Ad personam pertinent ea, quibus viri sunt viri, mulieres mulieres, quia de natura contractus conjugalis est, ut vir consentiat in fæminam, fæmina in virum. Licet enim expressus consensus in carnalem commixtionem non requiratur: *c. commissum ubi Abb. & Dd. de spon.* tamen ex fine primario semper includitur, *l. quæritur 14. de ad. edict:* atq; etiam in secundario, scilicet ad vitandam scortationem. Quæ jam mulier iniri non potest, qui vir debitum conjugale non exolvere, utriq; à matrimonii vinculo meritò arcentur, idq; de Spadonibus castratis testatur Vlpian. *l. si serva 39. § ult: de jur. dot.* & sancit multis adductis rationibus Leo *Nov. 97.* de virginibus nondum viripotentibus affirmat Labeo *l. pen: in fi: quand: dies leg: vel fid.* quæ nec mulieres appellari possunt, *l. 13. de V. S. l. pater 101. de cond. & demon. l. 5. §. 2. ex quib. caus. in poss:* si adeò arctæ sint, ut virum pati nequeant, *d. l. quæritur. § mulierem, d. l. pen: in fi. quand. dies leg. Godd: ad d. l. 13. n. 6. de V. S.*

5. *Unde excluduntur virgines nondū viripotentes.*

Et

Et sicut virgines viri non potentes non merentur nomen mulierum: Ita Eunuchi non merentur nomen virorum, sed *tertium genus hominum* nominabantur ab Alex. Severo. *Lamprid. in Alex. semiviri* à Lactant. *li.1.c.13.* ἄνδρες τε καὶ οὐκ ἄνδρες à Clearcho *apud Athen: lib.6.* ἡμιάνθρωποι à Luc. *in Dial. Syr. Dea.* οἱ ἐν γυναιξὶν ἄνδρες, ἐν ἀνδράσι γυναῖκες à Nazianz: *in Basil. Epitaph.* Nec morosè hic distinguā nomina Spadonum, Castratorum, Eunuchorum, cum Spadonum nomen plerumq; generale sit. *d. l. si serva 39. l. 4. §. Idem Divus ad l. Corn. de Sicar. l. Spadonum 128. ibi Alciat. in pr. de V. S.* sed rem ipsam describendo, quibus virilia execta sunt, aut ita confusa, aut à natura distorta, ut spes omnis prolis generandæ præclusa sit, eos à conjugio prorsus arcendos censeo, ut & eos quibus testes tantum sunt execti, remanente nervo, quibus tamen matrimonium nequaquam denegandum putat Alciatus *ad d. l. spadonum*, quia coire possunt, & VVier. 3. *de præst. Dæm: c.18.* excussa cuculla refert Monachum post exectum utrumq; testem duxisse uxorem. Et sanè

Eunuchi. Spadon. Castrat.

6. *Qui nequeunt generare, nequeunt contrahere.*

Sunt quos Eunuchi imbelles & mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quod abortivo non est opus. Iuvenal. *Sat.*

Gellia *apud Mart. lib.6.* non viros quærit, sed Eunuchos tantum:

Vult uti Gellia, non parere.

Verum coitus accipiendus est cum effectu, *Soc. in l. 1. col. 3. sol. matr. sylva nupt. libr: 2. n. 12.* siquidem ad procreationem sobolis dirigitur, quam ab eo, cui testes execti sunt, frustra expectaveris, *ut in lib: de gen: hom: ostendimus*, etiamsi bos repleverit vaccam *apud Arist: 1. de gen. anim.* quod tamen vel ipsi Averrhoi creditu difficile est. Præterea conjugium paratum est ad satiandam libidinem. Atqui sterilis illa titillatio Venerem magis excitat, quia excitatam non satiat, tam in Eunucho, quam muliere, ut meritò dicat Ecclesiastes. *c.30. Qui profligatus est à Domino, hic oculis aspicit & ingemiscit, ὥσπερ εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον καὶ στενάζων, citat August: 6. contr: Iulian: Pelag: c.14.* Accedit, quod impediat propagationem sobolis in fæcunda muliere, cujus corpore in vanum abutitur: quod adulteriis viam aperiat, dum mulier aliunde quærere cogitur, quod domi frustrà speraric, sicut in fabula Luciani, Combabi uxor seipsam malà morte multavit, quod virum audiisset esse eviratum. Deniq; eludit benedictionem divinam, qui scit sibi frustra dici hæc verba: *Crescite & multiplicamini.* Et hæc procedunt de iis, de quorum restitutione prorsus desperatur: quorum

Sine testibus nihil generatur.

7. *De morbosis, & frigidis.*

tate, quoad conjugalem consensum, quia si sponsus scivisset, vitiatam fuisse mulierem, non duxisset. Hebræi appellant stupratam, humiliatam, *Iud.c.19.* quia de statu, ex lege *Deut.22.* dejicitur, fit infamis & serva pænæ. Conjugium autem omne ex præscripto Apostoli *Hebræ. c.13.* debet esse honorabile. Stuprata verò non tantum sese reddit infamem, sed & qui ipsam domum ducit, quemadmodum Plin. ait *in Panæg. Multis illustribus dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumta, aut retenta patientius.* Chrysosto. ait *in c. 9. Matth. sicut crudelis est & iniquus, qui castam dimittit uxorem, sic fatuus est & injustus, qui retinet meretricem.* Germani solent proverbio dicere: *Non videri abhorrere à proditione ejus animum, qui sciens volens meretricem ducat*, quod ex antiqua severitate retinuerunt, de qua testatur Tacit: *de morib. Germ.* quod *publicatæ pudicitiæ apud Germanos nulla fuerit venia: Non forma, non ætate maritum invenerit.* Idem de Palmeria regione refert Martyr. *lib. de insul. nov. rep.* quod capitale sit virgini, ante nuptias virum novisse. Domitianus judicum albo erasit & nota affecit Equitem Romanũ, qui a marito ob adulterium dimissum uxorem reduxerat. *Sueton. in Domit.* Gallorum & Italorum nota sunt dicteria, in eos, *qui portent les cornes, passent en Cornuvaille sans traverser la mer.* &c. & sexcenta talia. Propterea Ioseph: *Math. c.1.* cogitabat beatam Mariam deserere, quod honeste se illi cohabitare non posse putaret, ut explicat Niceph. *lib. 1. c. 8.* (licet aliter conjectet Origen. *hom. in vigil. nat.* voluisse se Iosephũ conjugẽ deserere tanquam sanctiorem, quam cui fas esset cohabitari) siquidem ex lege Mosaica, *Deut. 22.* virgo compressa, & pro virgine desponsa, capite pænas luebat, & lapidibus obruebatur: *gl. in c. satis. verb lapidaretur. 33. q. 5.* quam legem Leo *Nov: 93. Harmeno. lib. 4. t 1. & 12.* in usum revocavit, antiquatam postea à Iure Canonico *c. un. 29. q. 1.* ex malè adducta similitudine, quasi virgo corrupta, non aliter differat ab intemerata, quam ager minus fertilis a fertili. Rectius Vlpianus *in l. exemto 11. §. si quis virginem. de action. emt: & vend.* si mulier venumierit, pro virgine, Emtori decepto adiudicat actionem, non quidem redhibitoriam, sed ex emto, ad resolvendam emtionem, ut pretio restituto mulier reddatur. Quod si contractus ob errorem rescinditur, licet vitium virgini non sit illatum, multò minus subsistet, postquam in substantiali qualitate res stipulata corrupta est. Et quidem damnum in serva restitui posset: In libera non potest. Quinetiã, cum in conjugiali contractu promittatur fides illæsa & perpetua, postquam

11. Notantur illi, qui stupratas ducunt.

12. Lex divina.

Abrogata à CC.

quam à fide recessit sponsa, non tenetur servare Sponsus. *c. frustra de R. I. in 6. cum sim.* Itaq; in Consistoriis Electoralibus Saxoniæ, ubi reconciliatio frustrà tentata fuit, pars innocens libera pronuntiari solet, *Beust. de matrim. c. 34. Sneid. de nupt: part. 3. n. 61. Consult. Saxon lib. 1. p. 1. in qq. matrim. q. 8. part: 2. Coler. decis. 4. Germ.* quod & in Genevensi Ecclesia observari testis est Beza *de divort. & rep. pag. 87.* & in Dania ex constitutione Friderici II. Ann. 1582. Cypræo *c. 13. de spons. §. 40.* & in Marchia Brandeburg. Visitat. Ordnung. *t. de errore Qualitatis. Schepl itz. in prompt. Iuris. t. 42. §. 12.* qui & ipsi huic sententiæ accedunt, & Luther. *in lib.* Von Ehsachen. Melancht. *in loc de Conjug.* VVigand. *de divort. t. de sponsa stuprat.* Kornman. *de virgin. c. 25.* & hæc sententia communiter recepta est, licet displiceat VVesenbec. *in com ad t. de nupt. n. 8.*

13. *Quid ob ervetur in reformatis Ecclesiis.*

14. *Consuetudo Græcorum.*

De Græcorum consuetudine licet judicare ex supplicio, quod Creusæ paratum erat, nisi fœtum, clàm maritum abjecisset. *Eurip. in Ion.* De Romanorum, quod Pamphilus recusat recipere, quam ex alio gravidam suspicabatur, & addit ipse, id sibi inhonestum fore.

Nam de reducenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror.
Nec faciam. etsi amor me graviter, consuetudoq; eius tenet.

Et ipsa Sostrata mater Philumenæ non audet hoc à Pamphilo petere, licet impensius nihil factum vellet.

Cæterum de reducendo, inquit, *id facias, quod in rem sit tuam.*

Romanor.

Terent. in Hec. act. 5. sc. 3. Suetonius *c. 62.* meritò exprobrat Augusto, quasi prudentis & moderati principis officium trangresso, quod Liviam Drusillam à Tiberio Nerone marito gravidam abduxerit: cujus exemplum imitatus C. Caligula, cum Pisoni suam abduxisset, dixit: *Sibi matrimonium sumtum, exemplo Romuli & Augusti. Sueton. in Calig. c. 25.* Nam præter maculam infamiæ, etiam alienum fœtum sibi supponebat, quod rationem non pati, ait Leo *Nov. 93.* ut scilicet quisquam, alterius fœtum, instar currucæ, sibi subjici æquo animo ferat, & in suam familiam suppositium hæredem, laborum suorum alienigenam decoctorem, sciens volens irrepere sinat, quemadmodum Brutus creditus fuit Iulii Cæsaris filius, à Bruto educatus pro suo, *Plut. in Brut.* & Ptolomæus Philippi Regis, licet nuptiæ Lagum patrem demonstrarent. *Pausan. lib. 1.* Nec Perseus Philippi filius creditur, quam conjecturam ipse odio in fratrem & parum regia ignavia confirmavit, *Liv. libr. 39. Plut. in Paul: Æmil.*

Lacedæm.

Lacedæmonii quia liberos non sibi, sed Reip. educabant, nihil quoq; pensi habebant, solo marito contenta viveret mulier, an fortissimo cuiq; traderetur, ut si-

n. iles

miles ab eo conciperet liberos, *Plutar. in Lyc.* quemadmodum adulteranda fuit data regia conjunx Alcibiadi, cum apud eos exularet. *Plut. in Alcib.* Apud Nasamones consuetudo fuit, ut sponsæ per convivarum ordinem deductæ, à singulis ia tiarentur, priusquam ad sponsum devenirent. *Herod li. 4.* Calecutiorum regulorum sponsæ prælibari solebant a Brachmannibus sacerdotibus. *Histor. Calec.* Volsinensibus quoq; antiquitus legem fuisse, ut ingenuo nupturam virginem ex Senatorum ordine quisquam prius delibaret, autor est Valer. Max. *lib. 9.* Euenus III. Rex Scot. inter cæteras hanc quoq; legem tulerat, ut Rex nobilium, Nobiles plebeiarum sponsarum pudicitiam prælibarent ante nuptias. *Buchan. lib. 4.* Babyloniorum mulieres semel quotannis ad templum Veneris desidebant, copiam sui peregrinis exhibentes. *Herod. lib. 3.* Et sexcentas id genus absurditates introduxit gentilis error, quas execrari potiùs debemus, quam multis argumentis refutare. Mulierem adulteram gravius puniunt leges, quam virum, quia confundit sanguinem, & perturbat familiam: *Mart. in loc. comm. ad prae. 7.* eademq; ratio est, quare stuprata mulier, aut quæ cum alio ante consuevit, non sit retinenda. Nec enim facile præsumitur animum mutatura, quæ semel honorem prostituit, & quæ semel pudoris limites transilijt, eam oportet graviter impudentem esse, & ut ait Comicus, *consilia capere consimilia.* Cur enim infamiam timeat, quæ honoris jam diu jacturam fecit? Assuetæ vago pastui volucres, etiamsi optimo cibo domi saginentur, facilè tamen ad ingenium redeunt, & malunt cum periculo & inedia foris luctari, quam domi tuto distendi pabulo.

N. samon. *Calecution.* *Volsinens.* *Scotor.* *Babylon.* 15.

Difficulter autem probatur devirginatio, nisi utero gerat mulier. Nam, *necessariè*, ait Cic. *1. de Inven. si peperit, cum viro concubuit.* Quod si etiam septimo mense uterum exoneret, propterea violati pudoris accusari nequit, quemadmodum Gerardus comes Holsatiæ Annam Marchionis Badensis filiam domum remisit, tanquam neglectæ pudicitiæ convictam ex eo, quod septimo mense peperisset. *Chronic. Holsat. part. 3.* Nam & septimo mense legitimum edi partum propter autoritatem magni Hippocratis credunt ICti. Absq; imprægnatione difficile est virginitatis aut integræ, aut delibatæ invenire indicia, *Cujac. 17. obs. 27. c. pen: de frig: & mal: c. proposuisti. de probat. Capivacc. lib de Sign. Virgin: in pr. Claudin. resp. Medic. 40.* nisi de eo constet ex confessione tam stupratæ, quam stuprantis. In criminalibus enim probationes requiruntur luce clariores. *l ult. C. de probat. l. sciant cuncti. 2. q. ult. Bald. & gl. ibid. Gomez. de delict. rubr. de del. probat. c. 12. n. 26. Menoch. de arbitr. qq. cas. 279. 499. Suar. thes. comm. opin.*

16. *Utrum devirginatio signis certis præcognosci queat.*

opin: lib: 1.n.315. At quæ afferri solent, conjecturæ potius sunt, aut suspitiones sine ratione, quam firmæ probationes.

17. *De lacte apparente in mammis virginum.* Nam Fabius *libr.5.Inst.Orat. c.9.* signum necessarium putat esse corruptæ virginitatis, si lac appareat in mammis, id quod Bald. *in rubr: C. de probat: n.6. vers. Exemplum de primo*, pro naturali refert præsumtione, quam violentissimam vocat Menoch. 1.*præs. q.3. n.1.* quia vim solidi argumenti habet, & necessitate quadam cogentis. *Duar: 1.disp Anniv: c.27.& t. de probat. c.3. post pr.* E contrario Paris. *in cons. 29. n. 48. libr. 2. ex Iulg: Loctr. tr. de quæst: & tort. c.3. n.18. Alber: Gent. 7. de nupt: 9.* Verisimilem tantum conjecturam desumunt ex lacte mammarum, quibus astipulatur ratio & autoritas Medicorum. Conspicuè enim supponit Hippocrates, *li 5.Aph:39.*

18. *Lac generari etiam sine conceptu.* *mulierem lac emittere ex mammis, etiamsi nec gravida sit, nec pepererit*, cujus rationem assignat, *quia menstrua defecerunt.* Sicut enim dicente Phavorino *apud Gell. lib.12. c.1. sanguis instante partus tempore, in supernas se partes profert, ibiq; à Spiritu multo & calore mammarum exalbescit*: ita, explicante Galeno *in com. d. Aph: 39.* fieri potest, ut per destinatas à natura vias sanguis restagnans, ad superiora regurgiter, & ab eadem causa efficiente eandem sortiatur formam. Quod confirmatur ex eo, quod Cardan.*de subtil.* cognitum sibi scribat virum 34. annorum, qui infantem lactare potuerit, quod & Dodon.*in observ.* tradit & Alex.Bened.*libr.3.c.4.* lac scil. prolectatum in viro ex eo, quod filium post mortem matris vagientem sæpius uberibus admoverit. Idq; probat Arist. *3. de hist: anim.c.20.* exemplo caprorum in Lemno insula & caprarum non prægnantium in monte Oeta, ubi pastores urtica, tam diu perfricant ubera earum, donec dolore & calore sanguis attrahatur, licet Scal. *3. Poet. c. 84.* illud Virg. *Ecl. 3. Mulgeat hircos*, sic explicet, quasi velit fieri, quod factu sit impossibile. At Matthiol.*in Epist.* depingit hircum, lactis copia abundantem. Laurent.*libr 3.Anat. q.2.* distinctione rem expedire cogitat, dum verum lac post conceptum, fucatum ante generari censet, quasi ubi sit eadē causa efficiens, eademq; materia, non idem sequatur necessariò effectus.

19. *Distinctio Laurentij.* Idem sanguis ex suppressis mensibus restagnat in virginibus, qui in gravidis ob conceptum: idem mammarum calor, eadem proprietas utrobiq; conspicitur. Vnde igitur ratio diversitatis. Et sane vir apud Cardanum lactavit, & capræ in monte Oeta, apud Aristotelem. Esto: natura non intendat lactus veri generationem in virginibus. Multa nihilominus fiunt ex necessitate naturæ, quæ non fiunt ex ejus intentione, ut docet Aristot. *2. Phys. c. ult. & 1.post. Anal. tex. 49. & 53.* Ex superabundante materia facultas plastica generat sextum digitum, ex vera carne,

râ carne, verisq; ossibus, licet à naturâ, minimùm particulari, nõn intendatur. Nec id negat Hippocr. ut idem Laurentius putat & Kornman. *de Virg: c.9.* quando 1. περὶ γυναικείων ait: *Si qua mulier, tumente utero, lac in mammis non generat, molam concepit.* Nam si idem dixisset: *Si qua mulier, tumente utero, mensibus destituitur, concepit,* An hinc liceat statim inferre: Ergo solis gravidis menses deficiunt? Hippocrates pro subjecto suæ sententiæ non accipit mulierem indefinitè, sed mulierẽ tumentem utero. Alias enim & reliqua signa molæ mulieribus non prægnantibus non possent incidere, quod falsum est.

Alterum, idq; indubium virginitatis signum constituunt in hymenè VVier. *lib. 2. de præst. Dæm: c.37.* Alex: Benedict: *lib: 2. Anat: c.24.* Iubert: *in lib de Error. vulg. circa Medic: libr: 1.* Vesal: *lib: 5 de fabr: hum: corp: cap. 15.* Osiand: *in comm: Bibl: ad c. 22. Deut:* Fallop. *in observ: Anat.* Iacob. Horst: *in Lemn. Germ.* Columbus communem opinionem sequitur. Cæl. Rhodig: *lib: 2. antiq: lect. c.55.* Scal: *lib: 1. Poet: c.10.* Cypræ: *de Sponsal: c.13.§ 41.& 51.* Alber: Gentil: *lib: 7. de nupt: c. 9.* qui omnes hymena agnoscunt membranam in medio perforatam, supra orificium urethræ, ex cuius ruptura putant cruentari lintea, quæ apud Iudæos reservari solita fuisse, *ex Deuter. c. 22.* colligere licet, quemadmodum Afros eidem probandi modo tantũ tribuere scribit Iohan Leo *lib. 3. hist. Afr: c. 34.* ut nuptiales festivitates rescindant, si cruor in linteis non apparuerit, multò in hoc rigidiores, quam interpretes nostri, qui exceptiones contra legem Moisis ob morbum & ætatem, *si quæ scilicet virgo ab ætate esse desiit, non à viro corrupta*, ut ait Tertull: *de vel. virgin:* libenter concedunt, nec contemnendas affert Sever. Pinæ: *lib: 1. de not: Virg.* Panormit: *in c. proposuisti de probat.* etiam fallacem vocat modum à Moise præscriptum, quem tamen ab Hispanis observari solere autor est Iubert: *d. libr.* secus, quam illic à me auditum fuit. Vallesius *de sacr: Philos. c. 25.* ut salvet autoritatem legislatoris, confugit ad coalitum laterum cervicis uteri, ex quorum dilatatione sanguinem prorumpere putat, cujus opinioni subscribit Fernel. *lib. 1. Physic: c. 7.* Laurent. *lib: 2. c. 6. & q. 11.* Ioh: Guinter: *libr: 1. Inst. Anat.* Varol. *libr: 4. Ana. c. 4* qui nymphas in aliquibus concrescere censet. Verum cum iis non est operæ pretium, ut rationes committamus, quia latera nunquam nisi in monstrosa aut morbida constitutione coalescere deprehensa sunt, nec nympharum situs patitur, ut firmiter coalescant. Mirum autem, quod scribit Vesal. diductis cruribus membranam conspici, quam tamen nec Columbus, nec Laurentius nec Paræus invenire potuerunt, imò nec ipse

20. *De Hymene.*

Communis descriptio.

21. *Lintea cruentata.*

22. *Alia descriptio hymenis.*

23. *Incerti de hymene sunt Anatomici.*

Vesal. describere ausus fuit. An concidit & evanescit in mortuis? *ut videtur excipere Alber. Gentilis.* Certè Spirituosa pars non est, quò concidat una cum vita: Et si partes multò & minutiores & abstrusiores à curiositate Anatomicorum detegi potuerint, quo genere mysterii asserent hanc tam subdolè se oculis artificum subducere posse, ut in nullius conspectum huc usq; ita venerit, ut is id intrepidè de αὐτοψίᾳ sua posteritati affirmare ausus fuerit. Aëtius in quibusdam reperiri scribit, & eam constitutionem morbosam esse *libr 16. c. 96.* ut & congeriem venarum Capivac. *in libr. de not. Virg.* & Claudin. *respons medic. 40 quæ est eiusdem argumenti.* Usq; adeo nihil in hac re certi ab hujus professionis Autoribus asseritur, dum membranam non reperiunt, nec tamen communem de hymene opinionem facilè eludere audent. Fortè etiam communem errorem errare maluerunt, quam diligentius in odiosam hanc & secreto loco reconditam particulam inquirere.

24. Descriptio nova. Ego, à Gallis Chirurgis edoctus, nec plane de nihilo esse comperi, quod de zona virginitatis vulgò & dictum fuit & creditum, nec tamen ullam membranam sive in demortuis sive vivis puellulis etiam ex utero demortuarum exectis unquam inveni: Cæterum caruncularum lateribus suis conjunctarū cinctura supra orificiū vesicæ deprehendi, quæ coarctat illic cervicē universam uteri & in aliis facit angustiorem, in aliis laxiorē, ad eā ferè faciem, ut descripsit Pinæus *in li. 1. de not. Virg* Imitatusq; est Bauhin. *li. 1. Anat. c 37.* Fortè eius vestigium prævidit Galenus, quando *de dissect. ut. c. 2.* particulam quampiam notat in pudendis mulierum, virorum præputiis similem. Nam sicut hujus frenum coitu crebro solvitur, nec sine dolore, donec tandem evanescat, ita & iuvencula ob angustum ingressum sine dolore virum primum non admittunt, nisi affluxu sanguinis aut humoris Zona diffundatur, aut major sit osculi eius amplitudo, quam membri virilis: Crebriori verò attritu, & quia humore mucoso, ex utero destillante, frequenter perfunditur, subinde dilatatur, & carunculæ divulsæ in quatuor angulos abscedunt, quarum vestigia licet etiamnum observare in devirginatis, *ut & Pinæus notavit.*

25. Ex hymene defloratio non cognoscitur certò. Ex quibus constat, nullum certum ex hymene indicium desumi posse, multò minus sanguinis profusionem semper expectandam esse, cum etiam sine cruento congressu virginale claustrum à non prorsus violento insessore aperiri possit. Ubi enim partes dilatantur, nec violenter vena perrumpitur, sanguinem effundi necessarium non est. Arctioris verò vinculi, quod ut in præputio virili, ita in uteri cervice natura non frustrà, sed defensionis gratia adjecit, id quoque indicium est, quod Celsus *lib 7. c. 26.* dum secatur calculus vesicæ

in

in virgine, digitum jubeat injicere ano, perinde, ut in masculis, cum mulieri in pudendum multò compendiosius injici posset.

Constat pariter ex dictis, quantum deferendum sit verbis & fidei obstetricum, ad probandam pudicitiam subornatarum. Hebræos enim solitos virginitatem explorare per obstetrices ex narratione Suidæ patet *in explic. nomin. Iesu.* ubi ablegatas scribit mulieres ad inspiciendam beatam Mariam, utrum sine congressu viri concepisset, & illæsa virginitate peperisset. Cyprianus quoq; virgines Deo dicatas per manus obstetricum tentari jubet, *lib. 1. Ep. 10. c. quod si. 27. q. 1. c. proposuisti. de probat.* & Romani dabant negotium ventris inspiciendi iisdem *l. 1. de ventr. inspic.* Verum, ubi nihil est, quod inspicere possint, nec ipsæ quid inspicere debeant, intelligunt, frustra earum opera hic utimur. Et Cujac. *17. observ. 27.* nunquam hujus rei arbitrium delatum affirmat obstetricibus, cujus assertionē probat Gentil. *d. c. 9.* Nam, quod doctissimi & diligentissimi Anatomicorū, aut ignorant prorsus, aut non nisi dubitanter asserunt, qui cognitum fuerit mulieribus, de his rebus judicantibus, ut cæci solent de coloribus. Id porrò quod cognoscendum proponitur, tot vicissitudinibus obnoxium est, ut sive contractum inveniatur, sive dilatatum, non nisi levem præbeat præsumtionem, nedum ut in re tanti præjudicii evidentis probationis loco esse queat. 26. *Utrū standū sit fidei obstetricum.*

Minoris momenti sunt cætera signa, in quibus Philologi sibi placere solent, utpote, quando filum à nasi summo ducunt recta ad sagittalem suturam & longitudine deprehensa ambiunt collum puellæ: *Pinæ. & Bauhin. d. loc.* aut quando nasi acumen comprimunt, cujus cartilago solida creditur in virginib. divulsa in corruptis: *Mich Scotus in Physiogn. c. 22. 23.* aut quādo lapidis Gagathis pulverem propinant, qui vitiatas creditur cogere urinam reddere contra voluntatē, *Id. c. 10.* aut portulacæ semen carbonibus injiciunt, unde nescio quæ miracula circa corruptā somniant. *Bartol. Anglus de propr. rer. lib. 16. c. 49.* aut urinam etiam considerant, quā alii subcitrinam, alii perturbatam & crassam in virgine requirunt. *Claudin. d. resp. 40.* Nam hæc omnia partim sine ratione afferuntur, partim rationem omnem convellunt, ut quod de urina affirmant, quæ non tantum in singulos dies, sed & horas variatur, prout corpus sanum est vel ægrum, motum vel quietum, cibo potuq; repletum vel jejunum. Ac tantum abest, ut virginitas ex urina dijudicari queat, ut ne conceptus quidem possit, *quemadmodum demonstrat Sanctor. Sanctor. de Error. Medic. libr. 1. cap. 28.* quia quicquid urinæ à partibus, à quib. abscinditur, imprimitur, longo tractu confunditur 27. *De cæteris virginitatis signis.*

funditur & obfuscatur: Nec verò tanta est inter uterum Virginis & corruptæ differentia, ut urina inde vel colorem, vel substantiam, vel hypostasin mutare debeat. Certiora indicia sunt, quæ ex concubitu, & impudica conversatione depromuntur, de quibus videantur ICti. *Menoch. lib. 5 præsumt. 41. & nos agemus infra cap. 6.*

SECT. 5.

De errore conditionis.

1. *Servos non contrahere matrimonium.*
2. *Utrum error in nobilitate vitiet matrimonium.*
3. *Utrum civis ducere possit peregrinam.*
4. *Iustinianus defensus ab argumentis Sigonij.*
5. *Apud Romanos & Græcos vetita fuisse matrimonia cum peregrinis.*
6. *Utrum statutis talis prohibitio introduci queat.*
7. *Sneidevvini interpretatio t. de nupt. in pr. rejicitur.*
8. *Nuptias omnes contra leges contractas esse illegitimas.*
9. *Qui sint filij principum, Genes. c. 6.*

1. *Servos non posse contrahere matrimonium.* ACcedit tertius error in conditione, qui & ipse vitiat contractum, si in consensum & essentialia matrimonii incidat. Quidam enim ea sunt conditione, ut consentire nequeant, vel quia destituuntur intellectu, ut impuberes & pueri, vel quia non sunt sui juris, ut servi. *c. si quis ingenuus. c. si fæmina ingenua 29. q. 2. c. 2 de conj. serv. Lombard: 4. sent: dist. 30. ibi Thom. q. 1.* Nam horum nec velle est, nec nolle, & corpus operasq; debitas conjugi mancipare nequeunt, cum se in sua potestate non habeant, & propterea diremit Iustinianus matrimonia servorum, quæ irruptionis Gothicæ tempore iniverant, cum ingenuis. Appius Claudius Decemvir eodem jure abusus est, cum L. Iulii sponsam in servitutem asserere niteretur, quò propter diversitatem conditionis sponsalia nulla pronuntiãdi causam inveniret. *Liv. lib. 3.* Nam licet servitus non includatur essentialiter in matrimonio: tamen necessariò pertinet ad causam eius, videlicet libertatem consensus, ut rectè explicat Covarr: *par: 2. de matr: c. 3 §. 7. n. 3.* Ergo, si servitus impedit matrimonium, non tam propter inæqualitatem ordinum, quam quod servus Domino jus suum præripere, seq; conjugi tradere totum nequeat, conditiones aliæ, quæ libertatem consentiend non diri-
2. *Error in statu* munt, matrimonio promisso præjudicium creare non possunt, cum substantiam matrimonii non attingant, utpote, si per errorem quis consenserit in personam ignobilem, quam credebat esse nobilẽ. Cypræus. *c. 13 de sponsal. §. 36.* statuit dirimi posse sponsalia per errorem huius conditionis

nis inita, eò quod multum situm sit in nobilitate. Covarruvias negat *d.n. 3.* quia nobilitas refertur ad bona fortunæ, & error in fortuna non vitiat matrimonium. *c.1 n.29.q 1. Bald. in l. cum Artemidoram C. ut in poß. leg Iaſ: in § fuerat. Inſt. de action. n. 13.* cujus non tam rationem probamus, quam opinionem, idq; ex ratione rationis. Nam fortunæ error non officit matrimonio, quia fortuna in matrimonii substantia non involvitur. Cum igitur nec externa nobilitatis conditio in ea includatur, nec ad dissolvendū illud accersi potest, quod citra illam coaluit, idq; obtinet iis in Rebusp: ubi ex ratione publica, nobilium & plebejorum promiscua conjugia non sunt prohibita, quemadmodum olim in Republ: Roman. *Liv. libr. 3. & 4.* Saxonum, *Adam Bremens. lib. 1. c. 5.* & Danorum. *Receß. regū Christian. cap. 36.* Alias enim impedimentum orietur nuptiis, non ex errore, sed ob vetitū legis publicæ, quæ non sinit legitimas iniri nuptias, aut justos procreari hæredes cum personis vetitis. Nam cum Campanis post defectionem in II. bello Punico, jus connubiorum cum Romanis ademtum esse, singulari rogatione, M. Messala & C. Salinatore Coss. obtinuerunt, ut quas hactenus ex Romanis duxerant, uxores pro justis retinere sibi liceret & pro justis liberis & hæredibus, quos interea temporis genuissent. *Livius lib. 30.* Iustinianus expressè, *in pr. Inſt. de nupt.* injustas vocat nuptias, quæ non cōtrahuntur inter cives Romanos, quem reprehendit Sigon. *lib. 1. de ant. jur: civ: Rom. c 9. in pr.* cum ex Strabonis & Halycarnassæi autoritate Albinis & Latinis jus connubiorum datum fuisse demonstret, quo toto discursu nihil affert, quod Iustinianum vel minimùm redarguat, quia exempla singularia, partim necessitate, partim ex ratione aliqua singulari inducta, legi præjudicium creare non possunt, & facta hæc pulcrè excipit Ulpian. *in fragm. t. 5.* dum ait: *Connubij jus habent cives Romani, cum civibus Romanis: Latini & peregrini illud jus non habent, nisi hoc illis concessum sit nominatim.* Iam verò exceptio firmat regulam, & concessione opus non erat, cum potuissent uti jure communi. Ita nimirum Campanis id juris datum & vicissim ademtum fuit: *Liv. Dec. 3.* Ita Albanis, ita Municipibus aliis, ut frustra horum exempla advocet Sigon. pro lege, ut & illa verba Canuleij: *Alterâ lege connubium petimus, quod finitimis externisq; dari solet.* De facto loquitur in tota istac oratione, non de jure. Nā eo modo Numa, Tarquinius, & Servius regnum occuparunt: eo modo Claudia gens ex Sabinis, non tantum in civium, sed & patriciorum numerum relata est, non jure, sed ex indulgentia. Alias de peregrinis a con-

3. *De matrimonijs civium cum peregrinis.*

4.

nubiis civium repellendis, satis vel ex Terentio *in Andr.* constare potest; ubi juvenis conqueritur:

Pro uxore me habere hanc peregrinam?

ubi Donatus, ignarus juris Atheniensium, per *peregrinam* putat intelligi
6. *meretricem*. Legem enim refert Demosth. κατὰ νεαίρας, qua nec civi peregrinam ducere, nec peregrinæ licebat nubere civi, quam Xviri in tab. retulerunt, pœna tamen mitigata, *Connan. lib. 8. c. 4. n. 1. Fab l. 30. n 15. de R. I.* Idem notant Acron. Porphy. Stephan. & Ascen. *in Sat. 7. li. 1. Hor.* ad verb. *Hybrida*, quo Poeta appellat Persium, ex patre Asiatico & matre Rom: q; *Semiromanum*, ut ait Acrō, pronatum. *Hybrida enim nominatur animal ex diversis generibus confusum, ut ex aquila & vulture, aut cane venatico & gregario, cui assimilat Horat. eum, qui non sciat monstrare utrumq; parentem Romanum. Justa nuptia sunt,* ait Cajus *lib. 1. Instit. cum Romanus Romanam nuptijs inter venientibus, vel consensu, uxorem ducit.* Et jure gentium prohibita dicuntur conjugia inter alienigenas, *c. 9. dist. 2.* ut innuit etiam Arist. de jure Græcorum, *3. Polit. c. 3. ubi Montec. ad tex. 41.* Posse etiam statuta fieri, quibus prohibeantur fæminæ ultra territorium nubere, modò intra territorium honestam invenire queant conditionem, tradunt & concedunt ICti. *Bartol. Bald. Pen. in l. edicimus. C. de Muril. lib. 11. Aret. in §. 1. n. 4. vers. Quæro an statutum. Inst. de jur. nat. gent. & civ. Calcan. in cons. 3. vers. Ad hoc etiam accedat & fortissimè. col. 9. Pacian. li. 2. de probat. c. 3. n. 119. & seq.* Seneca ait: *li. 4. de benef. Promisi tibi filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti: non est mihi cum extraneo commercium.* Boet *in Topicis. Cicer. Nuptias inter impares jure contractas non esse, hoc est, qui inter cives Romanos non coïssent.* Etiam apud Lacedæmonios Lysander Ephorus diem dixit Leonidæ, quod peregrinam duxisset uxorem. *Plut. in Agid.* Ideoque non satis accuratè Sneidevv. *in tract. de nupt. par. 2. n. 9. & com. in pr. Inst: de nupt. n. 3.* à Iustiniano *in d. pr. Inst de nupt.* tantum excludi servos interpretatur, cum Ulpian. *d. t. 5.* expressè repellat à jure connubiorum omnes peregrinos, nisi quos à lege exceperint merita aut indulgentia Senatus, aut *quibus princeps, populusve civitatem & connubium permisisset, ut ait Boet. in Top.* sicut Campanis SCto indultum testatur Liv. *lib. 38.* Repulerunt etiam jura à Senatorum thoris Libertinas, nec id vel oratio D. Marci vel SCtum inhibuit: *si tamen id indulgentia principis permissum fuerit, posse justam uxorem esse*, respondet Ulpian. *l. si Senatui. 31. de rit. nupt.*

Posita

Posita igitur lege, cum peregrinis, cum plebeiis, non esse civibus, aut Patricius contrahendum, nuptiæ procul dubio erunt illegitimæ, quippe contra leges contractæ, *Eleganter gl. in l. 58. verb. Actionem, quam omnes singulare reputant, de rit. nupt. l. 2. de jur. dot. §. si adversus Inst. de nupt. l. lex naturæ 24 de stat. hom. l. de jure 37. § fin. ad munic. l. si uxor 13. §. plane, ad l. Iul. de adult. Anto. Fab. Iurisp. Pap. t. 9. princ. 5. Illa* 10. quod innuit Apulei. *li 6. Met.* quãdo nuptias impares, opponit legitimis & juri civili congruis, & Catullus huc respiciens dicit: *Cum par connubium maturo tempore adepta est.* 8. *Nuptiæ contra ll. illegitimæ sunt.*

Rabbi Selomoh diluvii causam fuisse auguratur, quod principes plebejas uxores duxerint, liberi servas. Sic n. interpretatur illud, *Gẽ. c. 6. Cum vidissent filij principũ filias hominũ, quod pulcræ essent, acceperunt sibi ex omnibus uxores, quas voluerunt.* Et licet de legitimo conjugio non loquatur Moses, *August. 15. de civ. D.* Aquila tamen, per filios Deorum, intellexit principum & magistratuum filios, seu, ut Chaldæus interpretatur, Rabbinorum, qui turpi confusione ex promiscua plebe rapuerint pro libidine, quas voluerint, & cum iis se commiscuerint. *August. d. libr. 15. c. 28. Hieron. in qq. Hebraic. Theod. q. in Gen. 47.* 9.

De matrimonio contracto inter nobiles & ignobiles. Sect. 6.

1. *Utrũ Princeps lege prohibere possit nuptias inter Nobiles & Plebem.*
2. *De lege XII. tab. & qua ex causa Decemviri eam pertulerint.*
3. *Nobiles ferè fastidire plebis cõmercia*
4. *Quorum fastum, quibus argumentis represserit Canulejus trib. pl.*
5. *Lex Venetorum astutior, quam Romanorum.*
6. *Quibus de causis derogatum fuerit legi superbæ XII. tab.*
7. *Nuptias quondam prohibitas fuisse inter ingenuos & liberos, & post inter Senator. & libert.*
8. *Inter nobiles & plebejos non debere tolli commercium nuptiarum.*
9. *Contemtus in Repub. parit discordias.*
10. *Communio conjugiorum facit ad concordiam civitatis.*
11. *Multæ lites componuntur matrimoniorum interventu.*
12. *Interdictũ nuptiarũ vergit contra libertatẽ, quæ in matrimoniis requiritur.*
13. *Privatũ seu domesticũ commodis non conducit imparitas conjugum.*
14. *Nobilis uxor affectat dominium in ignobilem virum.*
15. *Nobilis vir spernit ignobilitatem uxoris.*
16. *Ignobilis persona, licet ametur à viro, spernitur tamen à cognatis.*
17. *Qua de causa multi impares nuptias detrectarunt.*
18. *Quas paritas omniũ optimè cõtinet.*
19. *Satius esse, si peccandũ sit, ut vir sit superioris conditionis, quam uxor.*
20. *Error in nobilitate non vitiat cõtractum matrimonialem.*

UTrum verò talem legem perferre possit Majestas, ut omninò vetita sint conjugia inter nobiles & plebejos, variè disputatum fuit inter plebem Romanam, ducibus Canulejo & Icilio, & inter patritios primo quinquennio post promulgatas leges XII. tab. in quarum postremis, ut Halycarn. *lib. 10.* refert, ab App. Claudio ita adjectum fuerat: *Ne patritijs, cum plebeijs Romæ connubium esset*, eamq; propter indignitatem ruptā fuisse, Augustinus autor est *lib. 3. de civitat. Dei c. 37.* & quidem Canuleij rogatione. *Liv. lib. 4. in pr.* Rationes afferebant patritii varias, pro æquitate legis, quas adhuc hodiè urgent, qui ex nobilitate adeò fastidiosè spernunt conjugia plebis, quanquam si verum dicere fas est, non alio consilio lex scripta erat, nisi, ut plebs magis premeretur, & sanguis plebeius ab honoribus & officiis publicis prorsus excluderetur, sive ut dissidia inter utramq; gentem alerentur, *ut suspicatur Halyc. lib. 10.* Quantum autem ex iis colligi potest, quæ à patribus contra trib. pl. disputata fuêre, duobus potissimum argumentis fulciebant vim legis, quorum alterum videbatur quoq; aliquid sacri habere, nempe, ne turbentur auspicia & sacra, & ne contaminentur vel confundātur familiæ. Utrumq; his verbis explicat Livius *lib. 4. Canuleium sc. colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum, privatorumq; afferre, ne quid sinceri, ne quid intanimati sit: ut discrimine omni sublato, nec se quisquam, nec suos noverit. Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi ut ferarum propè ritu vulgentur concubitus plebis patrumq;? ut, qui natus sit ignoret, cujus sanguinis, quorum sacrorum sit: dimidius patrum sit, dimidius plebis, nec secum quidem ipse concors.* Utrumq; proficiscitur ex innato patrum fastu, quasi omnes, qui sint ex plebe, indigni sint amore patrum: quemadmodum & Tertullianus queritur, *lib. 2. ad uxor c. 8. Pleraq; & genere nobiles pessimis & ignobilibus & mediocribus simul conjunguntur:* & Sueci inter causas abdicationis Alberti Megapolitani recensuerunt, quod nobilissimas virgines & viduas indignis matrimoniis dedecoraret. *Ioh. Magn libr. 21. Cur non eadem opera sancitis*, ait Canulejus, *ne vicinus patritio sit plebejus? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem consistat? quid enim in re est aliud si patritiam plebejus duxerit, si patriciā plebeius?* Et paulò ante, quod de contaminatione objectum erat, cum summa injuria plebis objici ait. *An esse ulla major aut insignior contumelia potest,*

Margin notes: 2. — 2. — 3. Fastus nobilium — 4. Retrahit oratione Canuleij

test, quam partem civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi? quid est aliud, quam exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati: ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cavent, ne societur sanguis. Quid? hoc si polluit nobilitatem illam Vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos jussu populi, sinceram servare privatis consilijs non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque vestras filias sororesque enubere sinendo è patribus? &c. Turbarat sane plebejorum minus plebejos animos, quod sanguine suo patricium commaculari audirent: magis verò, quod auspicari quoq; quasi Diis invisi, posse negarentur, quæ superstitio ex mera proficiscebatur persuasione, quasi auspicia solis iis competerent, quibus Gentes essent, *Cicer. de divin.* quem errorem Decius paulò post sua devotione detexit. Nec negari potest, quin virtutis studiosos ex plebe animos vehementer fodicet istæc injuria, si ab honoribus repellantur, tanquam indigni, qua de causa Veneti, licet occulto consilio exclusam plebem vellent à gubernaculis, tamen apertè non inhibuerunt patritiorum & plebis connubia, sed sub specie aliqua æquitatis, quando plebeja ingreditur majorem dignitatem & familiam superiorem, ea privilegia cogitur recompensare majore dote, quo fit, ut plebeii non avidè aspirent ad connubia patrum, quæ magno sumtu coguntur emere, nihil emolumenti, præter superbum generum, inde reportantes; nec patritij, præ innato suo contemtu, facilè se dimittant ad humiliorum vota, nisi qui rei sublapsæ quærunt restaurationem. 5 *Lex Venetorum.*

Cesserunt igitur patres rogationi tribuni, quia cum ratione reluctari non poterant, & in thorum patritiorum, non sine Reip. commodo, plebejis admiserunt. Nam, quod familias turbari dicerent patres, quodq; hodie fastidiosi spectare solent Nobiles, id quoq; refutat Canulejus, quando ait: *Si plebejam patritius duxerit, si patritiam plebeius, quid juris tandem mutatur? Nempe patrem sequuntur liberi.* Lex Papia Poppæa, etiam inveteratam legem sustulit, qua ingenui prohibebantur libertinas ducere *Dion in Annal. Aug.* Hispalæ enim libertinæ peculiari SCto indultum est, ut enubere, seu ab ingenuo duci posset, neq; ei, qui eam duxisset, id fraudi esset, ut scribit Livius. Sed lege Iulia Papia, & oratione Divi Marci, nec non SCto effectum est, ut libertinæ, vel artem ludicram exercentes, quorumve patres & matres id fecerint, à legitimis nuptijs so- 6. *Lex 12. tab. sublata.* 7. *Nuptiæ prohibitæ inter senatores & libertas.*

lorum senatoriorum liberorum arcerentur, *l. lege Iuli* *l.* 44. *l. Semper* 42. §. 1. *l. si senatori.* 31. *l. lege Papia.* 23. *l. oratione* 16. *de rit. nupt.* *l.* 3. & 28. *C. de nupt. Vlpian. Inst. t.* 13. §. 1. *Godd. ad l.* 128. *n.* 1. *de V. S. Forster. de hist. Iur. civ. libr.* 1. *c.* 31. *n.* 13. *Forner. l.* 100. *de V. S. Fab. l.* 197. *n.* 2. *de R. I:* quia senatorius ordo infami conjugio non putabatur maculandus, *arg. l. senatoris* 47. *de rit nupt. l.* 1. *de collus. deteg. Anton. Fab. Iurisp. Pap. t.* 9. *princ.* 6. *Illat.* 13. & 14. & Nero non ausus fuit Acten libertam justo matrimonio sibi jungere, nisi summissis primùm Consularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent. *Sueto. in Nero. cap.* 28. Vespasianus post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam & à manu dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium, nec tamen prorsus justæ uxoris loco habere ausus est, licet ejus ornandæ gratia nihil reliquum faceret. *Sueto. in Vesp. c.* 3. præsertim, cum & cæteri ingenui, inhonestas personas & ignominiosas ducere prohibeantur *d. l. lege Iulia §. fin. l. Filio* 48 §. *Si ignominiosam. de rit. nupt.* Cum verò tam vilis non sit conditio eorum, qui avita nobilitate non eximuntur è vulgo, ut inquinent dignitatem nobilium, non est, cur repelli debeant, & ex una civitate duplex constitui. Nec enim frequentius incidit seditio in civitatibus, quam si plebejorum & Nobilium animi disjungantur, quemadmodum non tantum docuit *Arist.* 5. *Polit.* sed & cum damno suo experti sunt patritii Romanorum, Helvetiorum, Circassiorum, quibus exitio fuit solus contemtus plebis, & *grande supercilium, ut ait Iuvenalis.* Ex nulla verò re gravius offenduntur homines, quam ex repulsa & sui status contemtu, quem adeò graviter vindicavit Fabii filia, ex patritiis enupta, ne maritum non siverit esse quietum, priusquam per seditiones tribunitias plebi quoque fenestram ad consulatum aperuisset, ne patritiorum fœminis reliquū quid esset, quod plebeijs exprobrare possent. Tullia Servii filia, quam indignè tulit, quod cum viro, regio quidem filio, sed cui fasces Servius præripuerat, tacita servire cogeretur: *se rectius viduam, & illum cælibem futurum fuisse, quam cum impare junctam, ut elanguescendum aliena ignavia esset: si sibi eum, quo digna esset, Dij dedissent virum, domi se propediem visuram regnum esse, quod apud patrem videat.* Nec mora: Nacta virum, Arunte elatiorem, *qui se regno dignum putaret, qui meminisset se esse Prisci Tarquinii filium, qui habere, quam sperare regnum mallet,* adeò suæ temeritatis implevit stultum adolescentem, ut, vellet modò à furiis uxoris quietus esse, in regiam sedem cogeretur se reponere, ex qua se excidisse putabat regia filia, quamdiu Regi nupta non esset. *Liv. lib.* 1. Nec minus conqueritur Ulvilda Regis Danorum

rum Hadingi filia, quod Guthormo privato homini nuptum elocata, *in obsoletos & despicabiles amplexus transmissa ab ignavo patre fuerit, cujus felicitati thori commercium deroget, cujus munditiem immunditia ruralis attrectet, dignitatem indignitas vulgaris inclinet, ingenuitatem conditio maritalis extenuet.* Deniq; virum crebris interpellationib. eò adegit, ut mortē regi, spe potiundi regni, inferret. *Saxo Gram. li 1.* Vitandæ igitur animorum distractionis gratia & ad stabiliendā concordiam, Plato *li. 6. de ll.* volebat connubia inter patritios misceri & plebem, quia minus invita subjicit se plebs eorum imperio, cum quibus sanguinem suum confusum esse novit, quod innuit Megadorus, si opulenti pauperiorum filias ducant indotatas,

Et multò fiat civitas concordior,
Et invidia nos minore utamur, quam utimur.

Et usu receptum dicit Frischlin *in Rebecc.* ut conjugijs stabiliantur fœdera, & vel novæ parentur amicitiæ, vel veteres deleantur inimicitiæ, *Bets. c. 6. de pact. succes.* qua quidē consuetudine inter Reges & principes nihil est familiarius hodie, cum & Pompejus propterea quæreret amicitiam Catonis, & Cæsar Pompeji. *Ptolemæus Philadelphus*, ait Hieron. *in Dan. c. 11. volens post multos annos molestum finire certamen, filiam suam Berenicen Antiocho uxorem dedit.* Augustus, postulantibus utriusq; tam Augusti, quam Antonij militibus, ut necessitudine aliqua ratam pacem confirmarent, privignam Antonii Claudiam, Fulviæ ex P. Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. *Sueto. in Aug. c. 62.* Alexander M. nuptias cum Roxane Satrapæ Persici filia sic excusavit, quod Persarum & Macedonum per affinitates unio regno stabiliendo faceret. Hoc enim modo & pudorem victis & superbiam victoribus detrahi posse: *Curt. libr. 8.* & discordes veteraq; odia retractantes Porum & Taxillem Indiæ Reges firmavit in amicitia beneficio mutuarum affinitatum. *Curt. libr. 9.* Cum duo populi, Romanus & Carthaginensis utrinq; ex æquo ambirent amicitiā Syphacis, Asdrubal, ut præveniret vota Romanorum, filiam Sophonisbam, forma spectatam, Regi elocavit, & ea specie affinitatis ipsum à Romanis abstractū, in Carthaginensiū fidem deduxit. Quod cum comperisset Scipio, nō passus est eandē uxorē retineri in Cōtubernio à Masanissa, cum is in fraudē victoris, in momento expugnationis regiæ, eam in thorū suū introduxisset, sed Romā, tanquā partē prædæ cum Syphace mitti voluit. *Liv. li. 30. post pr.* Carolus V. sororē Francisco I. junxit. Richardus II. & Henricus V, uterq; Rex Anglorū, duxerunt regū Galliæ filias, in signum

recon-

reconciliatorum animorum. Usq; adeo firma putantur fœdera, quæ nexu conjugali constringuntur, adeò, ut ad conjungendos animos civium promiscua connubia meritò probari possint, si publicam spectare velimus salutem, quemadmodum ad eos disjungendos legem contrariam ab Appio latam testatur Halycarn. *lib.10.* Putabat enim tam diu stabile futurum imperium Xviris, quam diu patres dissiderent à plebe, idq; dissidium ali disjunctione connubiorum, quod cum consideraret Cato, servis suis liberum aditum concessit ad servas, ut ipsi magis inter se unirentur, & ab alienis interim abstinerent, quarum amorem putabat animos ad se trahere, & à Domini servitiis abalienare. *Plut. in Cat.*

2. Quin etiam illa nuptiarum prohibitio, vergit in præiudicium libertatis, matrimoniis debitæ, quemadmodum idem Canuleius ostendit, quando ait: *Verum enimverò lege prohiberi, & connubium tolli patrum & plebis, id demum contumeliosum plebi est. Cur enim non confertis, ne sit connubium divitibus ac pauperibus? quod privatorū consiliorum ubiq; semper fuit, ut in quam cuiq; fæmina convenisset domum, nuberet, ex qua pactus esset vir domo, in matrimonium duceret, id vos sub legis superbissima vincula conjicitis, qua dirimatis societatem civilem.*

13. Verum si in hac quæstione, non quid publicè fieri expediat, consideretur, sed quid privatis cujusq; commodis videatur magis consonum, non dubitarem consilio Plutarchi calculum adjicere, qui *in libr. de educ. liber.* filiis suis jubet parentes quærere uxores, quæ ipsos generis nobilitate non multum exuperent: nec non Iuvenalis, dicentis:

Malo Venusinam, quam te, Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras cum dote triumphos.

Syllā publicis cantiūculis insectatus fuit populus, cū ambiret filiā Metelli Pontif. Maximi, quasi altiorem sua fortuna conditionem captantem. *Plut. in Syll.* Nā rectè Eccl. *c.3 Altiora te, ne quæsieris.* Si n. dotata uxor ab omnib. respuitur, quia inequitare vult viro, & dominari in suis divitijs, quātò magis idē timendū de nobili vel viro vel uxore, cū omniū nobiliū animis

14. *Incommoda imparis conjugii.* *innatum aliquid superbi* scribat Salustius de Metelli contemptore animo agens. *in Iugurt.* Theodosius Imperator Eudociam suam, Atheniensis philosophi filiam, perditè ab initio amabat, nec quicquam ab amore eius remittebat, licet varijs modis inde eum osores abducere laborarent. Tandem

dem tamē sub prætextu religionis ineundæ, longè ab aula eam misit Hierosolymam, non sine suspitione alienati ab ipsa animi. *Zon. in Theod.* Ulrici Ducis Saxoniæ filia, quæ Ludovvico Comiti Thuringiæ nuptum data erat, maritum, quod inferioris conditionis esset, ita despexit, ut ad parentes ex conjugio rediret. *Rivand. in Chron. Thur.* Boleslaus Mazoviorum Dux, Annam Pauli Hunovii Palatini Belsensis filiam, prorsus repudiavit, tanquam non satis superbo loco ortam. *Cromer. lib. 28.* Maria Regina Scotiæ, etiam vitam marito ademit per Bothuelium, si Buchanano credimus *lib. 17. & 18. hist. Scot.* sicut & Iohanna Neapolitana. *Cur. in Chron. an 1415.* Comes Geldriæ, qui obæratus, de consilio Archiescopi Colon. mercatoris Mechliniensis unicam filiam duxerat, non ipse quidem exarsit in odium contra uxorem, immaturâ morte præreptā, sed filia eius Isabella ex hoc matrimonio nata, tanquam sordida, hæreditate Comitatus depulsa & à Maria sorore ex Eduardi III. Regis Angl. sorore, exclusa fuit, nequicquā contradicente Iohanne Blesense eius marito. *Froissard. lib. 3.*

15. *Nobilis contemnit conjugē ignobilē.*

Quod si etiam inter sese mutuo amore conglutinati conjuges se non oderint, nec insequantur, non effugiunt tamen, qui sunt inferioris conditionis, sannas & contemtum cognatorum & amicorum. Boleslao Mazoviorum Duci fratres & proceres reliqui tam diu molesti fuerunt, donec uxorem dimitteret. *Cromer. libr. 28.* Virginiam patriciam à sacris exegerunt matronæ, quod enupsisset & plebeio conjugi serviret. *Liv. li. 10.* Catonem etiam in contemtum se posuisse scribit Plutar. *in Cat. Maj.* quod præter ætatem & dignitatem suam contraxisset nuptias, cum Solonii scribæ sui filia. Ericum Sueciæ Regem etiā regno exuerunt fratres, cognatiq; & universi subditi, quod Cathatinam, Lictoris filiam, qua usus fuerat concubina, & duos ex ea liberos sustulerat, justo matrimonio sibi copulatam, Reginam pronuntiasset 15. Cal. Oct. An. 1568. *Thuan. libr. 43. hist. sui temp.* VVilhelmus Dux Bavariæ, de consilio Senatorum, Agnetem tonsoris Augustani filiam à filio Alberto ita adamatam, ut in justæ uxoris locum eam extollere meditaretur, culleo insutam necavit, propter superbiā & contumaciam, ut prætexebatur. *Hieron. Henning. in Geneal. Duc. Bavar.* Henricum Ducem Carinthiæ, Comitem Tyrol. & Goric. corona Bohemica, ad quam evectus erat, exuerunt subditi, quod conjugis suæ, VVenceslai regis filiæ, sororem in impar matrimonium Hinci de quercu, ex nobili quidem, sed non regia stirpe oriundi, detruderet. *Id. in Geneal. duc. Carinth.* Iacobam Alberti Batavi unicam in Hollandia, Zelandia, Hannonia, Comitatibus, & dominio Phrisiæ, hæredem, quæ ante nupta fuerat Iohanni

16.

[illegible]

Delphino Franciæ, deinde Johanni duci Brabantiæ, & tertiò Hunfrido Henrici V. Regis Angl. fratri, cùm deniq; Franconis Equitis Aurati privatum matrimonium iniisset, universa hæreditate exuit Philippus Burgundus, & mariti conditionem sequi coëgit. Iohannes Dux Lancastrensis Eduardi III. Regis Angl. filius, post duas uxores præmortuas, in justam uxorem duxerat Catharinam de Ruet, cum qua, instar concubinæ, familiariter huc usq; rem habuerat, & liberos ex ea sustulerat. Cæterum à fratrum uxoribus usq; adeò contemtui habita fuit, ut non tantum ad dignitatem viri non admitteretur, sed ne colloquio quidem aut salutatione digna judicaretur. *Froissard. lib. 4. c. 71.*

17. Qui verò se aliis odio esse & contemni videt propter uxorem, non potest non tandem etiam irarum radios deflectere in causam contemtus, imprimis, quando ipsa inæqualitas domi principium discordiæ præbere nata est. Nam propterea Cato filiam denegavit Pompejo, quod sciret potentes inferiorum connubia non virtute, sed suorum commodorum gratia petere. *Plut. in Pomp. & Cat.* Psammenitus Rex Ægypti noluit Cambysis postulatis locum relinquere, quod timeret, ne filia pellicis loco magis, quam uxoris haberetur. *Herod. libr. 3.* Mithridates enim Monimen Milesiensem, non ut regiam conjugem, sed ut captivam habebat. *Plut. in Lucull.* Elisabetha quoq; Casimiri III. regis Pol. uxor, Matthiam regē Ung. repulsam de filia ferre sivit, quòd ab Hunniadis humili stirpe oriundus, apud conjugem non satis autoritatis habiturus putaretur. *Crom. lib. 28.* Multò justiore ex caussa Carolus Rex Siciliæ repulsam dedit Nicolao Vrsino Papæ regiam puellam in matrimonium fratris filio petenti. Nam, *quanquam*, inquiebat, *Nicolaus rubeo calceo superbiret, agnatos tamen eius regia affinitate indignos esse. Masson. 3. Annal. ex Ricorda.* Blanca regina Neap. à Cræpera projustitiario in matrimonium petita, statim triremi in altum provecta animum contemtorem indigno proco aperuit. Fazell. 9. c. 8. Nec aliter felicia speranda sunt conjugia, quam si aut æquales coëant conjuges, aut, saltem non multò sit uxor inferior viro. Nam

18. *Aequalitas optimè jungit amicitiam conjugalem.*

Premitur etiam *magno conjuge nupta minor*. Ovid. in Ep. ad Dejan. quò affert Gentil. 4. de nupt. cap. 12. illud ex Deut. 22. *Non arabis in Bove & asino*, & dictum Ecclesiastici. c. 13. *Cum eo, qui robustior est te, aut ditior te, ne communices. Quid communicatura esset olla cum lebete? Illa si allidet, eadem conteretur.*

Solutius

Solutius tamen retinet imperium maritus, si inferiorem se legat uxorem, quam si econtra vir sit deterioris orignis, quam uxor, & hoc minus perturbat jura conjugii, quæ imperium tribuunt marito. 19.

Inferior matrona suo sit, Paule, marito.
Non aliter fiunt fœmina virq; pares.

Legem verò hic nullius arbitrio damus, cum, ut Canulejus ait, *privatorum consiliorum ea res semper fuerit, ut, in quam cuiq; fœmina convenisset domum, nuberet, ex qua pactus esset vir domo, in matrimonium duceret*. Ostendere saltem voluimus, quid publicè expediat, quid privatim, & si nulla lege prohibita sit conjugialis plebis & patrum commixtio, quod quidem ne publica lege fiat, satius esse ostensum est, licet privatis consiliis istic licentiæ modus datus non fiet, nihil intervenire, quo dirimi possint sponsalia per ignorantiam ignobilitatis inita, cum nobilitas consensum matrimonialem nec attingat, nec vitiare possit. *Tiraq. de nobil. c. 20. n. 179.* Solet enim ab interpretibus Nobilitas referri ad bona fortunæ, & hæc non dissolvere contracta sponsalia plani juris est, quia extra nos sunt, quæ suo imperio subjecta habet fortuna. 20. *Error in nobilitate, non vitiat contractum.*

De pulchritudinis requisito, Vtrum eius ratio in ducenda uxore habenda sit, Vtrum ob notabilem deformitatem rescindendum matrimonium. Et Num quisq; uxorem suam debeat putare esse pulcerrimam. SECT. 7.

1. *Nemo cogi potest, ut consentiat in sponsam, quam malis præditam moribus novit.*
2. *Si tamen consensit, ob mores durinsculos matrimonium non rescinditur.*
3. *Nullam virginem videri improbã, ante nuptias.*
4. *Conjugium ob nævos leviculos nõ disjicitur.*
5. Vtrum ob fœditatem notabilem disrumpatur vinculum nuptiarum.
6. *Amorem esse desiderium Pulcri & in eo fundari.*
7. Vtrum fas sit nudas inspici virgines, ne qua vitio corporis occulto devenustentur.
8. *Vxoris acquisitionem esse q. coemtionem & multas gentes olim uxores emisse.*
9. *Æquitatis esse, ne emtor circumveniatur.*
10. *Galba & Crates gibbos suos sponsis detexerunt ante nuptias.*
11. *Virgines non posse honestè denudari, nudasq; conspici.*
12. *Vtrum fas sit, ut virgines faciem tegant,*

tegant, & mammas denudent.

13. *Naturam humanam semper niti in vetitum.*

14. *Contra balnea virorum & mulierum promiscua.*

15. *Ex distanti sine coitu non fieri conceptum.*

16. *Plus valet pulcritudo animi, quã corporis.*

17. *Nec tamen nihil tribuendum pulcritudini corporis.*

18. *Encomia pulcritudinis, quoad conjugium.*

19. Utrum pulcritudo in capienda uxore, bona conscientia, spectari queat.

20. *Licere etiam Christianis honestã in conjugio quærere delectationem.*

21. *Amor in pulcritudine fundatus quam sit inconstans.*

22. *Quemadmodũ diffluit ipsius pulcritudinis fugax flos.*

23. *Mores spectandos esse ante formã.*

24. *Ex distorta facie præsumi distortum animum.*

25. *Pulcritudinem esse mutam commendationem.*

26. *Nonnunquam ex pulcritudine præsumi libidinem & lasciviam.*

27 *Non rarò dissidium esse inter formam & ingenium.*

28. *Quas ob causas pulcritudo ut plurimum lasciviat.*

29. *Deformitas non præbet de se violentas præsumptiones impudicitiæ.*

30. *Pulcritudinẽ intutam facit multitudo expugnantium.*

31. *Pulcritudinem naturaliter sequitur fastus.*

32. *Unde Zelotypia mariti erga uxorem, quæ omnibus placere quærit.*

33. *Pulcritudo sæpè publicè detrimentosa.*

34. *Statam & mediocrem formam carere omnibus, quæ enarrata sunt, incommodis.*

35. *Pulcras uxores quærere otium, mollitiem, & luxuriem, quibus pulcritudinem alant.*

36. *Pulcritudinem semper esse sumtuosiorem.*

37. *Etsi animi facilius pulcritudine coalescant: tamen postquam frui ceperunt, citò satiantur.*

38. *Stultè agere, qui pulcritudinem ornatam bonis Moribus contemnunt.*

39. *Condemnatur deformitas, tanquam ominosa & improbi animi causa.*

40. *Quibus artibus fiat, ut pulchræ appareant fœminæ.*

41. Uxorem suam quisque putare debet pulcerrimam.

42. *Utrum possibile sit, ut sibi quisq; id persuadeat.*

43. *In amore licito nõ dari excessum, qui vituperari queat.*

44. *In amore aliquem sibi persuadere, quæ non sunt, propter vehementiam affectus.*

45. *Non omnia omnibus pulcra.*

46. *Pulcritudo propria fœminarum.*

47. *Conclusio de non negligenda, sed nec perditè expetenda pulcritudine.*

Propterea

PRopterea, nec error in divitiis, nec in pulcritudine remoram injicere potest, vel quodcunq; demum ignoretur ex iis, quæ tribuere & eripere solet fortuna, vel quæ ad conjugium nihil attinent, ut si iracundior paululum reperiatur uxor, quam tranquillam credideras, si asperior & dissolutioribus moribus. Filius quidem causam habet, quare cogenti patri obluctari possit, quando *indignam moribus* ipsi elegit, *l. sed qua patris. de sponsal.* Rixosi autem societas meritò defugitur: *l. 14. de rit. nupt.* & nihil est, quod firmiorem promittat amicitiam, quam concordia & bonitas morum. Apud Apulei: *8. Metam.* procus, qui cæteris omnibus genere antistabat, *judicio morum tamen improbatus repellitur.* Nam si servos refractarios, protervos, respuere nobis licet, *l. 1. & seqq. de Ædil. Ed.* cur non eosdem mores detestemur in perpetua & individua vitæ socia? *Dos est magna parentium virtus,* Horat. 4. Carm. od. 24. nec facilè à majorum virtute præsumuntur liberi degenerare: sed certior dos est bona educatio, morum formatrix & correctrix. *Educatam bene uxorem præstat habere sine dote, quam divitem malè educatam,* ait Diodorus Synopensis. *arg. l. si quis stipulatus in fi. de V. O.. Bald. in l. vidua. C. de nupt. Mauser. de nupt. Inst. in pr.* Quantumvis enim benè præsumatur pro Nobilitate, tamen evidentia signa, quæ suppeditat educatio, præsumtioni dubiæ, & quam quotidiè experientia fallacem facit, longè præferri debent. Hinc Libanius ad Solonicum: *Uxorem cognitam jubet duci: cuius parentes & matrem præcipuè bonis moribus præstantem noverimus.* Quod si asperis moribus ex conversatione deprehendat sponsam destinatam filius, aut viceversa, rationem quidem & causam habet adversandi imperio patris: Verum ubi semel consensit, etiam per errorem morum, non datur amplius pænitendi locus, quia error tantus non est, qui vergat in disturbationem matrimonii.

1. Non tenetur quis consentire in sponsam male educatā.

2.

Censen' verò te reperire posse ullam mulierem, quæ careat culpa. Omnibus malis Punicis, inest granum aliquod putidum, & vulgò dici solet: Virginis mores non prius detegi, quam ipsa tegat caput. Sermo, quantumvis durus alias & incomtus, svaviter aures ferit, si ex ore pulcræ Virginis fluat. Mores, quantumvis hispidi, non displicent, si temperentur præstantia formæ. Et sicut vinum sæpe probamus propter poculi caritatem: ita mores non discernimus, intenti in præstantiam subjecti. Vbi verò cum tempore nubes oculorum disjicitur, & apparet vermis, qui sub specie externa sese velarat, utendum est consilio Apostoli & sciendū,

3. Virgines bonos videri probos.

4. *Ob leviculas rationes nō distrahitur conjugium.*

rem nobis esse cum vasis fragilibus, nec cum Iudæis statim properandum ad divortia, si vel in publico apparuerit uxor, vel obliquos & retortos oculos in maritum conjecerit, vel cum servo Augusti *mensa forte catillum Evandri manibus tritum dejecerit*, *Horat. Saty 3. libr. 1.* aut alia minuta peccaverit, ob quæ Iudæos solere matrimonia solvere testatur Christianus Gerson *de Relig. Rabin.* *Hæc dum ignoras, dumq; incipis*, ait Comicus, *gravia sunt, ubi cognoris* & in mores tuos, lenitate & prudentiâ, quicquid durum & inæquale occurrit, traduxeris, *levissima.* Sequax enim est mulierum, imprimis virginum natura, & ut sunt minus prudentes, minus vivendi præceptis præoccupatæ, ita facilius ad viri, quem amant, monita se deflectunt, multiq; lenitate pravos mores uxorum in melius demutarunt, siquidem, dicente Æliano *lib. 3. c. 10.* *benevolentia plurimum valet apud Amasias ad inserendum studiū virtutis, si moderati sint ipsi & honesti.*

5. *Ob fœditatē an solvantur sponsa.*

De pulcritudine quæstio videtur reddi magis dubia, propterea, quod jure divino viro potestas erat facta divertendi ab uxore *ob aliquam fœditatem*, *Deut. 24. c. non satis. 34. q. 2.* quod sic imitati sunt Canones, ut Sponsalia de futuro solvant ob notabilem deformitatem, *c. Quemadmodum vers. quod si post. junct. gl. & ibi Imol. col. 2. de jurej.* idq; ad prævertendam suspitionem adulterii. Nam, *ut ait Ausonius*,

Deformis uxor cui sit, ancilla elegans,
Uxorem habere, subigere ancillam velit.

Et Libanius ad Salon. inter cæteras causas, ex quibus pulcritudinem sponsæ commendat, *Qui*, inquit, *forma præstanti uxorem domi habet, alieno toro non insidiatur.* Casimirus M. Rex Poloniæ, dignitatē suam illicita Venere tantopere non inquinasset, nisi Adeleidam Henrici Hassiæ Landgravii filiam, propter deformitatem suo amore indignam judicasset, *Cromer. libr. 12.* Amor quippe stabilimentum est conjugii & in consensu præsupponitur, sive in affectione maritali, quæ conjugium constituit. Amor autem, *definiente Platone in Symp.* est *desiderium pulcri*, prout Leo Hebræus *in libr. de amor.* & Camutius *in lib. de felic.* Scal. *ex. 300. sect. 3.* prolixe & eleganter declararunt. Cum igitur conjugium non subsistat sine amore, nec amor sine pulcro, decipi constat amorem eius, qui ranam arripit pro Diana, aut in Spinturnicia & Pitacea incidit Plauti, cum se putaret amplexurum Helenam, pro cujus forma tota Græcia decem annos

6. *Amor fundatur in pulcro.*

bellum

bellum geſſit. *Iſocr. de laud Hel. Quintil. 8. Inſt.* Propterea ſunt ex ICtis, qui inſpici poſſe, de vitio occulto ſuſpectas virgines cenſent, idq; defendit Aretinus *conſ. 142. Ex facto proponitur, quod Illuſtris in 3. & 4 dub,* de poſtulatis Franciſci Sfortiæ ducis Mediol. qui cum Dorotheam Ducis Mantuani Ludovvici filiam filio ſuo Galeatio deſpondiſſet, petiit, ut quibuſdam Medicis filia nuda oſtenderetur, illiq; dijudicarent, an virgo vitio aliquo laboraret, quod Ludovvicus quidem recuſavit, rectè, *ſi Tiraq. l. 4. Connub. audimus,* ſed *ſi Aretinum d. conſ. & Dec. in d. c. propoſuiſti. in 2. not.* minus rectè. Cum idem peteretur à Clementia, Caroli II. regis Neapolitani filia, & amici diſſuaderent, ne ſe conſpiciendam exhiberet, etiam per linterulam, ut Proci à rege Galliæ ſubmiſſi rogarant, *Non amittam,* ait ipſa, *regnum Galliæ pro iſta linterula. Summont. lib. 3. hiſt. Neap.*

T. *Virum inſpectione detegendæ labes occultæ puellarum.*

Regibus hic mos eſt, ubi equos mercantur, opertos
Inſpiciunt: ne ſi facies, ut ſæpe, decora
Molli fulta pede eſt, emtorem inducat hiantem,
Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Hoc illi rectè: Nec corporis optima lynceis
Contemplere oculis: Hypſæa cæcior illa,
Quæ mala ſunt, ſpectes. O crus, ô bracchia! Verum
Depygis, naſuta, brevi latere, ac pede longo eſt.
Matronæ præter faciem nil cernere poſſis,
Cætera, ni Catia eſt, demiſſa veſte tegentis. Horat. 1. Sat. 2.

Paulò ſecus Sene. *Epiſt. 80. in fi. Equum emturus, ſolvi jubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum æſtimas? Mangones quicquid eſt, quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Itaq; ementibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt: ſive crus alligatum, ſive bracchium aſpiceres, nudari juberes, & ipſum tibi corpus oſtendi,* &c. Habet certè uxoris acquiſitio aliquid Emtioni ſimile, quemadmodum ſpecies aliqua matrimonii Romanis vocabatur ex *coemtione, Arnob. 4. contr. gent. Boet. in 2. com. in Top. Cic. Sigon. 1. ant. jur. civ.* quando mulier unum ex tribus aſſibus viro dabat, quaſi coemtionis gratia, *Iſidor. 5. Etymol. c. 24.* & Græcos ſibi invicem uxores emiſſe teſtis eſt Ariſt. 2. *Polit. c. 6.* ſicut & Iphidamas Antenoris filius ſocero centum boves tradit, pro quibus uxorem recipit apud Homer. *Iliad. 11.* cum adhuc mille promiſiſſet capras & oves.

ſcilicet

πρῶθ᾽ ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι᾽ ὑπέστη
αἶγας ὁμοῦ, καὶ οἶς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.

Indi multas simul ducebant uxores & singulas pari boum coemebant. 8. *Mulieres olim emtae fuisse.* *Strab. lib.15.* & adhuc hodie Turcae parentibus pretium numerare solent pro abductione filiarum, *ut refert Menav. in relat. captiv. Turc.* Assyrii olim Virgines conjugio maturas in unam aliquam civitatem conducebant, & venũ proponebant. Et quam quisque emisset, sponsam abducebat. *Æli. lib.4. c.1.*

9. In emtione verò ubiq; curant Ædiles, ne emtores à venditoribus circumveniantur, *l.37. de Ædil. edict.* & aequitatis summae censent ICti, ut emtores ante contractum certiores fiant, de vitio mercium. *l. 1. § venditor de act. Emti. l. 1. in pr. & per tot. t. de Ædil. Ed.* quod & Cicero probat. *3. off.* *Alioquin reticentia pœnam esse* addens, *Hottom. part. 3. Comm. in 12. tab. ubi plura, ut & apud Apulei: 8. Metam. mihi p.331.* & Valerius ait: *li. 8. c. 2. in pr. Bona fidei venditorem, nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare oportet.* Quasi verò eadem sit in conjugio & Emtione ratio, pergit Horat. *2. Sat. 2.*

Cois tibi pene videre est
Ut nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculo latus. An tibi mavis
Insidias fieri, preciumq; avellier ante,
Quam mercem ostendi.

10. *Galba & Crates se denudarunt sponsis.* Sergius, Galbae pater, huic consilio conformem se gessit, quando Liviae Ocellinae, à qua obstinatius in Virũ appetebatur, secretò detracta veste, gibbum suum ostendit, ne ipsum postea doli accusare, aut se deceptam queri posset: *Suet. in Galb. c. 3.* non minus, quam Crates philosophus, gibbosus, cuius nuptias cum ambiret Hipparchia, is interscalpiũ gibberosum detexit, peramq; cum baculo & pallium humi posuit, professus puellae, eam sibi esse suppellectilem, eam formam, quam videret. *Apul. 2. Florid.* Et

11. *Virgines honestè nudae nõ conspiciuntur.* viris quidem ignoscendum, si vitia in non pudenda parte corporis revelarint: Virginibus verò pariter ignosci non posset, quippe quae honestè à viro conspici sine veste non debent. P. Vinitius repellendam censet à sacerdotio virginem captam & venditam, *quod nuda in littore stetisset, ad fastidium Emtoris, quod omnes partes corporis, ipsi & inspecta & contrectata sint.* *Sene. 2. lib. decl. 2.* Antonius objecit Augusto *quaesitas conditiones per amicos, qui matresfamilias & adultas aetate virgines*

denuda-

rent, atq; perspicerent tanquam Thoranio mangone vendente. Suet: in Aug: c. 69. Nec absq; ratione Theodor: *9. de curat: græcan. affect.* reprehendit Platonem, quod nudari voluerit virgines in palæstra, ad imitationem Lycurgi. *Xenoph: de Spart. Rep: Plutar. in Lyc.* Nam cum Caracalla Iuliam novercam saltem ad umbilicum nudam conspexisset, in illicitum eius amorem exarsit, *Spart. Carac:* & Gyges servi animum in sui perniciem pellexit, quod nudum uxoris corpus ipsi ostenderet, & formam tam admirandam ab ipso quoq; cum admiratione conspici incantè voluisset, *Herod: lib. 1.* qui idem addit: *Mulierem cũ tunica simul exuere verecundiam,* de qua re extant severæ admonitiones Patrum. *Clement: Alex. in pædag. libr. 2. c. 9. libr. 3. c. 5. Tertull: in libr. de Velã. virg: Theodor. de virt: activ. Hieron. de inst: filiæ ad Lætam.* Mos Arabum fuit, ut mulieres non caput tantum, sed & faciem ita tegerent, quo uno oculo liberæ essent, *contentæ, dimidiam,* vt loquitur Tertull. morem hunc impensè sibi placere addens, *frui lucem,* potius, quam totam faciem prostituere. Mavult fæmina videre quã videri. Quas propterea infelicissimas esse dixit Romana quædã regina, quod adamare magis illæ, quã adamari possint, cùm sint vel ex alterius infelicitatis & quidem frequentioris, immunitate felices, quia felicius adamari, quam adamare, fæminæ possint. Eumque habitum nõ tantum adhuc apud confines Arabib9 populos observari testantur Dusa *in itine. Constant.* Zedlic: *in capt: sua,* Rauvvolf: *in itin Arab.* sed & inde ad Italos, Hispanos & Gallos defluxisse videmus, quorum fæminæ faciem solent tegere, & mammas, adeoq; totum pectus detegere, in eo meritò reprehendendæ, quod illicium amoris cuivis obvium ferant, & faciem non verecundiæ, sed vel superbiæ, vel lasciviæ causa obnubant. Seneca etiam contra hunc morem stomachatur *libr. 2. declam: ult. Infelices, ait, ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit, & nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusq; agnoverit.* Ambrosius ait. *3. de virgin. An quicquam est tam pronum ad libidinem, quam inconditis moribus ea quæ vel natura abscondit, vel disciplina nudavit, membrorũ operta nudare?* Nec simulata illa occultatio, facit, ad cõpescendos impetus juventutis, quia, ut Mich. Montaig: ratiocinatur de legib. sumtuarijs *lib. 1. c. 43:* nitimur in vetitũ & negata semper, quæq; non licet assequi, impensiori appetitu prosequimur. Philoxen9 gulosus, quã maximo pretio caupo

12. Vtrum virgines faciem tegere & mammas nudare debeant.

13. Nitimur in vetitum.

corpo vendebat, ollam à puero emi volebat, *Hoc suavior*, inquiens, *& jucundior erit, quò majori precio eam emero*, *Ælian.lib. 10. c.9.* C. Caligula in extractionibus prætoriorum atq; villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, *quã quod posse effici negaretur*. *Sueto.in Cal. c.37.* Pariter

Leporem Venator ut alta
In nive sectatur, positum sic tangere nolit. Ita amator
Cantat & apponit: Meus est amor huic similis: Nam
Transvolat in medio posita, & fugientia captat.

Horatius. 1. Satyr. 1. Proinde rectè Pierr. Matth. *libr. 2. histor. Narrat. Les deffences*, ait, *ne servent, que d' en donner plus d' envie*, & Lycurgus, cum nudas in palæstra virgines exerceri vellet, eò respexit, ut perpetuo intuitu fervor juvenilis elanguesceret, quod Afris quidem & Americanis, qui nudi incedunt, ex frequentia accidere credit Mich. de Montaig. *li.2. des Essais.* Inhonestè autem facies non detegitur, sed illæ potius partes, quibus mulieres sunt mulieres, quasq; ipsa natura in secretum detrusit locum, & utrinq; ita munivit, ne facilè oculis patescerent. Lysidicen laudat Tertull. *de virt. act.* quæ ne quidem, *cum lavaretur, subuculam exuit*, rata illud Hieronym. *de Instit. fil. ad Lat.* verum esse: *Mihi omnino in adulta virgine lavacra displicent, quæ seipsam debet erubescere, & nudam videre non posse.* Quid hic diceret, si promiscua virorum & mulierum balnea, in civitatibus quibusdam Hanseaticis reliqua, ingressus, alternatim viros & fœminas desidentes vidisset? Nec mirum, quod Averrhoi relatum est, viro in tali balneo excidisse semen: sed id mirum, quod illud à fœmina superveniente attractum credat. *2. Coll. c.* Nam & illud obiter ridere licet, quod Thomas affirmat, *quod l. 6. art. 18.* puellam pollutam à patre, qui cum custodiæ causa dormiebat, concepisse ex asperso semine, quod Thostatus *com.c.19. Gen.* trahit ad incestũ Lothi excusandum, q. & is dormiendo potuisset pollutione filias imprægnare. Cato ne quidem cum filio ingrediebatur balneum: & communi more apud Rom. receptum erat, ut gener cum socero nunquam idem intraret balneum, quia religionem putabant prohibere, ut se invicem nudos conspicerent. *Plutarch in Caton. Maj.* De Gordiano seniore scribit Capitol. *in Gord.* Socero suo Annio Severo tantum detulit, ut nunquam cum eo lavarit, nunquam illo præsente sederit. Antoninus Philosophus quoq; lavacra mixta removit, *ut scribit Iulius Capitol. in eius vita.* Iustinianus inter

14. *Balnea promiscua improbata.*

ter causas divortii retulit, si uxor commune lavacrum cum viris habere ausa fuerit. *l.ult. C. de repud. & Auth. de nupt. Item, ut liceat matr.* Turcæ uxores suas abigunt etiam ab iis balneis, quibus non conveniunt, nisi promiscuæ mulieres. Compertum enim est, juvencularum aspectum in præposterum amorem rapuisse vetulas, ut refert, & exemplo nefando confirmat Busbeq. *Epist. 3.* Spectata in balneis Diana Actæonem vertit in feram bestiam, *Ovid. 3. Metam.* Bethsabæa Davidem in parricidium rapuit simul & adulterium. Germani tamen antiquitus promiscuè in fluminibus perluebantur, ex quo fiebat, ut pubertas & corruptio cujusq; cuique pateret. *Cæs. 6. bell. Gall.*

Rectè igitur negavit Ludovvicus Sforciæ morem gerere, quia honestè virgo à viris inspici nequit, nec nævus aliquis corporis tanti est, ut matrimonium possit impedire. Multò minus probandi sunt mores eorū, quos refert gl. *in §. Non eos verb. præstiterunt. Inst. de here. quæ ab int.* cum concubinis primùm experiri, utrum utero gerere possint, & rejicere, quas minus ad conceptū idoneas deprehenderint. Distinguimus n. inter enormē & monstrosā deformitatē, in quā nemo præsumitur cōsentire voluisse, & inter nævū aliquē corporis, qui nec amorē disturbare potest, nec sponsalia dissolvere, quia Amor nō fundatur tam in forma corporis, quā decore animi. *Certius amor morum: Formam populabitur ætas*, ait Ovid. & Lucret. *Nec divinitus interdum Venerisq; sagittis* 16. *Distinguuntur monstrosa deformitas à nævo tolerabili.*

Deteriore fit ut formā muliercula ametur.
Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis,
Morigerisq; modis & mundo corpore culta,
Ut facilè insuescat vir secum degere vitam.

Duplex in homine ut pars, ita pulcritudo. Platonici totā hominis essentiā ponebant in anima, & corpus nihil aliud censebant esse, quā receptaculum hominis, *Plat. 1. Alcib. Procl. de an. & dæm.* quorum sententiā imitatur Cic. inquiens: *Non n. homo is est, quem forma illa declarat, sed mens cuiusq; is est quisq;, non ea figura, quæ digito monstrari potest.* Cæterū Peripatetici abstractum hominem non considerant, nec is ad conjugia ineunda accersitur, ad quorū complementum concurrit etiam habitus corporis, ut ita pulcritudinē non solū in animo quærere debeamus, sed etiā in corpore unde sponsæ in sacris literis, non tantū à virtutibus commendantur, sed & decore corporis, *Cantic. 2. Psal. 44. Eccl. c. 26. & 36.* & Dei donum dicitur forma, *August. 15. de civ. Dei. c. 22.* quod Paris injuria sibi à fratre Hectore objici conqueritur, *apud Homerum Iliad. 3. γ. paulò post pr.* 17. *Pulcritudo etiam corporis spectari debet.*

Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσῆς Ἀφροδίτης.
οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Afranius pulcritudinem dotis loco habet: *Formosa virgo est: dotis dimidium vocant isti, qui dotes negligunt uxorias.* & Apul. lib. 2. Apol. *Virgo formosa, etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est.* Nostri dicunt, quod splendida virgo dotem ferat in fronte. Publius Syrus: *Formosa species, muta commendatio est.* Icti etiam nobilitatem & divitias censent recompensari pulcritudine, ita vt juvenis formosus ignobilis cum nobili minus pulcra copulatus, non censeatur superiorem duxisse, cum in altero præponderet forma, in altero nobilitas, æqualis vtraq; momenti & ponderis. *Alexand. in consi. 209. ponderatis his. col. 7. & seq. Chassan. in cata. glor. mund. consi. 5. c. 18. Tiraq. in Conub: 3. gl. n. part: 3. Alber. Gent: 4. de nup. c. 13.* quo spectant versus Martialis.

Ingenuam malo, sed si tamen illa negetur,
Libertina mihi proxima conditio est,
Extremo est ancilla loco, sed vincit vtramq;
Si facie nobis, hæc erit ingenua.

Cum igitur nobilitas & dos, quibus præstantia formæ æquiparatur, verisimile sponsalibus injiciant impedimentum, pulcritudinem quoq; non parum momenti ad hanc rem habere certum est, de qua etiam Scholastici disputant, nec satis inter se concordes, utrum ob pulcritudinem liceat alicui sine peccato ducere vxorem. *Cajetan: in 2. tom: q: 3. de matrim: Ambros. Cathar: lib. 5. contra Cajet: c. de matrim: Peren: libr: 9. disp. in Gen. de Iacob: & Rach: agens. Thom: Anglicus, in c. 28. Gen:* Tandem, quando Rahelem dilectam reperiunt à Iacobo, nec id improbari vident à sacris literis, vt nec Ahasveri nuptias, quas instituere cupiebat, cum lectissima muliere, ex omnibus provincijs, *Esth. 2.* concludunt *cum Lombard: & Bonav: 4 sent: dist. 30. & Thoma ibid. q. 1. art. 3.* non peccare eum, qui pulcritudinem præ oculis habet, quando vxorem ambit, dummodo eam non præfigat sibi, vt caussam principalem, licet eius admiratione ad conjugium propulsus fuerit & inductus, *Covarr. de matr. part. 2. c. 1. §. 1. n: 7. Perer. d. libr. 9 Thom. Anglic. d. c. 28. ex Hugon. de S. vict. Major. 4. sent. dist. 26. q. 2.* Nam Eleasar commendat Abrahamum, etiam à divitijs, vt facilius inducat parentes Rebeccæ: *Gen. c. 24.* Sara, Rebecca, Sunamitis, *3. Reg. c. 1.* Iudith & Esther commendantur a forma. Et quis vetet, ut in pulcritudine, quæ donum Dei est, quis se delectet, nisi illi ita se mancipet, ut primarium finem conjugij vel

19. *Verum in foro conscientiæ liceat vxorem capere ob pulcritudinem.*

gij vel prorsus secludat, vel susq; deq; habeat. Deus ipse probat propositum eorum, quibus ex captivis placeant pulcræ puellæ, easq; sinit domum deduci, *Deut. 21. & Deuter. 24.* sinit dissolui coniugia *ob excedentem fœditatem:* quod intelligunt ICti quoq; per *Turpitudinem, l. sed quæ patris, de sponsal.* quando filiæ datur potestas refragandi, si turpem sponsum pater elegerit. Non enim peccatur appetendo ea, quæ pulcra sunt, aut in quibus sibi placent homines huius mundi, sed peccatur, præposterè appetendo, & præferendo ijs, quæ Deus primo loco à nobis appetita cupit, vt sunt fines matrimonij in sacris literis expressi. De Zenobia refert *Pompon, in Zenob:* quod viro nunquam vsa sit, nisi tentandi conceptus gratia, qui finis est primarius conjugij: Hinc cœperunt iterum Scholastici litem movere, vtrum peccet, qui eum animum ad torum non affert, de qua re etiam sollicitus est Augusti. *de bon. coniug.* Primarium finem conjugij fateor, consistere in eo, ut procreetur soboles & sint conjuges sibi mutuò adjutorium: cæterum nihil prohibet, quin cum hoc conjuncta esse possit delectatio secundaria, quia Salomon præcipit *Proverb. 5. Lætare cum muliere adolescentia tua, & in amore eius delecteris jugiter.* & *Deut. 42.* conceditur immunitas novello marito & vacatio à militia per annum integrum, ex hac ratione, *quò lætetur cum vxore sua.* Paulus jubet. *1. Cor. 7. Ne fraudate alius alium, nisi ad tempus,* quia conjugium institutum quoq; fuit ad compescendam libidinem, toties reiterandum, quoties illa ob depravatam naturam se exerit, etiam si cesset finis primarius. Ita quoq; peccant, qui vxorem ducunt, ut pulcritudinem eius delibent, vbi tamen duxerint, non prohibentur ea uti. Nec tantum peccant, *ut Cathar, disputat contra Cajet. & placet Covarruviæ d. n. 7.* sed etiam politicè non rectè agunt, nec suis commodis satis prospiciunt. Sicut enim amicitia in voluptate fundata instabilis vocatur Aristoteli *8. Eth.* eò, quia voluptas cum ætate mutatur in horas: ita & amor conjugalis fixo nequit hærere pede, si tam fugaci innitatur fundamento.

20. *Christianis etiam jus est delectationem in conjugio quærere.*

21. *Amor instabilis, qui fundatur in fugaci pulcritudine.*

Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet? ait Iuven: *Sat. 6.*
Si verum excutias, facies, non vxor amatur.
Tres rugæ subeant & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculiq; minores,
Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi
Jam gravis es nobis.

 Ineptè

Inepte populi quorum meminit Curt. *lib. 10.* qui nuptias inibant, non genere, ac nobilitate, sed electa corporum specie. Inepte & illi, quorum meminit Diod. Sicul. *libr. 17.* Sophitæ Regi subiecti, qui neq; dotis, neque alius apparatus rationem habebant, sed formæ duntaxat. Hos merito rideat Olympias mater Alexandri M. quod solis oculis uxores ducant: *Athen. lib. 13. c. 32. Plut. in præc. Connub.* aut Plutarchus, qui summo vitio vertit Syllæ, quod ex solo intuitu exarserit in amorem Valeriæ, in id vitii cadens adultus senex, ob quod debuisset condemnare temeritatem juvenilem. *Plut. in Syll.* Si enim solis oculorum deliciis serviat uxor, fac bonum illud ὀλιγοχρόνιον, *ut vocat Isocr. ad Demon.* vernaliumq; florum velocitate fugacius, *ut ait Boet. 3 cons. Phil pros. 8.* ab ætate decerpi, fac formā deturpari, & splendorem annorum copia obumbrari, quemadmodum

22. *Forma infida & mutabilis.*

quantum accedit ad annos

Fit minor, & spatio carpitur ipse suo, quod idem Boet. *4. pros. 8.* itidem admonet: *Æstimate, quam vultis nimio corporis bona, dum sciatis hoc, quodcunque miramini, triduanæ febris igniculo posse dissolvi. Nihil quidem gratius decore*, ait Domitianus *in libr. de cura Capillor ad amic. sed nihil brevius. Sue. in Dom. c. 18.* Iam extincto amoris fomite, & amorem ipsum expirare necesse est.

Probitas, fidesq;, conjugis mores, pudor
Placeant marito; sola perpetuò manent
Subjecta nulli mentis atq; animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies. Sen. in Octav.

Tu, quisquis es, qui hæc legis:

Nimium ne crede colori.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Virg. Eclog. 2.
Non semper violæ, non semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.

Quicunq; igitur ex forma accenditur amor, *similis est igni furenti in paleis & leporinis pilis. Nam hic quidem facilè effervescit, sed citius deseruit, quam Asparagum coquere possis*, ut apposite Plutar. *de præc. con.*

Forma impulsi nostra nos amatores colunt
Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt,

ait Terent. *Heaut. Act. 2. sc. 4.* Nec tamen id sic accipi velim, quasi pulcri-

critudinis nulla sit habenda ratio; quia & corporis dotes considerandas esse supra dixi, & commendatas à sacris literis, in Sara, *Gen.12. 20.* Rebecca, *Gen.26.* Iudith, *Iudith c.10.* Esther. *Est.2.* Verum conjungendas suadeo dotes animi cum bonis corporis, ita tamen, ut his primæ tribuantur, nec sit de moribus ultima quæstio, quæ omnium prima in consilium deduci debet. Nam *felix est nigredo, quæ mentis candorem habet*, Bernhar. *serm. 2. in Cant.* & forma bona sæpe fallax præbet animi indicium. 23. *Mores spectandi ante formam.*

Sæpe etenim occuluit picta sese hydra sub herba,
Et nivea irrepsit furialis lilia vermis,
Quin animus nequam, atq; occulto crimine plenus
Sub specie formæ, incauto se sæpe marito
Vendidit, & misero tulit invida jurgia lecto, *ut in* Epithalamio *quondam à me scriptum est.* Duplex est ex forma præsumtio, eæque sibi mutuò contrariæ, quarum una rationem sequitur naturalem, altera Politicam. Nam qui pro forma pugnant, ex structura externa metiuntur inhabitatorem, ut pluribus deducit Tiraquell. *in l. 2. Connub.* Certè Nazianz. nihil boni sibi promittebat de Iuliano, quia facie erat distorta, *Socr. 3. hist. Eccl. c. 19.* quod & de Zoilo Martialis: 24. *Deformitas præbet indicium distorti animi.*

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Neminem enim posse bonum esse, qui sit egregiè deformis, dicebat Aspasio, & Rhas. *2. ad Almans. c. 3. Cujus facies est deformis, vix potest habere bonos mores.* De Vatinio Vellejus *lib. 2. In Vatinio, cujus odium abyt in proverbium, deformitas cum turpitudine certabat ingenij, adeò ut animus ejus dignissimo inclusus domicilio videretur.* De Iulio Peligno Tac. *lib. 12.* quod fuerit *ignavi animi & deridiculo corporis juxta conspiciendus.* Econtrario, Niceph. *lib. 10. c. 6.* de virgine, quæ Athanasiũ fugientem occultarat, *Vere*, inquit, *à majoribus dictum videtur: Qualia sunt corpora, tales esse animos:* (οἷα γὰρ ἡ μορφὴ, τοιάδε ἡ ψυχὴ. *Plut. in vit. Æsop.*) & de Lucretia Ovid. *6. Fast.* 25. *Pulcritudo est muta commendatio.*

Par animo quoq; forma suo respondet in illa,
Et genus & facies, ingeniumq; simul.

Is, qui Constantino dicavit panægyricũ, *Non frustra*, ait, *ut doctissimi viri dicunt, naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporũ digna metari, & ex vultu hominis ac decore membrorum colligi posse, quantus illò cælestis Spiritus intrarit habitator.* Apuleius in *Apol.* puerum ad divinandum jubet eligi *providum, & corpore decorum atq; integrum & animo solertem & ore facundum, ut in eo aut divina potestas quasi bonis ædibus diversetur, si dignè tamen ea pueri corpore includitur, atq; ipse animus, bona sedis incola, citius ad divinam naturam redigatur.* Unde Ambrosius *2. de virg: species corporis simulacrum est mentis, figuraq; probitatis*, & viceversa August: *§. ult. dist. 41 Incompositio corporis, inæqualitatem indicat mentis.* Galenus. *1. de v. P.* citat Hippocratem dicentem: *Naturam circumdedisse ridiculam animam simiæ ridiculo corpore*, quod ipse *2. de Temp: c. 6.* scripserat, *naturam conformare membra, prout moribus animæ convenit.* Cassius IatroSophista, quem se vocat, *in parvo probl: Medicor: libell:* ad hoc problema, cur monstrosæ formæ homines insipientes sint? respondet, *quia corporalibus consentiunt animalia, sicut animalibus corporalia.* Lycurgus ea de causa instituerat publicæ censuræ exponi recens natos, ut, in quibus pravi timerentur mores, ex pravitate oris, maturè in aquam proijcerentur, tanquam indigni Spartæ cives futuri. *Plutar. in Lyc.* Et ut hæc ex

26. quadam naturæ intentione speciosè deduci videantur, tamen Oratores & ICti contrarium sæpe præsumunt. *Ducitur*, ait Quintil: *5. Inst. c. de argu: frequenter in argumentum libidinis species*, & facilius adulterium cum muliere formosa, quam cum deformi præsumunt, *Abb: in c. 1. col. ult. vers. & hoc infero de Cler. non resid. Fel in. in c. præterea. n. 4. de test. Nevizan libr. 4. Syl. nuptiat. n. 76. Tiraq. de ll. connub. gl. 1. p. 2. n. 33. Polyd. de Ripa tr. de noct: temp. c. 35. n. 10. 11. Menoch: 5. præsumt: 41. n. 19.* Seneca *libr. 2. decl: ult:* argumentum corruptæ vxoris hinc petit, *quod adolescens formosus, dives, ignotus, in viciniam formosæ & in absentia viri nimium liberæ mulieris sæpe commigraverit*, nec rarò disconvenit indoli cum forma, quemadmodum Galbæ animus malè habitare dicebatur, *Macrob. 2. Sat: c. 6.* & AEsop9 in ridiculo corpore omnia ridẽtem gerebat animum: *Plan: in Vit: Æsop:* nec Socrati calva frons, simus nasus, repanda crura obstiterunt, quò minus Apollinis oraculo sapientissimus mortalium judicaretur, *Plin. libr. 36.* nec Philopæmeni incomta facies, quin totius Græciæ evaderet fortissi-

Nonnunquam ex pulcritudine præsumi libidinem.

fortissimus. *Plutarch. in Philop.* De qua re ita loquitur Seneca *Epist. 66. Iniquè se natura gessit erga Claranum, & talem animum malè collocavit, aut fortasse voluit hoc nobis ostendere, posse ingenium fortissimum & beatissimum sub qualibet cute latere. Potest ex casa vir magnus exire: potest & ex deformi humiliq; corpusculo formosus animus ac magnus.* Econtrario conjecturis decipiebatur Medea, quando ex Iasonis forma ita de ingenio eius ratiocinabatur: *apud Ovid. 7. Metam.* 17. *Sæpe disconvenit forma & ingenio.*

Sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Ut timeam fraudem, meritiq; oblivia nostri.

Verisimilem faciunt hanc conjecturam multa, ex iis, quæ Andr. Schoeff. & Thom. Sagitt. *in temp. virt.* Kornman. *de jur. Virgin. c. 99.* disputarunt de causis, ob quas, *ut ait Ovid. Ep. 15.*

Lis est cum formâ magna pudicitiæ. aut ait Iuven. *Sat. 10.*
Rara est concordia formæ,
Atq; pudicitiæ, sanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas.

Succinctè Seneca: *Argumentum deformitatis est pudicitia. lib. 3. de benef. c. 16.* Floridum quippe corpus, & quod commendat Comicus, succi plenum, indicat temperamentum floridum & Spirituum copiam, qui Veneris pruriginem stimulare solent, ut Arist. *2. Polit.* ratiocinatur, causam assignans, quare bellicosi viri, utplurimùm Veneri indulgeant, quia laudabili sunt temperie. Quod si naturâ eò non inclinent fæminæ, facilè tamen à tot irritamentis, quæ pulcritudinem circumstant, inclinari solent, 28. *Ob quas causas pulcritudo lasciviat.*

Ut corpus, teneris sic mens infirma puellis, Ovid. *Ep. 18.*

Innata omnibus est quædam quasi φιλαυτία, quæ facit, ut non tantum nostra, instar Simiarum, nimio amore prosequamur, sed & eadem ab aliis probari & amari gaudeamus, eique eò minus legem dare sciunt fæminæ, quò minus animum ad virtutes, vel præceptis vel exercitio obfirmârunt. Ergo ubi pulcritudinem suam vident esse in oculis & admiratione omnium, instar pavonum, spectantibus caudam ostentantium, aut lusciniarũ, intensiori voce exordientium, ubi diligentem nactæ sibi videntur auditorem, magis magisq; sibi placent, & in superbiam excrescunt viro intolerabilem & non raro perniciosam. Nam, quæ jam incipit aliis velle placere, digniorem se censet, quam ut uni viro formam tam luculentam consecret, quâ posset totum mundum sibi amicum capere. Hinc illa

lenocinia, quæ describit Sene. 2. lib. decl 15. *Prodite mihi fronte in omne lenocinium composita, paulò obscænius, quam posita veste, nuda, exquisito in omnes facetias sermone tantum non ultrò blandientes, ut quisquis viderit, metuat accedere. Deinde miramini, si cum tot argumentis pudicitiam proscripserit, cultu, incessu, facie, aliquis repeiatur, qui incurrat, & reti adultera lascivientis se non subducat.* Non est, ut hoc metuas in deformi, aut forma, quam vocabat Ennius *statam*. Phavorinus, *uxoriam*, *apud Gell. lib. 5. c. 2.* quia rectè Seneca *libr. 2. Contr. 1. Fæminæ, quæ malam faciem habent, sæpius pudicæ sunt. Non animus illis deest, sed corruptor.* Bustus *in 1. part. Rosar. serm. 331.* crassa similitudine comparat deformes mulieres macellorum tabulis, quæ furem non metuunt, sed die noctuq; in foro relinquuntur, tutæ vilitate sua. Esto, *ut objicit Kornman. d. c. 99.* Exorbitent etiam deformes, quandoquidem

29. *In deformi nõ occurrunt violenta præsumtiones in pudicitia.*

Iliacos intra muros peccatur & extra:

Tamen animus ille facilius compescitur, quia foras non expugnatur, nec tot blanditiis evocatur. Facilius est resistere uni hosti, quam integro exercitui. Pulcritudinis verò proprium est, ut desiderio sui animos omnium ad se alliciat, ut quidem docet Plato *in Symp.* & experientia ratioq; testatur. Sicut enim bona definiuntur Aristoteli, quæ ab omnibus expetuntur: *1. Eth. c. 1. 2. Top. c. 2.* ita & pulcra, quæ aut coincidunt cum bonis, aut ab iis non longè absunt, *ut in Metaph: docuimus.* Et sicut juvenum animi non sunt perfectè virtutibus instructi, ita nec in veram vergunt pulcritudinẽ, quam in animo potius quærere debebant, sed quia oculis corporis tantùm ferè utuntur, non æstimant nisi pulcritudinem corporis, eaq; quasi violenter trahuntur. Socrates jubebat fugere omnia pulchra, *quod etiam à longe vulnera infligant, & non patiantur moderationem appetitus adhibere. Nam cum Critobulus osculum dedisset pulcro Alcibiadis puero, jussit ipsum per annum peregrinari, quod intra id spatium vix queat ab isto morsu reconvalescere. Xenoph. lib. 1. de dict. & fact. Socrat.* Spurina adolescens, cum prævideret formam suam mulieribus nimis esse invidiosam, proindeq; parentibus suspectam, faciem vulneribus conscidit, deformitatemq; sanctitatis suæ fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis esse maluit. *Valer. lib. 4. t. de verecun. Mamert. in Paneg.* Taurinensis quidam nobilis uxori adulteræ simili consilio nasum abscidit, ut

ab amatoribus domum sibi vacuam præstaret. *Navizan. lib. 2. Syl. nupt. n. 86.* Crudelius uxor Theodeberti regis Lotharingiæ, quæ submersit filiam in Mosam fluvium, quod timeret, ne pulcritudine eius accenderetur animus Regis. *Gill. in Annal. Franc.* Miles Comicus, cum formam suam ab omnibus experi ab assentatore audiret

Nimia, inquit, *miseria est hominem esse pulcrum nimis.*

Quod verò à multis oppugnatur, ab aliquo demum expugnari necesse est, & ut primum, & fortasse etiam tertium insultum sustinuerit, atqui quarto concidit, quod crebrò concutitur. 30. *Pulcritudo intuta, ob multitudinē expugnatorū.*

Difficile custoditur, quod multis placet, ait Mimus, & Hier. 2. contr. Iovian. *Aliquo modo vel aliquando expugnatur, quod undiq; incessitur. nec facilè custoditur, quod plures amant, & in quo totius populi vota conspirant.* Cæsar de Induciomaro in Vado deprehenso, *lib. 5. in fin. Cum unum omnes peterent, tandem in quorundam manus incidit.* Tritum est & illud: *Deformem ferre grave, formosam servare difficile*, quò direxit dilemma suum Bias: *Si duxeris formosam, habebis κοινὴν, si turpem, ποινήν.* *Stob. ser. 65. Gell. 5. c. 11.* Pamphilus etiam timet formæ, *in Andr.*

Hujus ætatem & formam vides,
Nec clam te est, quam illi utraq; res inutiles
Et ad pudicitiam & ad tutandam rem sient.

Tot hostium, quorum insidiis exposita est forma, externas machinationes juvat conjuratio mulieris domestica, quæ & suopte impetu quærit placere amicis, & præ superbia, formæ individua comite, in mariti contemptum facilè exardescit. 31. *Pulcrā sequitur fastus.*

Fastus inest pulcris, sequiturq; superbia formam, ait Ovid. *1. Fast.* & Pontan. *in Parthen. lib. 1.*

Et rigidos mores forma superba facit.

Mariamne uxor Herodis, licet cætera sobriè & castè viveret, insolens tamen extitit formæ conscientia, *Ioseph. 16. antiq. c. 9. Egesip. lib. 10. exc. Hieros. c. 38.* quæ res Herodem in Zelotypiam adeo conjecit, ut cum foris felicissimus regum haberetur, domesticis uxorum & liberorum cladibus confectus perierit. *Uxor* enim *pulcra, res est suspitionis plena*, ut ait Chrysost. *hom. 67. ad pop. Antioch. & hom. 22. in Gen. Chi ha caval bianco & bella*

mogliere, non e mai senza pensiere, dicunt Itali, & Horatius, *lib. 5. Ep. 15.*

Qui cupiet, metuet quoq;: porrò
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

Id quod apparet ex exemplo Herodis, qui uxorem etiam interimi jusserat, se mortuo, ne quisquam eius pulcritudine frueretur, Item & regis Candaulis *apud Herod. li. 1.* cui Gyges propterea vitam, de qua sibi timebat, abstulit. Ungarus quidam Zeugminensis civis, expugnata à Manuele Comneno, urbe, uxorem gladio trajecit, ne in manus hostium deveniret. *Nicet. 4. Annal.* Lepidus mærore extinctus legitur, cum ex literis forte fortuna inventis, videret ab aliis uxorem suam, usq; ad perpetratũ adulterium, adamari. *Plut. in Pomp.* Zelotypia quippe ista multas mulieres egit in furorem, & Zelotypis ipsis sicarium supposuit: *Petrarch. lib. 1. de reme. utri: fort. c. 72. Nevizan. 2 sylv. nupt. n. 92.* Multis etiam mortis &
33. summorum discriminum causa extitit uxoris pulcritudo, qua cum potiri mæchus non posset, vivo marito, à parricidio scelus adulterii exorsus est. Annon Helenæ forma funesta fuit toti Græciæ, Lucretiæ, & Virginiæ toti urbi Romanæ? *l. 2. §. initium de orig. Iur.* Unde Iuven. *Sat. 10.*

Vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit: cuperet Rutila Virginia gibbum
Accipere, atq; suum Rutilæ dare.
Et fuit ante Helenam cunnus deterrima belli
Causa, sed ignotis perierunt mortibus omnes.

Pulcritudo noxia.

Betsabeam, quia aliter sine crimine non poterat, cum parricidio Uriæ in thalamum regium non tam deduxit, quam rapuit David. *2 Reg. c. 11.* Abraham vix exivit periculum vitæ, in quod conjecerat ipsum pulcritudo uxoris, quam etiam desponsam sibi, ad declinandas insidias, negabat, *Gen. 12. & 20.* quem locum cum enarraret Ambros. *lib. 1. de Abrah.* *Hic docetur*, inquit, *non magnopere quærendum decorem conjugis, qui viro necem plerumq; gignere soleat*, ut non immeritò Theocritus *apud Laert in Arist:* uxorem pulcram vocet ἐλεφαντίνην ζημίαν, seu *Eburneum* aut *speciosum detrimentum.* Plutarchus narrat Synorigem Galatam interfecisse Sitanum, ut Camma ejus uxore potiretur, quod cum factum esset, Camma, mariti necem ultura, venenum Synorigi, novello marito, vicissim propinavit. *de clar. Mulier.*

Nihil tale timendum in uxore, præ pulcritudine non superbiente.

Eas

Eas quippe *fœminas incolumi ferè pudicitia esse, quæ stata forma forēt*, scripsit Ennius *in Menalipp. Trag.* & Phavorinus apud Gell. *libr. 5. c. 11.* respondet ad dilemma Biantis, quod inter pulcerrimam fæminam, & deformissimam, media quædam forma sit, *quæ à nimia pulcritudinis periculo & à summo deformitatis odio vacet.* *Stata & mediocris forma præfertur.*

Illud, quod medium est, atq; inter utrumq; probatur,

Nec volo, quod cruciet, nec volo, quod satiet, ait Martialis. Hanc formam nominat Gellius *modicam & modestam*, quia pulcritudo id quoq; vitii secum affert, quod homines projiciat in otium, & luxuriem, &, quæ utramq; sequi solet, immodestiam. Sicut autem naphta transcurrit ad ignem, ita amor ad ocium & mollitiem.

Quam platanus rivo gaudet, quam populus unda,
Et quam limosa canna palustris humo,
Tam Venus otia amat. Ovid lib. 11. Amor: 35. *Pulcritudine sequitur otium cum fastu.*
Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.
Res age, tutus eris.

Tritum est illud veterum: *Periclitatur castitas in delitijs, Humilitas in divitiis, Veritas in multiloquio; Probitas in negotio.* Fastuosæ autem mulieres domi semper desidere volunt, non ad colum aut focum, ne qua fuligine conspergant fulgorem frontis, aut laboribus obdurent manus, sed ad speculum, ubi comuntur, & moliuntur; sive foras pedem proferent, ne quā amator obvius nævum alicubi deprehendat, aut desuper despectans incompositos subsannet crines, sive domum se referent, ne vel aspredine aëris venustati aliquid delibutum fuerit, vel per incuriam in platea oris artificiosi compressio defluxerit. Interim pessum it res familiaris, aut prorsus neglecti, aut infidis curatoribus & ancillis in manus tradita, & maritus oneratur novis sumtibus, non tantum in mundum uxoris, sed etiam in familiam, quam cogitur alere longè ampliorem, quia administratione uxor abstinet, & ad fastum suum plurium auxiliatricibus indiget manibus, quarum Catalogum recenset Megadorus *apud Plaut. in Aulul. act. 3. sc. 5.* postquam ab initio dixerat: 36. *Pulcritudo etiam sumtuosa.*

Meo quidem animo, si idem faciant cæteri,
Opulentiores pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum
Et multò fiat civitas concordior,

Et

Et invidia nos minore utamur, quam utimur,
Et illa malam rem metuant, quam metuunt, magis.
Et nos minore sumtu simus, quam sumus. Rectè Menander in fragmentis.

Γυνὴ πολυτελὴς ἐς' ὀχληρὸν, ϰ᾽ οὐκ ἐᾷ
Ζῆν τὸν λαβόντ' ὡς βούλεται.

Cum tot igitur periculis, incommodis & suspitionibus cum sit conjuncta pulcritudo, quis adeò demens, ut ex flamma cibum petere velit, quem extrahere non posset, nisi manum combusserit, & plus damni accersiverit sibi, quam lucri. Etsi enim forma elegans irritamentum sit amoris, & colliget animos juvenum, qui his rebus potissimum ducuntur, *8. Eth. c. 4.* adeò, ut etiam colligati maneant, longa conversatione uniti, postquam jam superbia formæ defloruit: tamen soli ipsi tantum minimè tribuendum putaverim, quia, quam cupidè ad pulcerrima quæq; anhelamus, tam facilè impetratis satiamur. Nec immeritò furtivos panes vocat Salomon dulciores: quia concessorum statim nos capit satietas, & frequentia ipsa extinguit rerum desiderium. *Forma splendore capiuntur quidem nonnulli, sed nemo nisi virtute atque obsequio retinetur*, ait Thom. Morus *libr. 2. Vtop.* Quod si verò pulcritudinem ornent tales mores, quales in Sara, Rebecca, Sunamitide, Esther, Iuditha, describunt sacræ literæ, in Lucretia, Virginia, Aspasia Cyri, Livia Augusti, &c. prophanæ historiæ, stultus sit, qui duplex bonum nolit præferre simplici. Nam, ut supra diximus, non solo animo homines sumus, nec solo animo ducimus uxores, sed & oculis & corpore.

37. *Fugax amor pulcritudinis solius.*

38. *Stultè contemnitur pulcritudo ornata virtutibus.*

Si spinturnicem caperata fronte Lycorin
Quis velit amplecti præ Helena, præ Thaide Baucin,
Atq; olidam trahere, ex rugosis faucibus auram,
Cum queat Ambrosia permulsam ac nectare Divûm
Delibare animam, cujus tam musteo odore
Exiliat, quanta æstuat intus Spirituum vis,
Ille erit aut oculis captus vel naribus orbus.

Aristoteles, cum quis ipsum interrogaret, quare pulcra amaremus, *Cæci* dicebat *eam esse quæstionem*, cum naturaliter quisq;, qui oculis valeat, ad pulcritudinis desiderium excitetur & rapiatur. *Laert. in vit. Arist. & Stob. serm. 63.* Ex quo jam calculus omnis demtus fuit deformibus & non sine causa multatus Archidamus, quod parvam simul & deformem duxisset

xisset uxorem, *Plut. de ed. lib:* quasi similem relicturus urbi posteritatem, non regum, sed regulorum, cum tamen Plat. *6. de ll.* omninò cogitari velit à sponso & sponsa, quo pacto quam pulcerrimos & optimos civitati liberos possint relinquere. Ut pullos sibi procuret generosos, *stabulator equorum,* 39. *Condemnatur deformitas.*

Corpora præcipuè matrum legit. Virg. 3. Georg. & nos in capris & ovibus erimus diligentes, in amico quærendo & liberis matre seligenda nullam curam adhibebimus? *Cic. in Lal.* Castrucius dicere solebat; *Mirari se eos, qui testas, quas emturi sint, prius ictibus explorent, at uxores cum ducunt, visu sibi satisfactum putent. Machiav. in vit. Castru.* Quin & distorta facies, non tantum conjecturam præbet distorti ingenii, sed & ejusdem causa est, ut demonstrat Vesal. *lib. 1. c. 5.* quia licet facultates principes non dependeant à conformatione cerebri, sed à temperie, *ut in qq. Anatomicis ostendemus*, tamen sine concinna commodaq; conformatione obiri non possunt.

Μορφὰς ἀτερπεῖς ὄψεσι κεκτημένος
πυρσυμφρεῖς ταύταισι τοὺς τρόπους ἔχεις.

Versus sunt Ecdori Poëtæ, relati à Stobæ. *Serm. 88.* Olim mali ominis loco habebatur deformis hominis occursus, ut ex illo Iuven. *Sat. 5*, colligere est,

Tibi pocula cursor
Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri
Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Quo referò & illud Plauti: *In tenebris si occurreris, credo sistas gradũ.* & Bruto & Cassio Æthiops ante conflictũ prænuncium futuræ mortis tulit, *App 4. bell. civ.* quod & Dioni obtigisse narrat Plut. *in vit. Dion.* & in eo hujus fata comparat cum fatis illius. Severus itẽ Imp. ex Nigri spectri occursu, mortẽ sibi impendere conjecit. *Spart. in Sev.* Et quis jam ominosum & aspectu ipso terribile monstrum in lecto, ad mensam, in unis ædibus secum perpetuò ferat? Cum Chremes filio Clitiphoni, filiam Phanocratæ offerret, excipit filius: *Rufamne illam virginem*

Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater. Terent. in Heaut. Act. 5. sc. 5. & huic exceptioni acquiescit pater, & sinit filium frui ea, quam sibi ipsi invenerat, conditione: id quod hoc quoq; in loco cuivis opinioni indulgendum puto, quia non omnia videntur omnibus pulcra, non omnia omnibus dulcia, aut amara. Anacharsis philosophus, cum deformitas uxoris sibi exprobraretur, ita quidem esse confessus est; 40. *Qua arte formosa facienda uxor.*

sed

sed puerum jussit vinum liberalius infundere, & *faxo*, inquit, *ut formosa satis appareat*. *Athen. lib.* 10. Quod ille potu vini se obtinere posse putavit, id compendiosiori remedio quisq; obtineat potu amoris, quo vult Casus *in qq. Oecon.* ut quivis ita se inebriet, ut uxorem suam sibi speciosissimam apparere faciat, cui consonat præceptum Epicuræo datũ à Stoico: *Nulla tibi mulier præter tuam formosa videri debet*. *Arr. Epict. lib.* 3. *c.* 7. Multi fieri posse negant, ut falsam opinionem contra conscientiam sibi quis persuadeat: alii censent non expedire, quia nimium amaturus esset vir uxorem, quam sibi persuasisset esse pulcerrimam. Ergo utrisq; ut obviam eamus, à posteriori difficultate facilè paradoxum hoc liberamus, quandoquidem Aristoteles *8. Eth. c.* 1. propterea ex ordine virtutum exemit amicitiam, quia in amore excessus non datur, & vitio nemini vertitur vel exprobratur, quod nimiùm amicum amaverit. Esto: ex nimio amore oriatur Zelotypia, aut ignominiosa viri abjectio, quemadmodum Hercules servivit Omphalæ, cujus exemplum se imitari dicit Thraso *apud Terent. in Eun.* aut prorsus cum Medea agatur in insaniam. Nihil horum poterit amori imputari per se, quæ, *dicente Cic. in Lal.* nihil est, quam *voluntatum, studiorum, sententiarumq; consensio*, & hæc quò arctior & firmior, eò majorem laudem meretur, nedum, ut tanquam excessus illicitæ perturbationis vituperari debeat. Quod verò quis præter hanc mutuam benevolentiam recidat in recensitos errores & vitia, id non magis asscribi potest amori, quam fortitudini, si quis propter eam incidat in invidiosam æmulationem, aut periculum capitis. Amor verò continet se intra cancellos desiderii, adeò ut Leo Hebr. *3. dial. de am.* inter desiderium & amorem differentiam non faciat, & licita desiderando nemo peccat, nemo alteri injuriam facit. Apud Muscovitas moris esse scribit Sigism. Baro *in hist. Musc.* ut mulieres amoris maritalis conjecturam desumant ex verberibus, quibus ornantur à viris. In hoc amore credo excessum dari, & excessit sane Faber quidam Germanus, objurgatus ab uxore, quod se non diligeret, quam fustibus nondum tetigisset. Cepit enim uxorem ita amare, ut in ipso fervore amoris animam expiraret. *Sigism. Bar. in hist. Musc.* Quod attinet ad falsam persuasionem, qui non fiat in amore, quod in aliis rebus vulgò & quotidiè fieri cernimus, ut scilicet cum Paride amplectamur nebulam pro Helena, & de subjecto credamus, quæ ipsi non inesse verisimiliter scimus, erronea opinione excæcati. Tritum est: *Suum cuiq; pulcrum, suus Rex reginæ placet, sua sponsa sponso, suus cuique*: *Alexan-*

[Margin notes:]
41. *Quisq; putare debet uxorem suam pulcerrimam.*
42.
43. *In amore non datur excessus.*
44. *Posse aliquē sibi falsa persuadere.*

Alexander, ut ait Fab. *de puer Institut.* nec non

Balbinum delectat Polypus Agnæ. &

Quisquis amat Ranam, Ranam putat esse Dianam,
Quisquis amat cervam, cervam putat esse Minervam.

Hipparchia Apuleij, cum Crates Philosophus gibberosum interscalpium ipsi monstrasset, & dixisset: *proinde sedulò consule, ne post pœnitudo te capiat*, hoc amoris poculo ebria, conditionem utraq; manu amplectitur respondens: *Jamdudum sibi provisum satis esse, & satis consultum, neq; ditiorem maritum, neq; formosiorem usquam gentium posse se invenire.* *Apul. 2. Flor.* Galbæ Imperatoris pater a Livia Orcellina dite admodum & pulcra, enixius appetitus, subinde instanti vitium corporis secretò posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. At illa, candore viri delectata, tanto impensius negatum amorem concupivit, quantò difficilimum is se fingebat. *Sueton. in Galb c. 3.* At quo errore, inquis, posset aliquis credere, quod secus esse videt? An, divortiũ faciet inter fidem & scientiam, inter oculos & mentem? Ita nimirum comparatum est cum omnibus, qui animum appellunt ad conjugium, ut non tam rationem sequantur, quam ad impetum affectuum proruant. Raro enim quis uxorem ducit, nisi stimulatus ab appetitu, quem sensitivum vocant Peripatetici, & in hac parte à sapientissimus quibusq; ferè videmus in deteriorem partem peccari. Ubi verò affectus dominantur, rationis judicium exulat, & oculorum acies præ nimio amore fallitur, utq; Ictericis accidere solet, ut omnia aspiciant flava, quia flavus humor obfuscat & ad colorem suum traducit, quicquid oculis objicitur, secundum illud vulgatum: *Intus apparens prohibet alienum*: Ita, quorum imaginatrici pulcra species insedit, ea facit, ut quicquid per oculos intromittitur, ad modum speciei, per quam transit, recipiatur & appareat. Ergo, sicut incontinentes *meliora vident, Deteriora probant*, & ratio cogitur acquiescere falso appetitus errori, ut prolixè docet Philos. *in 7. Eth. in pr.* Ita amantes quoq; soli sese dedentes appetitui, occæcatum gerunt oculum mentis, ex quo fit, ut pulcritudinem sibi fingant, quæ nulla est.

45. *Non omnia omnibus pulcra.*

Credimus an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Virg. in Ecl. & si rogentur, qui fiat, quod turpibus delectentur, respondent, ait Nev. *Sylv. nupt. libr. 2. n. 96. Non vides oculis meis.*

Et hic est ille utilis error, quem omninò fovendum esse cum Caso suadeo, quia opinio tenax æquivalet scientiæ, *ut ait Arist. in 2. post. Anal.* &

ficta pulcritudo, tam in se defigit animum mariti, quam vera, dummodo morum pulcritudine sustentetur & alatur.

Et de forma quidem, quantùm spectanda sit, & quid ignorata nocere possit matrimonio, sit satis, de qua repetimus verba Theoderici Regis neptem suam sociantis Hermenfrido regi Thuringorum: eamque sic commendantis: *Habebit felix Thuringia, quam nutrivit Italia, literis doctam, moribus eruditam, decoram non solum genere, quantum & faminea dignitate.* Cassiod. 4. varia. Ep. 1. aut consilium Plinii secundi in 1. Epist. ad Iun. scribentis, cujus nepti ex fratre maritum delegerat: *Est illi facies liberalis multo sanguine, multo rubore suffusa: Est ingenua totius corporis pulcritudo, & quidem senatorius decor, quæ ego nequaquam arbitror negligenda.*

46. Negligenda quidem non sunt, sed ante mores non spectanda: magis tamen in fæmina, quam viro. Nam ut ait Bion.

Forma faminis res decora, viro autem fortitudo.
Barba viros hirtæq; decent in corpore seta.

Quod si mores desint, soli pulcritudini non magis fidendum, quam serenitati cæli sub tempus, quo terram aperit Aprilis.

Sit formosa aliis uxor: tibi sit bona: nescis
Quam noceat casta forma pudicitia.

Alterum, quod circa hunc Errorem considerandum venit, pertinet ad Divitias, quæ, quando de uxore quæstio est, primæ omnium in contentionem adduci solent, dum digitis pleriq; magis supputant nuptias, quam rationis calculo.

SECT. 8. De Dote, & num expediat dotatam duci, Item de errore divitiarum.

1. *Omnes detestamur imperium muliebre, & tamen dotem concupiscimus.*
2. *In dote constituenda tam excessum, quam defectum vituperari.*
3. *Ex sententia Platonis probatur æqualitas in dote.*
4. *Pecuniam & dotem etiam à prudente viro non contemnendam.*
5. *Vera dos consistit in pudicitia & amore mutuo &c.*
6. *Quæ divitiæ non tollunt, sed potius conspectiora reddunt.*
7. *Mulieres ut plurimum, dote superbire.*
8. *Dotem diminui à Plat. & Arist. ut minus mariti serviant.*

9. La

1. IN hoc negotio accidit uxorem quærentibus idem, quod solet iis, qui de Amasia semper queruntur, nec tamen, quam molestam agnoscunt, unquam dimittere curant, aut quod Rhetoribus exprobrat Seneca: *lib. 4. contr. 29. ut vitia sua & intelligant & ament.* Nemo enim est, qui imperium muliebre non deprecetur, & socerum superbum: ubi ad executionem ventum est, omnes dotem captamus, & dulcedinē divitiarū præferimus amaræ servituti, hoc est, θȣλόμεθα ἀτυχεῖν μακάριοι καλȣ́μενοι, *ut ait Stob. ser. 70 de dotatis ducentibus. Insuaviter cubare, vesci suaviter, ut ait alius ex Græco Poeta. Insolens* quippe *malum*, ait Seneca. *beata uxor. Cum immensum pondus auri attulerit; cum pecunia arcas nostras oneraverit, quid aliud, quam beatè servimus,* li. 1. Contr. 6. *Totus jam mundus didicit: Quantum dabis cum filia tua?* ait Casus 1. *Oecon. c. 4. q. 2.* & Chassan. *rubr. 4. de droicts & appar. à gens mar. in præf. n. 25. non solent, ad modum Logicorum, interrogare: Qua, qualis, quanta, sed posteriori quæstione contenti sunt sola: Quanta.* Ego verò, ut frustra cujusq; arbitrio legem posuero, ita dotem quidem non omninò spernendam censeo, sed nec ad illas tenuitates circumcidendam, in quas eam concluserunt olim Solon, Lycurgus, & Massilienses. Video enim ex dotium & lautæ hæreditatis nimia imminutione, non minora tam in familiis, quam Rep. oriri incommoda, quam ex earundem excessu.

2. *In dote tam excessus, quàm defectus vituperatur.*

3. Maximopere autem probo sententiam Platonis, 3. *de Republ.* sic statuentis: *De dotibus dicendum: Æqualia pro æqualibus esse,* cum supra generalis, non tantum matrimonii, & sed cujusq; amicitiæ ineundæ regula præscripta sit, *ex 8. & 9. Ethi.*

Si qua voles aptè nubere, nube pari: quoniam
Quod simile est, firmam servat amicitiam.

4. *Dotem non esse spernendā.*

Cæterum ubi non licet auream hanc æqualitatem commodè apisci:
Nimirum hic ego sum, nam tuta & parvula laudo,
Quum res deficiunt, satis inter vilia fortis:
Verum ubi quid melius contingit & unctius, idem
Vos sapere & solos ajo benè vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Horat. Ep. 15 libr. 1.

Virtus quidem *externi indiga non est, Ipsa sibi merces*, ut ait Stat. *de Herc. in bivio*: ubi verò divitiarum gloria inumbratur, non tantum propterea non spernitur, sed & conspectior evadit. 1. *Ethic. c 8.* Nobilitatem ex divitiis

vitiis non metiuntur nisi vulgus avarorum, & qui spem omnem & summam rerum collocant in ære & argento: Tamen non ineptè Curtil. *in tr. de nobil.* scripsit: *Sicut fides sine operibus mortua est, ita & nobilitas sine opibus.* Sic quoq; optima, quamq; procus ante omnia spectare debet, dos est, quam paupercula Lacæna, rogata, quam dotem viro esset allatura, sese à majoribus traditam accepisse dicebat, sc. *pudicitia*, quam Alcumena, prolixè explicat *apud Plaut. in Amphitr.* 5. *Vera Do.*

Non ego illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur:
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem,
Deûm metum, parentum amorem, & cognatum concordiam,
Tibi morigera, atq; ut munifica sim, bonis prosim probis,

Apuleius etiam *in pr. Apol.* addit *concordiam conjugalem & mutuum amorem*, quando ait: *Ego præter uxorem nihil computo, omnem supellectilem, cunctasq; divitias in concordia conjugali, & mutuo amore pono*, nec non juvenis *apud Sene. li. 1. contr. 6. Ubi uxorem quæro, video an nuptias meas amet, an nihil pluris faciat marito, an misericors sit, an fortis, an possit, si quid viro inciderit mali, unà tolerare. Si his bonis fuerit instructa, satis dotata est.* Ea si sola inveneris, quis adeò absurdus suorum commodorum censor, qui omnibus divitiis contra mutare velit? Qui in arena ædificat, cuivis torrenti debet ludibrium, qui conjugii firmamentum ponit in divitiis, cuivis fortunæ. Subtracto autem fomite evanescere amicitias docet Arist. *8. Eth. c. 3.* qui solam in virtute fundatam amicitiam stabilem censet, reliquas quibusvis vicissitudinibus obnoxias, quod si ad conjugium deduxeris, rectè feceris, cum ad speciem accommodes, quod de genere dictum est. *Nec enim ulla tanta amicitia, quanta matrimonialis, l. 18. ubi Bald. C. de nupt.* Ideoque rectè Diodorus Synopensis: *Educatam benè uxorem præstat habere sine dote, quam divitem malè educatam:* & Accurs. *ad Novell. 44. § & nò sug in fin: Melior est buccella panis sicca in gaudio, quam tota domus plena victimis cum miseria.* Virtus verò ut non excludit divitias, ita nec pudicitia, & tam pudicam, viriq; observantem licet tibi habere dotatam, quam cui dos sunt aranea, hæreditas carbones. Horatius *Od. 29. li. 3.* de fortuna rectè: 6. *Quem augeat divitiæ.*

Laudo manentem; si celeres quatit
Pennas resigno, quæ dedit, & mea
Virtute me involvo, probamq;
Pauperiem sine dote quæro.

7. Non aliter probam pauperiem etiam sine dote sequi debemus: nec tamen si sit cum dote, virtutē aut minori in pretio habere aut prorsus contemnere: *Nec minus pia est conjunx, quæ venit cum annexis optatis corollariys*, ait Cruger. *disp. 2. Pol. th. 72. quam quæ sine ijs.* quod ut evertant, qui doti servire nolunt, virtuti uxoris cum magnifica dote non magis convenire censent, quam formæ cum pudicitia. Cum enim mulier sit *animal indomitum, impotens*, ut ait Cato *pro l. Opp. intractabile*, ut Gell. *l. c. 17.* & *sua natura superbum*, ut Petrarch. 2. *Dial. 42. de remed. utr fort.* ubi vires & opes adjeceris, quid aliud quam oleum camino addideris, & ex superbis effeceris feroces. *Si vis scire an velim*, ait Sen. 2. *benef. effice ut possim.* Multi à sceleribus puras continent manus, non quod nolint, sed quod non possint. *Date primùm frenos impotenti naturæ, & indomito animali: & sperate ipsas modum licentiæ facturas, si mariti non fecerint. Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum alligaverint majores nostri, per quæq; subjecerint viris: quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis: Quid si exæquari ad extremum viris patiemini? tolerabiles vobis eas fore creditis? Extemplo, simul pares esse cœperunt, superiores erunt.* Nihil profuit lex Voconia, nihil Oppia, nullo tam severo domestico imperio muliebris licentia compesci & intra limites officii coërceri potuit, quid divinemus futurum, si dotis amplitudine armentur, & currentibus calcaria subjiciantur? *Omnes uxores divites* ait Sen. *lib. 1. Contr. 6. servitutem exigunt. Crede mihi, volent regnare in suis divitijs.*

Crede mihi, domina esse sui vult quælibet auri,
Mancipijsq; suo dare leges ære redemtis.

Hermocrates recusavit filiam Antipatri, qui Imperatori ab Epistolis erat, cum magna dote oblatam. *Nam Doti*, inquit, *magnæ non serviam, neq; soceri superbiæ, ut scribit alicubi Philostratus.*

8. *Uxorem quare locupletem ducere nolim,*
Quæritis? Uxori nubere nolo meæ, ait Mart. 12. Epigram. 8.

Ubi

Vbi mulier ditem efficit virum, ibi nihil videre est, præter odium, contemtum & ignominiam, ait Ecclesiastic. *c.25.* Serius Demænetus, *apud Plaut. in Asin.* & ut Phryges solent, post factum, aut piscatores, post ictum:

Argentum accepi, dote imperium vendidi

cum jam occentantem Antemonam audivisset:

Faxo ut scias

Quid pericli sit, dotatæ mulieri convicium dicere.

Pittacum adeò sui juris fecerat ex gente potentiori uxor, ut, se inscia inductis convivis, mensas ipsas subverteret, & subrutas inferret in caput mariti. *Plut. in lib. de tranq. anim.* ita ut non immeritò minuendæ dotis causam secundam asscripserit Plato 3. *de Rep.* ut & mulieribus fastus minueretur, & minor foret viris & ἀνελεύθερος δουλεία, quam Arist. 2. *Polit. c. 7.* latius diducit, quando Lacedæmoniorum institutum carpit, quod Epicleras ditioribus elocarent, divitias divitiis cumulando, & magnis sponsas onerarent dotibus. Non enim privatam tantum, sed & publicam γυναικοκρατίαν hinc metuendam, accedente imprimis licentia, qua Lacænas abusas fuisse tum illic conqueritur Arist. tum Plato 6. *de ll.* & Euripid. *in Androm. Hec.* rectè subjicit, dum nihil interesse dicit, mulieresne imperent, an magistratus mulieribus pareant: Idem enim sequi, quemadmodum Cato mulieribus tribuebat imperium, quia, *nos*, inquit, *imperamus Orbi, mulieres nobis.* Quanquam verò Plutar. *in Lyc.* minimè luxuriosè Lacænas habitas scribat à Lycurgo, tacitè Aristotelem & Platonem quasi reprehensurus: Tamen vel ex uno Gorgones Leonidæ uxoris dicterio, quod statim subjicit, contrarium evincitur. Ea n. hospitæ cuidam roganti: *Cur solæ Lacænæ viris imperarent*, respondit: *Quia solæ viros parimus.* Serviebant igitur Spartani mulieribus, quod pluribus bellicosis nationibus familiare esse dicit Arist. propter bonitatem temperamenti, sive naturalis, sive exercitiis indurati, & quia, dum domo absunt, imperium coguntur relinquere arbitrio muliebri, qua de causa poetæ non absq; ratione Martem conjugarunt Veneri, *Homer. Od θ. Ovid. 4. Metam.* & ipsi Lacedæmonii, Venerem colebant armatam, delitias & laborem in una Dea consociantes, *Pausan. libr. 3. Lact. 1. Inst. Christ.* Celtas verò excipit à γυναικοκρατουμένοις Arist. de quibus sive de Getis Horat. *lib. 3. Od. 24.*

8. *Ad fastum mulierum retundendũ diminui dotem.*

9. *Lacones servierunt uxoribus.*

10. *Quod est familiare bellicosis gentibus*

Nec dotata regit virum

Conjunx

Conjunx, nec nitido fidit adultero.
Dos est magna, parentium
11. Sine dote duxerunt Getæ
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas.

Turcæ. Horum ad exemplum hodie Turcæ non tantū sine dote uxores asciscunt, sed & nuptias muneribus & pretio, *ut cum Apul. loquar 10. Metam.* sibi *confarreant*, si Menavino credimus *in narrat. suæ captiv.* Lycurgi legē affert Iustin. *lib 3.* cum ratione: *Statuit Virgines sine dote nubere, jussit, ut uxores eligerentur, non pecunia: severiusq; matrimonia sua viri coërcerent, cum nullis dotis frenis tenerentur*, quod refert etiam Ælian. *lib. 6. c. 6.* Plutarchus *probl. 30.* colum tantum & fusum scribit à sponsa ad domum deductam fuisse. Cur igitur taxat Spartanos Arist. *2. Pol. c. 7.* quod magnas dotes dent, addens: *Satius esse vel nullam dari vel exiguam*, puta ad æqualitatem, quæ Lycurgo proposita erat, servandam? Nimirum, quia jam Spartani, ut ab æqualitate degenerarant, *de quo ibid. queritur Arist.* & multas alias sui legislatoris leges, vel antiquarant, vel tacendo consenescere & obliterari passi fuerant, *ut ijs exprobrat Plut. in Lysand. Cleō. & Agid.* ita ab hac quoq; severitate desciverant, hæreditates non amplius ad præscriptum Lycurgi, sed arbitrium possessorum distribuentes. Atheniensibus verò contra nimias dotes plurimas leges tulit Solon, quarum una hæc est, ut si cum dotata muliere maritus rem habere non posset, ipsi imperatum sit, mariti propinquis misceri, ut hoc dedecore multaret avaritiam & cupiditatem eorum, qui, cum se scirent ad Venerem inidoneos, pecuniæ tamen causâ inquietum matrimonium quærant, & naturam cupidine suffocatum eant. Reliquarum nuptiarum dotem prorsus sustulit, neq; nuptam ad sponsum quicquam præter tres vestes & supellectilem non parvi pretii adferre voluit, cujus rationem subjicit Plutar. *in Sol.* Demosth. *in orat. ὑπὲρ ἀγνίου κλήρου Boter. 8. Pol. Illustr. c. 4.* *Non enim mercedis causa contrahi, venalesq; debere esse nuptias, sed prolis suscipiendæ, gratiæq; & amoris causa, conjungi virum cum muliere.* Evenire solet plerunq;, ut est genus hominum pecuniæ avidum, ut, ubi pinguis dos, prælucet, non tam puellā spectent, quam, qua oneratur, dotem: Verum præposterus error quorundam, non debet multorum commodis præjudicare: & familiis, rebusq; privatis ita leges dare debent publicæ, ne inde nascatur odium, unde speratur gratia, nec quæ privatis cujusq; rebus conservandis comparata est Resp. in perniciem privatorum vertatur,

Lacones. 12. Explicatur Arist. 13. Leges Solonis. 14. Commoda publica non debent extinguere priva.

vertatur, quemadmodum in eo peccavit Lycurgus, quando è conjugio senis aut valetudine confecti protraxit fœminam generoso & robusto juveni eam supponens, quemadmodum Alcibiadi, cum apud Spartanos exul degeret, supposita est regia conjunx, ut similem sui civem Lacedæmoniis progeneraret: *Plut. in Alcib.* cujus rationem assignat Plutar. *in Lyc. Existimabat quippe, liberos non esse parentum proprios, sed communes civitatis: itaq; non ex quibuscunq; hominibus, sed ex optimis nasci cives volebat,* &c. Quæ enim publice prosunt, & privatim plus nocent, magis detestanda sunt, quam probanda: quo ferè argumento Hippoly: de Marsil. *in sing.* 589. irritas censet leges Lucorum, quibus prohibeantur, *ultra taxatam*, ut ipse loquitur, *summam*, dotem augere, quia impediant libertatem matrimonii: quod quidem Covarr. *de matrim. p.* 2. *c.* 3. §. 9. *n.* 3. negat se credere, quia non prohibentur conjugia, sed modus tantum præscribitur patrum quorunda cupiditatibus: Ego verò consequenter etiam matrimonia quodammodo impediri video iis legibus, quæ æqualem dotem omnibus præscribunt civibus, quanquam Arithmetica æqualitate in civitatum, ex inæquali ordine civium consistentium, censu nihil esse iniquius rectè demonstratum sit à Bodin. *lib. ult. de Rep. c. ult.* & à nobis infra confirmabitur. Quæ enim bonis injunguntur vel onera, vel multæ, vel quæ imperantur leges, ad exemplum Servii, secundum proportionem census injungi & imperari debent, cum alias tota vis justitiæ & proportionum dissolvatur, *ut infra patebit.* Massilienses maximam dotem præfinierant centum aureos, & eo amplius in vestem quinq;, & in mundum muliebrem aureorum quinq;, amplius autem doti dicere non licebat. *Strab. lib.* 4. *Geogr.* Lex divina dotem videtur determinare, ad 50. siclas argenti, id est, *ut computat Bodin.* 5. *de Rep. c.* 2. tredecim aureos. Nam cum *Exod.* 22. qui compresserit virginem, jubeatur eam dotare & uxorem ducere, aut tantum argenti patri numerare, quantum vitiatæ debeatur pro dote: summa multæ patri numerandæ exprimitur, *Deut.* 22. vid. 50. siclarum. Cum tamen leges sint diversæ & 50. siclas possimus interpretari tanquam multam patri vitiatæ, propter illatam ignominiam, refundendam, vix quicquam certi inde concluserit Bodin. *d. lib.* 5. *c.* 2. & Camerar. 2 *hor. succis. c.* 43. Servus quippe Abrahami, potius munera dedit Rebeccæ, quam dotem acceperit. Iacob etiam servivit pro uxoribus, nedum ut dotem sperarit. Sichemi verba sunt ad filios Iacobi: *Augete dotem, ut vultis, nullam repudiabo conditionem, modò sororem vestram liceat habere*

Vtrum lege modus queat imponi dotibus

17. *Æquali dote nihil esse iniquius.*

16. *Lex Massiliensium.*

Lex divina explicatur.

17. *Lex Platonis Lycurg.*

uxorem. Plato verò 3. *de Rep.* æqualem omnibus dotem constituit 50. drachmarum, quod in Rep. Platonis, quæ non magis inveniri potest, quam vir bonus & αὐταρκὴς Aristotelis, tolerari potest, item in Republ. Lycurgi, qui nisus est omnia reducere ad æqualitatem Arithmeticam: verum ad omnes Resp. quas varietas civium inæquales facit, sine injuria traduci non potest, nec magnitudo dotium in Rep. Laced. ab Aristotele 2. *Pol.c.7.* aliter reprehenditur, quam quod convellat institutum & æqualitatem Lycurgi. Veneti, *si Postella credimus lib. de magistrat. Athenien. c.33.* Patritiis terminum dotis constituerunt sex millia ducatorum aureorum, ultra quem prodire nefas, licet eum ad summam multò minorem, definiat Bodin. 5. *de Rep. c. 2.* Carolus quoq; V. quantitatem certam Hispanis lege lata definivit *Madricii, Anno* 1534. *c.101.* & Casimirus M. Polonis, quorũ Palatinos, qui sint ex iis ditissimi, vetuit 100. Marchas supergredi, si fratres sponsarum sint superstites. *In Comit. Vislic.* 1368. *libr. 3. stat. c. 6. a 3.l. 1.* Russi Polonis vicini non latifundia, aut magnam argenti summam, sed vestes, cibos, equos, boves, & id genus quædam alia in dotem tradunt, *Sigimund. Bar. in hist. Muscov.* quorum frugalitati convenit antiquus Germanorum mos, de quo Tacit. *de Morib. Germ. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus affert. Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delitias muliebres quæsita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & frenatum equum, & scutum cum frameá gladioq́. In hac munera uxor accipitur: atq; invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur.* Consuetum fuisse & apud Mesopotamiæ, Palæstinæ, adeoque Orientalium plagarum incolas, ut non tam sponsi, quam sponsus dotem in medium statueret, ex pluribus sacræ scripturæ locis colligit Perer. *com. in c. 29. Gen. disp. 2. & in c. 34 vers. 12.* Sichem enim dotem auctiorem & munera promittit Dinæ, modo sibi relinquatur justæ uxoris loco: *Gen. 34.* Iacob cum nihil haberet Labani retribuendum, servitia sua ipsi pro singulis filiabus septennalia mancipare coactus fuit. *Gen 29.* David dicit, se Michol sibi despondisse centum præputiis Philistinorum, 2. *Sam. c. 3.* quæ peculiari nomine *Sponsalia* appellat Latinus interpres. 1. *Reg. c. 18.* Et in hunc sensum interpretatur Perer. illud Oseæ. *c. 3. Et fodi eam mihi 15. argenteis, & coro hordei & dimidio cori:* illucque allusum putat ab eodem Propheta: *c. 2. Desponsabo te mihi in iustitia, & in misericordia & fide,* nec non à Paulo: *Actor. 2.*

18\. *Venetorum.* *Polon.* *Russor.* *Germanor.* *Orientalium omnium.*

Christum

Christum acquisivisse sibi Ecclesiam sanguine suo. Sed ut ad propositum de diminutione dotis redeamus, constat de jure Saxonum *ex t. 6. & 7. legum Sax. ab Heroldo collectarum*, quod mulieres jusserint indotatas nubere, & sponsus coactus fuerit precium pro sponsa offerre parentibus vel tutoribus, quam consuetudinem defluxisse etiam ad Burgundiones, *ex leg. Burgund. t. 9. 6. 12.* videre est, unde eam repetunt Brisson. *de rit. nupt.* Guibert. *de dotib. c. 1 n. 3.* Cujac *c 1 de sponsal.* Heg. *part. 1. q. 8 n. 66.* Caroli IX. Gallorum regis lex est. *1563. Ne pourront les peres & mere, aieul & aieule, en marians leurs filles es villes de nostre Royaume, pays, terres & Seigneuries de nostre obeissance exceder la somme de dix mille livres tournois, à laquelle avons moderè le plus haut dot de constitution de mariage. Libr. 5. Corp. Gall. t. 4. l. 2.* Summa dos, tempore Iustiniani, fuit centum librarum Auri. *Nov. 22.* Saxonum. Gallorum.

19. Cæterum privatis cujusque facultatibus leges non posuerunt, licet terminum præfixerint, ultra quem prodire quidem non liceat, sed infra consistere minimè sit prohibitum. Quin etiam Casimirus expressè pro facultatum & dignitatum diminutione, diminuit dotes, quoniam suæ rei quisque moderator est ac arbiter, etiamsi ea abutatur. *l. sed & si lege. §. consuluit ff. petitio: hæred: l. nemo C. de Iud. l. in re mandata. C. mandat.* Interest quidem Reipub. subjectos fieri locupletes, *§. Cogitatio. Vt jud. sine quoque Coll. 2.* inque eum finem otiosi homines, qui Remp. instar fucorum, depascuntur, puniuntur & consortiis civium excluduntur, *l. un. C. de val. mendic. libr. 11.* sed certum vitæ genus nemini imperari potest, uti nec, qua ætate aut forma quis ducere debeat uxorem, quia vota matrimoniorum convenit esse libera, *l. nec fil. l. neq; ab initio. C. de nupt. l. Titia 134. in princ: de V. Obl.* licet publicè utile sit, legitimè & justa ætate duci uxorem. Alia verò directò evertunt salutem publicam, & hæc publicis edictis coërcet magistratus: alia ex consequenti & remotè, *ut dicit Corras. lib. 7. Miscell. c. 20.* Et hæc à magistratu ita curantur, ne privata evertantur per publica. Natura autem quisque est Dominus suarum rerum, *d. l. in re mandata*, & dominium consistit in libera potestate re sua utendi. *c. Eos qui per pecun. 1. quæst. 1. Bartol. & Dd in l. si quis. §. differentia ff. adquir. poss.* Dominium hoc, quod jure gentium cuique in res suas convenit, *Pinell. cap 2. num. 4. 26. C. de rescind: vendit. Zasius ad leg: cum hæredes num. 13. de acquir. possess.* Princeps sine urgente Reipublicæ necessitate auferre nequit, *leg. jure naturæ 226. de R. I. leg. nam hoc* Leges dotales tollunt dominium & usum rerum.

libidinem, quemadmodum Augusti. dicit *sermon. 3. dom. 3. post Trinitat.* *Uxor non propter libidinem, sed propter liberorum procreationem accipitur*: si quis verò hoc exordio animum eò appulerit, ne scilicet pravis succumberet voluptatibus, contractus per se bonus, propter occasionem minus bonam, non potest revocari. Quam multas enim integræ famæ, nec improbi ingenii puellas, aut sine conjugio victuras, aut minus honestum pro loco & origine sua nacturas conjugium videremus, nisi quod formæ, aut facundiæ deesset, dote rependeretur? *Thraces*, ait Solin. *c.15. Pol. quas forma premit dedecus, dotibus emunt, quibus conjunguntur.* Qui dotes è Republ. sublatas cupiunt, eo inter cætera argumenta 22
moventur maximè, quod maxima pars virginum, quantumvis comtis moribus & optima indole præditarum, innuptæ maneant, ubi nuptiæ ambiuntur ex dote, quemadmodum, qui matrimonium stipulati erant Lysandri filiabus, mortuo eo & cognito, quod pauper repertus esset, promissa resciderunt, *Ælian. libr. 10. c. 15.* quibus tamen Ephori jure multam irrogarunt, eò, quod quem divitem esse credentes coluerant, eundem justum ac probum ex paupertate agnitum contemnerent. *Erasm. in dict. Lacon. Plutar. in Lysandr. in fi.* Helpinice, Cimonis soror, consenuit sine nuptiis, eò quod se dignum maritum non reperiret, contemta propter paupertatem, in quam divitiæ paternæ reciderant. *Plut. in Cimo.* Itaq; Athenienses, postquam legum Solonis severitatem expirare siverant, ne indotatæ virgines sine nuptiis consenescerent, coacti fuerunt benè meritorum filiabus dotem adjicere, quam ob humanitatem Remp. eorum meritò in admiratione esse scribit Plutar. *in Arist. in fin.* Aristidis enim filiabus è Prytanæo sponsi dati sunt, publicè nuptias civitate paciscente, dotisq; nomine utriq; tria drachmarum millia decernente. Filiam filiæ Aristogitonis 23
in Lemno abjectè sine marito viventem, Athenas traduxerunt, honestoque natum loco ei maritum dantes, dotis nomine agrum in Potamo, addiderunt. *Plut. in Arist.* Parem in Romanis humanitatem commendat Valer. *lib. 4. c. 4.* Fabricii enim Luscini & Scipionis filias ab indotatis nuptiis, senatus sua liberalitate vindicavit. Et revera indotatam neminem facilè ducturum præsumit lex *l fin. § si à socero in fin. Quæ in fraud. cred.* quæ iccirco Reipubl. interesse dicit mulieribus conservari dotes, quo earum illicio inveniant maritos *l. 1. sol. matr. l. 2 de jur. dot. l. 3. de privil. credit.* quam præcipuam causam privilegii dotis censet Corrasius *in d. l. 1. sol. matr. in utr. rel.* licet privati quoq; commodi mulierum sit habita ratio secundariò, propter fragilitatem. *l. assiduis. C. qui pot. in pign.* Terent. huc respiciens ait:

Litibus oppugnat meq; meumq; larem.
Atq; ut perpetuis dotata à Marte duellis
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Jamq; repugnanti dedam me, ut deniq; victum,
Jurgor ob hoc solum, jurgia quod fugiam.

Facetus quidam homo, nec ipse indoctus, & quod afferebat, non sine suo periculo edoctus, causas eius infortunii redditurus, alias afferebat Mathematicas, ex positu siderum, plerunq; ita dispositorum, ut simul probum portenderent ingenium & improbam uxorem, alias Physicas, alias Ethicas, easq;, meo quidem judicio, optimas omnium. Imperium enim perdunt, dum à domo absunt & inter literas peregrinantur, vel quasi vivos in bibliothecas se defodiunt, quemadmodum Lacedæmoniis mulieres eripuerunt potestatem, dum in militia consenescunt, *Arist. 2. Pol. c. 7.* & Scythis servi, herorum connubia invadentes, dum ipsi depugnant decennale bellum in Græcia. Sed dilemma hoc, ad institutum nostrum accommodandum, inter cætera rem videtur probè conficere. Ut enim solet esse conditio eorum, qui ex humili loco aspirant ad altiora, aut ducunt in statu humiliationis, humiles & abjectas uxores: aut in statu exaltationis, divites & opulentas. Mediocritatem vix servant, quoniam, dum messis ipsorum in herba est, spem pretio nulla emet, nec pauperem maritum, & qui incertum est an ditescere possit, in pingue matrimonium, opulenta mulier facilè admittet: ubi verò jam emerserunt, & aliquid esse ceperunt, ad sordes relictæ, paupertatis nolunt animum reflectere, sed cum Metrodoro Philosopho, ad ditissimam quamq; uxorem sese obvertunt, *Strab. lib. 13.* quemadmodum Apuleio quoque non sine verisimili argumento objectum fuit. *Apul. in pr. Apol.* Volunt enim eruditionem, & dignitatem suam divitiis uxoris recompensari, quemadmodum divitias uxoris formâ pauperis mariti recompensari consuluit Alexan. *in cons. 209. Ponderatis his col. 2. & seq.* Et tum, si duxerint dotatam: ***Nullum sentiunt onus gravius, quam mulierem, quæ fert dotem copiosam***, ut refert Stobæ. *ex Antiphane:* & ut ait Iuv. *Sat. 6.*

Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.

Si pauperem: illi crescit animus cum dignitate, &

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. 28. ***Nihil asperius humili, cum surgit in altu.***

Nequeunt quippe prosperam fortunam moderatè ferre, quæ adversæ tantum assuetæ fuerunt.

Nec

Nec facile est æqua commoda mente pati.

29. Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα. *Thucyd. lib.* 2. quam sententiam sic reddidit Senec. 4. *controv.* 24. *Magnam vim habent res secundæ ad uniuscujusque vitia tegẽda & inumbranda:* brevius & elegantius, vel ipso Seneca judice, expressit Salustius: *Res secundæ mirè sunt vitiis obtentui.* Victor ait: *Compertum habeo, humilimos quosque maximè, ubi alta accessêrũt, superbia atque ambitione immodicos esse. in Dioclet.* Concisè Asdrubal in senatu Romanorum: *Rarò simul hominibus bonam fortunam, bonamque mentem dari. Liv. lib.* 10. *ad fin.* Quemadmodum experientiâ discimus, nullos puerorum insperata licentia deterius corrumpi, quam quos Orbilii ferulæ nimis severè coërcuerunt: ita nullum datur hominum genus luxuriosius, aut immoderatius iis, qui ab aspera fortuna ad inopinam eluctantur felicitatem,

30. id quod prolixè testatur Nicet. *in Bald. Fland. Qui*, inquit, *ex servitute insuetam libertatem propitia fortuna consecuti sunt, maxima perpetuò affectantes, neque se in posterum calamitati ulli fore obnoxios opinantes, successibus effusè indulgent, pristini status obliti, præsenti verò læti & insolentes,* ἀφόρητος ἐστὶν εὐτυχῶν μαστιγίας, ut Polybio Claudio Liberto objectum fuit. *Dion in Clau.* vulgo credi solet: *Omnem Apostatam esse ordinis sui osorem*, & quam quis evicit paupertatem, cum ea perpetuũ miscet bellũ, ne quã ipsius sordib. fuisse præsumatur collutulatus. Cũ igitur idẽ periculũ impendeat ab indotata, quod impendere objectũ fuit a dotata, *Alberic. Gentil.* 4. *de nuptiis. c.* 12. cur doti ascribendum, quod cum ea non cohæret, nisi per accidens? Tatia Cæsonis filia X. millia æris ad virum attulit, quæ tum maxima dos habita fuit in tanta rerum Romanarum angustia, adeo, ut Megullia, quia cum quinquaginta millibus æris mariti domum intravit, *Dotata* cognomen invenerit: *Valer. libr.* 4. *cap.* 4. quemadmodum etiam Ptolomæus Philadelphus φερνοφόρος, id est, *Dotalis* appellatus est, quod filiam suam Berenicen, Antiocho elocatam, multis millibus auri & argenti comitaretur. *Hieron. in Dan. c.* 11. Nulla tamen harum virum sibi subjugavit, aut immodestiorem sese exhibuit Xantippe, quam sine dote Socrates accepit, quod sic notat Hieroym. de Catone, *qui Actoriam Paulam, humili loco natam, pauperem, indotatam habuit, eandemque vinolentam, impotentem, superbam: lib.* 1 *contr. Iovin. Martyr.* 1. *Sam.* 18. *vers.* 23. & Vives *lib.* 3. *de offic. mar.* exemplum affert

vir.

viri cujusdam primarii, qui jucundum captans conjugium, uxorem duxerat sua conditione longe inferiorem, sed à qua prorsus contemtus fuerit & flocci factus. Vbi ea vitam cum morte commutarat, contrario consilio duxit suo loco & fortuna dignam, quæ ita ipsi inservivit, ac si verna domi nata esset. Annon Fulvii uxor, ex servitute ad conjugialem dignitatem protracta, maritum apud Triumviros superbè accusavit. *Fulgos. lib. 5.* Addit animum uxori copiosa dos, fateor: sed & incendit superbiam dignitas, quæ ex humili loco inopinantem ad summum extollit. Credimus etiam Ausonio *in Monosyll.* quod

Sæpe in conjugiys fiat *noxia, si nimia est Dos.*

sed idem dabit nobis, non minorem fieri noxiam, si nulla sit dos, quoniã maritus, dum onera sumtuosæ uxoris solus portare cogitur, paupertatem ipsi perpetuò exprobrabit, & ut mulieri maritus inops despectui habetur & ludibrio: ita vicissim mulier dote carens omnibus mariti injuriis obnoxia erit, adeò ut depulsum iri domo, & distractionem matrimonii præsumat lex. *l. ult. ad Vell. facit c. nullum 30. q. 5.* idq; eo magis sibi licere opinabitur, quod, præterquam quod à fœminæ bonis nihil adjuvetur, etiam sua inutiliter in uxorem prodigere cogatur. Dotis enim adjiciendæ causa est, ut maritus sumtu in rem uxoriam faciendo, levetur. *l. un. §. pen. C. de imp. luc. descr. li. 10. l. pro oneribus. C. de jur. dot. l. dotis fructus. l. plerumq;. ff. Eod. Corras. in l. quæ liberos. in præfat. n. 42. de rit. nupt. In rubr. n. 12. sol. matr. Anton. Tessaur. decis. 187. in pr. Heg. lib. 1. q. 29. n. 10. Scip. Gentil. de don. inter vir. & uxor. c. 15. Latè Bercholt. consil. 16. q. 3. part. 1.* Æquum igitur est, ut multum recipiat, qui multum tenetur expendere, atq; adeo, qui vult dotem præcidere, onera matrimonii, quibus ferendis dos datur, primum amputare debet. Hoc est, quod Comicus innuit: *In servitutem datur pauper mulier ad ditem virum. Terent. in Phorm.* & Poëta Græcus: *Sponsa sine dote non habet loquendi libertatem.* Atqui, inquis, nec soceri familia depauperari debet: Imo nec generi, quam pessum ire necesse esset, si novellus maritus sumtuosam uxorem gratis alere cogeretur. *Sumtuosa autem uxor intolerabilis res est*, ut ait Menander *in fragm.*

31. *Lis oritur, si nulla detur dos.*

32.

Hactenus, quid de dote constituere possit magistratus, quantumq; divitiis deferendum sit in quærenda conjuge: Vtrum verò error in divitiis præjudicium & impedimentum afferat promisso matrimonio, ex iis, quæ huc usq; disputata sunt, facile est discernere. Nam si tam parum ad integritatem conjugii faciunt bona fortunæ, ut ne spectata quidem à

33. *Error in opibus non vitiat matrimonium.*

Conjunx, nec nitido fidit adultero.
Dos est magna, parentium
11. *Sine dote duxerunt Getæ* *Virtus, & metuens alterius viri*
Certo fœdere castitas.

Turcæ. Horum ad exemplum hodie Turcæ non tantũ sine dote uxores asciscunt, sed & nuptias muneribus & pretio, *ut cum Apul. loquar 10. Metam.* sibi *Lacones.* *confarreant,* si Menavino credimus *in narrat. suæ captiv.* Lycurgi legẽ affert Iustin. *lib. 3.* cum ratione: *Statuit Virgines sine dote nubere, jussit,*
12. *Explicatur Arist.* *ut uxores eligerentur, non pecunia: severiusq; matrimonia sua viri coërcerent, cum nullis dotis frenis tenerentur,* quod refert etiam Ælian. *lib. 6. c. 6.* Plutarchus *probl. 30.* colum tantum & fusum scribit à sponsa ad domum deductam fuisse. Cur igitur taxat Spartanos Arist. 2. *Pol. c. 7.* quod magnas dotes dent, addens: *Satius esse vel nullam dari vel exiguam,* puta ad æqualitatem, quæ Lycurgo proposita erat, servandam? Nimirum, quia jam Spartani, ut ab æqualitate degenerarant, *de quo ibid. queritur Arist.* & multas alias sui legislatoris leges, vel antiquarant, vel tacendo consenescere & obliterari passi fuerant, *ut iis exprobrat Plut. in Lysand. Cleõ. & Agid.* ita ab hac quoq; severitate desciverant, hæreditates non amplius
13. *Leges Solonis.* ad præscriptum Lycurgi, sed arbitrium possessorum distribuentes. Atheniensibus verò contra nimias dotes plurimas leges tulit Solon, quarum una hæc est, ut si cum dotata muliere maritus rem habere non posset, ipsi imperatum sit, mariti propinquis misceri, ut hoc dedecore multaret avaritiam & cupiditatem eorum, qui, cum se scirent ad Venerem inidoneos, pecuniæ tamen causa inquietum matrimonium quærant, & naturam cupidine suffocatum eant. Reliquarum nuptiarum dotem prorsus sustulit, neq; nuptam ad sponsum quicquam præter tres vestes & supellectilem non parvi pretii adferre voluit, cujus rationem subjicit Plutar. *in Sol.* Demosth. *in orat. ὑπὲρ ἀγνίου κλήρου Boter. 8. Pol. Illustr. c. 4.* *Non enim mercedis causa contrahi, venalesq; debere esse nuptias, sed prolis suscipiendæ, gratiæq; & amoris causa, conjungi virum cum muliere.* Evenire solet plerumq;, ut est genus hominum pecuniæ avidum, ut, ubi pinguis dos, prælucet, non tam puellã spectent, quam, qua oneratur,
14. *Commoda publica non debent extinguere privata.* dotem: Verum præposterus error quorundam, non debet multorum commodis præjudicare: & familiis, rebusq; privatis ita leges dare debent publicæ, ne inde nascatur odium, unde speratur gratia, nec quæ privatis cujusq; rebus conservandis comparata est Resp. in perniciem privatorum vertatur.

vertatur, quemadmodum in eo peccavit Lycurgus, quando è conjugio senis aut valetudine confecti protraxit fœminam generoso & robusto juveni eam supponens, quemadmodum Alcibiadi, cum apud Spartanos exul degeret, supposita est regia conjunx, ut similem sui civem Lacedæmoniis progeneraret: *Plut. in Alcib.* cujus rationem assignat Plutar. *in Lyc. Existimabat quippe, liberos non esse parentum proprios, sed communes civitatis: itaq; non ex quibuscunq; hominibus, sed ex optimis nasci cives volebat.* &c. Quæ enim publice prosunt, & privatim plus nocent, magis detestanda sunt, quam probanda: quo ferè argumento Hippoly: de Marsil. *in sing. 589.* irritas censet leges Laicorum, quibus prohibeantur, *ultra taxatam*, ut ipse loquitur, *summam*, dotem augere, quia impediant libertatem matrimonii: quod quidem Covarr. *de matrim. p. 2. c. 3. §. 9. n. 3.* negat se credere, quia non prohibentur conjugia, sed modus tantum præscribitur patrum quorunda cupiditatibus: Ego verò consequenter etiam matrimonia quodammodo impediri video iis legibus, quæ æqualem dotem omnibus præscribunt civibus, quanquam Arithmetica æqualitate in civitatum, ex inæquali ordine civium consistentium, censu nihil esse iniquius rectè demonstratum sit à Bodin. *lib. ult. de Rep. c. ult.* & à nobis infra confirmabitur. Quæ enim bonis injunguntur vel onera, vel multæ, vel quæ imperantur leges, ad exemplum Servii, secundum proportionem census injungi & imperari debent, cum alias tota vis justitiæ & proportionum dissolvatur, *ut infra patebit.* Massilienses maximam dotem præfinierant centum aureos, & eo amplius in vestem quinq;, & in mundum muliebrem aureorum quinq;, amplius autem doti dicere non licebat. *Strab. lib. 4. Geogr.* Lex divina dotem videtur determinare, ad 50. siclas argenti, id est, *ut computat Bodin. 5. de Rep. c. 2.* tredecim aureos. Nam cum *Exod. 22.* qui compresserit virginem, jubeatur eam dotare & uxorem ducere, aut tantum argenti patri numerare, quantum vitiatæ debeatur pro dote: summa multæ patri numerandæ exprimitur, *Deut. 22.* vid. 50. siclarum. Cum tamen leges sint diversæ & 50. siclas possimus interpretari tanquam multam patri vitiatæ, propter illatam ignominiam, refundendam, vix quicquam certi inde concluserit Bodin. *d. lib. 5. c. 2.* & Camerar. 2. *hor. succis. c. 43.* Servus quippe Abrahami, potius munera dedit Rebeccæ, quam dotem acceperit. Iacob etiam servivit pro uxoribus, nedum ut dotem sperarit. Sichemi verba sunt ad filios Iacobi: *Augete dotem, ut vultis, nullam repudiabo conditionem, modò sororem vestram liceat habere*

Vtrum lege modus queat imponi dotibus.

17. *Æquali dote nihil esse iniquius.*

16. *Lex Massiliensium.*

Lex divina explicatur.

17. *Lex Platonis Lycurg.*

uxorem. Plato verò 3. *de Rep.* æqualem omnibus dotem constituit 50. drachmarum, quod in Rep. Platonis, quæ non magis inveniri potest, quàm vir bonus & αὐτάρκης Aristotelis, tolerari potest, item in Republ. Lycurgi, qui nisus est omnia reducere ad æqualitatem Arithmeticam: verum ad omnes Resp. quas varietas civium inæquales facit, sine injuria traduci non potest, nec magnitudo dotium in Rep. Laced. ab Aristotele 2.
18. *Pol. c.* 7. aliter reprehenditur, quam quod convellat institutum & æqualitatem Lycurgi.

Venetorum. Veneti, *si Postello credimus lib. de magistrat. Athenien. c.* 33. Patritiis terminum dotis constituerunt sex millia ducatorum aureorum, ultra quem prodire nefas, licet eum ad summam multò minorem, definiat Bodin. 5. *de Rep. c.* 2. Carolus quoq; V. quantitatem certam Hispanis lege lata definivit *Madricii, Anno* 1533. *c.* 101.

Polon. & Casimirus M. Polonis, quorũ Palatinos, qui sint ex iis ditissimi, vetuit 100. Marchas supergredi, si fratres sponsarum sint superstites. *In Comit. Vislic.* 1368 *libr.* 3. *stat. c.* 6. *a* 3. *l.* 2.

Russor. Russi Polonis vicini non latifundia, aut magnam argenti summam, sed vestes, cibos, equos, boves, & id genus quædam alia in dotem tradunt, *Sigismund. Bar. in hist. Muscov.*

Germanor. quorum frugalitati convenit antiquus Germanorum mos, de quo Tacit. *de Morib. Germ. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus affert. Intersunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delitias muliebres quæsita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & frenatum equum, & scutum cum frameâ gladioq;. In hæc munera uxor accipitur. atq; invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur.*

Orientalium omnium. Consuetum fuisse & apud Mesopotamiæ, Palæstinæ, adeoque Orientalium plagarum incolas, ut non tam sponsi, quàm sponsus dotem in medium statueret, ex pluribus sacræ scripturæ locis colligit Perer. *com. in c.* 29. *Gen. disp.* 2. *& in c.* 34 *vers.* 12. Sichem enim dotem auctiorem & munera promittit Dinæ, modo sibi relinquatur justæ uxoris loco: *Gen.* 34. Iacob cum nihil haberet Labani retribuendum, servitia sua ipsi pro singulis filiabus septennalia mancipare coactus fuit. *Gen* 29. David dicit, se Michol sibi despondisse centum præputiis Philistinorum, 2. *Sam. c.* 3. quæ peculiari nomine *Sponsalia* appellat Latinus interpres. 1. *Reg. c.* 18. Et in hunc sensum interpretatur Perer. illud Oseæ. *c.* 3. *Et fodi eam mihi* 15. *argenteis, & coro hordei & dimidio cori:* illucque allusum putat ab eodem Propheta: *c.* 2. *Desponsabo te mihi in iustitia, & in misericordia & fide,* nec non à Paulo: *Actor.* 20

Christum

Christum acquisivisse sibi Ecclesiam sanguine suo. Sed ut ad propositum de diminutione dotis redeamus, constat de jure Saxonum *ex t. 6. & 7. legum Sax. ab Heroldo collectarum*, quod mulieres jusserint indotatas nubere, & sponsus coactus fuerit precium pro sponsa offerre parentibus vel tutoribus, quam consuetudinem defluxisse etiam ad Burgundiones, *ex leg. Burgund. t. 9. 6. 12.* videre est, unde eam repetunt Brisson. *de rit. nupt.* Guibert. *de dotib. c. 1 n. 3.* Cujac. c. 1 *de sponsal.* Heg. *part. 1. q. 8 n. 66.* Caroli IX. Gallorum regis lex est. *1563. Ne pourront les peres & mere, aieul & ajeule, en marians leurs filles es villes de nostre Royaume, pays, terres & Seigneuries de nostre obeissance exceder la somme de dix mille livres tournois, à laquelle avons moderè le plus haut dot de constitution de mariage. Libr. 5. Corp. Gall. t. 4. l. 2.* Summa dos, tempore Iustiniani, fuit centum librarum Auri. *Nov. 22.* Saxonum. Gallor.

Cæterum privatis cujusque facultatibus leges non posuerunt, licet terminum præfixerint, ultra quem prodire quidem non liceat, sed infra consistere minimè sit prohibitum. Quin etiam Casimirus expresse pro facultatum & dignitatum diminutione, diminuit dotes, quoniam suæ rei quisque moderator est ac arbiter, etiamsi ea abutatur. *l. sed & si lege. §. consuluit ff. petitio: hared: l. nemo C. de Iud. l. in re mandata. C. mandat.* Interest quidem Reipub. subjectos fieri locupletes, *§. Cogitatio. Vt jud. sine quoque Coll. 2.* inque eum finem otiosi homines, qui Remp. instar fucorum, depascuntur, puniuntur & consortiis civium excluduntur, *l. un. C. de val. mendic. libr. 11.* sed certum vitæ genus nemini imperari potest, uti nec, qua ætate aut forma quis ducere debeat uxorem, quia vota matrimoniorum convenit esse libera, *l. nec fil. l. neq; ab initio. C. de nupt. l. Titia 134. in princ: de V. Obl.* licet publicè utile sit, legitimè & justa ætate duci uxorem. Alia verò directò evertunt salutem publicam, & hæc publicis edictis coërcet magistratus: alia ex consequenti & remotè, *ut dicit Corras. lib. 7. Miscell. c. 20.* Et hæc à magistratu ita curantur, ne privata evertantur per publica. Natura autem quisque est Dominus suarum rerum, *d. l. in re mandata*, & dominium consistit in libera potestate re sua utendi. *c. Eos qui per pecun. 1. quæst. 1. Bartol. & Dd in l. si quis. §. differentia ff. adquir. poss.* Dominium hoc, quod jure gentium cuique in res suas convenit, *Pinell. cap. 2. num. 4. 26. C. de rescind: vendit. Zasius ad leg: cum hæredes num. 13. de acquir. possess.* Princeps sine urgente Reipublic. necessitate auferre nequit, *leg. jure naturæ 226. de R. I. leg. nam hoc*

19. Leges dotales tollunt dominium & usum rerum.

libidinem, quemadmodum Augusti. dicit *sermon. 3. dom. 3. post Trinitat. Uxor non propter libidinem, sed propter liberorum procreationem accipitur*: si quis verò hoc exordio animum eò appulerit, ne scilicet pravis succumberet voluptatibus, contractus per se bonus, propter occasionem minus bonam, non potest revocari. Quam multas enim integræ famæ, nec improbi ingenii puellas, aut sine conjugio victuras, aut minus honestum pro loco & origine sua nacturas conjugium videremus, nisi quod formæ, aut facundiæ deesset, dote rependeretur? *Thraces*, ait Solin. *c.15. Pol. quas forma premit dedecus, dotibus emunt, quibus conjunguntur*. Qui dotes è Republ. sublatas cupiunt, eo inter cætera argumenta moventur maximè, quod maxima pars virginum, quantumvis comtis moribus & optima indole præditarum, innuptæ maneant, ubi nuptiæ ambiuntur ex dote, quemadmodum, qui matrimonium stipulati erant Lysandri filiabus, mortuo eo & cognito, quod pauper repertus esset, promissa resciderunt, *Ælian. libr. 10. c. 15.* quibus tamen Ephori jure multam irrogarunt, eò, quod quem divitem esse credentes coluerant, eundem justum ac probum ex paupertate agnitum contemnerent. *Erasm. in dict. Lacon. Plutar. in Lysandr. in fi.* Helpinice, Cimonis soror, consenuit sine nuptiis, eò quod se dignum maritum non reperiret, contemta propter paupertatem, in quam divitiæ paternæ reciderant. *Plut. in Cimo.* Itaq; Athenienses, postquam legum Solonis severitatem expirare siverant, ne indotatæ virgines sine nuptiis consenescerent, coacti fuerunt benè meritorum filiabus dotem adjicere, quam ob humanitatem Remp. eorum meritò in admiratione esse scribit Plutar. *in Arist. in fin.* Aristidis enim filiabus è Prytanæo sponsi dati sunt, publicè nuptias civitate paciscente, dotisq; nomine utriq; tria drachmarum millia decernente. Filiam filiæ Aristogitonis in Lemno abjectè sine marito viventem, Athenas traduxerunt, honestoque natum loco ei maritum dantes, dotis nomine agrum in Potamo, addiderunt. *Plut. in Arist.* Parem in Romanis humanitatem commendat Valer. *lib. 4. c. 4.* Fabricii enim Luscini & Scipionis filias ab indotatis nuptiis, senatus sua liberalitate vindicavit. Et revera indotatam neminem facilè ducturum præsumit lex *l. fin. § si à socero in fin. Quæ in fraud. cred.* quæ iccirco Reipubl. interesse dicit mulieribus conservari dotes, quo earum illicio inveniant maritos *l. 1. sol. matr. l. 2. de jur. dot. l. 3. de privil. credit.* quam præcipuam causam privilegii dotis censet Corrasius *in d. l. 1. sol. matr. in utr. rel.* licet privati quoq; commodi mulierum sit habita ratio secundariò, propter fragilitatem, *l. assiduis. C. qui pot. in pign.* Terent. huc respiciens ait:

(margin: 22, 23)

Litibus oppugnat meq; meumq; larem.
Atq; ut perpetuis dotata à Marte duellis
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Jamq; repugnanti dedam me, ut deniq; victum,
Jurgor ob hoc solum, jurgia quod fugiam.

Facetus quidam homo, nec ipse indoctus, & quod afferebat, non sine suo periculo edoctus, causas eius infortunii redditurus, alias afferebat Mathematicas, ex positu siderum, plerunq; ita dispositorum, ut simul probum portenderent ingenium & improbam uxorem, alias Physicas, alias Ethicas, easq; meo quidem judicio, optimas omnium. Imperium enim perdunt, dum à domo absunt & inter literas peregrinantur, vel quasi vivos in bibliothecas se defodiunt, quemadmodum Lacedæmoniis mulieres eripuerunt potestatem, dum in militia consenescunt, *Arist. 2. Pol. c. 7.* & Scythis servi, herorum connubia invadentes, dum ipsi depugnant decennale bellum in Græcia. Sed dilemma hoc, ad institutum nostrum accommodandum, inter cætera rem videtur probè conficere. Ut enim solet esse conditio eorum, qui ex humili loco aspirant ad altiora, aut ducunt in statu humiliationis, humiles & abjectas uxores: aut in statu exaltationis, divites & opulentas. Mediocritatem vix servant, quoniam, dum messis ipsorum in herba est, spem pretio nulla emet, nec pauperem maritum, & qui incertum est an ditescere possit, in pingue matrimonium, opulenta mulier facilè admittet: ubi verò jam emerserunt, & aliquid esse ceperunt, ad sordes relictæ, paupertatis nolunt animum reflectere, sed cum Metrodoro Philosopho, ad ditissimam quamq; uxorem sese obvertunt, *Strab. lib. 13.* quemadmodum Apuleio quoque non sine verisimili argumento objectum fuit. *Apul. in pr. Apol.* Volunt enim eruditionem, & dignitatem suam divitiis uxoris recompensari, quemadmodum divitias uxoris formâ pauperis mariti recompensari consuluit Alexan. *in cons. 209. Ponderatis his col. 2. & seq.* Et tum, si duxerint dotatam: ***Nullum sentiunt onus gravius, quam mulierem, quæ fert dotem copiosam***, ut refert Stobæ. *ex Antiphane:* & ut ait Iuv. *Sat. 6.*

Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.

Si pauperem: illi crescit animus cum dignitate, &

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

18. *Nihil asperius humili, cum surgit in altum.*

Nequeunt quippe prosperam fortunam moderatè ferre, quæ adversæ tantum assuetæ fuerunt.

Nec

viri cujusdam primarii, qui jucundum captans conjugium, uxorem duxerat sua conditione longe inferiorem, sed à qua prorsus contemtus fuerit & flocci factus. Vbi ea vitam cum morte commutarat, contrario consilio duxit suo loco & fortuna dignam, quæ ita ipsi inservivit, ac si verna domi nata esset. Annon Fulvii uxor, ex servitute ad conjugialem dignitatem protracta, maritum apud Triumviros superbè accusavit. *Fulgos. lib. 5.* Addit animum uxori copiosa dos, fateor: sed & incendit superbiam dignitas, quæ ex humili loco inopinantem ad summum extollit. Credimus etiam Ausonio *in Monosyll.* quod

Sæpe in conjugiis fiat *noxia, si nimia est Dos.*

sed idem dabit nobis, non minorem fieri noxiam, si nulla sit dos, quoniã maritus, dum onera sumtuosæ uxoris solus portare cogitur, paupertatem ipsi perpetuò exprobrabit, & ut mulieri maritus inops despectui habetur & ludibrio: ita vicissim mulier dote carens omnibus mariti injuriis obnoxia erit, adeò ut depulsum iri domo, & distractionem matrimonii præsumat lex. *l. ult. ad Vell. facit c. nullum 30. q. 5.* idq; eo magis sibi licere opinabitur, quod, præterquam quod à fœminæ bonis nihil adjuvetur, etiam sua inutiliter in uxorem prodigere cogatur. Dotis enim adjiciendæ causa est, ut maritus sumtu in rem uxoriam faciendo, levetur. *l. un. §. pen. C. de imp. luc. descr. li. 10. l. pro oneribus. C. de jur. dot. l. dotis fructus. l. plerumq; ff. Eod. Corras. in l. quæ liberos. in præfat. n. 42. de rit. nupt. In rubr. n. 12. sol. matr. Anton. Tessaur. decis. 187. in pr. Heg. lib. 1. q. 29. n. 10. Scip. Gentil. de don. inter vir. & uxor. c. 15. Latè Bercholt. cons. 16. q. 3. part. 1.* Æquum igitur est, ut multum recipiat, qui multum tenetur expendere, atq; adeo, qui vult dotem præcidere, onera matrimonii, quibus ferendis dos datur, primum amputare debet. Hoc est, quod Comicus innuit: *In servitutem datur pauper mulier ad ditem virum. Terent. in Phorm.* & Poëta Græcus: *Sponsa sine dote non habet loquendi libertatem.* Atqui, inquis, nec soceri familia depauperari debet: Imo nec generi, quam pessum ire necesse esset, si novellus maritus sumtuosam uxorem gratis alere cogeretur. *Sumtuosa autem uxor intolerabilis res est,* ut ait Menander *in fragm.*

51. *Lis oritur, si nulla detur dos.*

52.

Hactenus, quid de dote constituere possit magistratus, quantumq; divitiis deferendum sit in quærenda conjuge: Vtrum verò error in divitiis præjudicium & impedimentum afferat promisso matrimonio, ex iis, quæ huc usq; disputata sunt, facile est discernere. Nam si tam parum ad integritatem conjugii faciunt bona fortunæ, ut ne spectata quidem à

53. *Error in opulus non vitiat matrimonium.*

contrahente præsumantur, quod extra contractum est, nequit ipsum vitiare. *c.1. 29. q.1. Imol. in c. cum dilectus. Quod met. caus. Ias. in §. fuerat. Inst. de act. n.13. Port. Inst: de patr. pot. col. fin. Navizan. lib.2. sylv. nupt. n. 88. Covar: par.2. de matri: c.3. §. 7. n.3. Cypræ. de spons. c.13. § 35. Alber. de nupt. lib.3. c.4. Kornman. de jur. virg. c.39.* id quod ita constitutum reperitur in Hispania *l.10. & seq. t.2. parti.* 4. & Dania a Friderico II. *Cypræ d. §. 35. n.1.* ut multetur quodammodo levitas eius, qui ad inconsideratas nuptias properavit, antequam in conditionem eius, cum quo contracturus erat, diligenter inquireret, & vulgò dici solet, contrahentem deceptum sibi ipsi nocere, qui, cum potuisset, conditionem eius, qui cum contrahit, scire supersedit. *cap. 6. de his, quæ vi.* Simul hinc apparet, quid statuendum sit de opinione Romani, *cons. 517. ubi Mandos.* causam divortii afferentis etiam

34. *Verum ob dotem non solutam solvatur matrimon.* hinc, si promissa dos non solvatur, *arg. l. ult. ad Vellej.* Lex enim illa non loquitur de jure, quid fieri liceat, sed de facto, quid fieri soleat. Si enim hæc causa separaret nuptias, cur non affertur ab Imperatoribus *in l. consensu C. de repud. Nov. de nupt. & Nov. ut lic. matr. & av. Nov: 111,112. Leon.* Nec verò separare potest conjuges, quod eorum conjunctionem non potest impedire. *Molin. in addit: ad cons: Alex: lib. 4. cons 16.*

35. *Quid si dolus accesserit.* Difficilior videtur decisio, si dolus ab una parte accesserit, & *ut ait Ovid. spes corrupta sit fraude*, utpote si falsis promissis & vana spe quis sit ad conjugium prolectatus, quia malefacta & dolus nemini prodesse debent, *l. 1. in pr. de dol: mali* & pactus non videtur fuisse, qui deceptus est. Quin etiam, si à coactis matrimoniis licet resilire, licebit etiam ab iis, ad quæ dolus induxit, quia persuadere plus est, quam compellere atq; cogere. *l. 1. §. persuadere, de serv. fug. severiusq; nocet, qui blandiendo grassatur, ut ait Cassiod:* Etiamsi enim ignobilitatis ignorantia non vitiat matrimonium, ut supra dictum fuit: vitiat tamen, si persona nobilis obtrudatur dolosa affirmatione, quæ nobilis non est, *ut tradit Thom. part: 3. q. 51. art. 2. & Turrecr. q. 1. caus. 29. arg: l. à Divo 58. de rit: nupt:* Idem juris erit, si vendatur nupta, ut dives, quæ Iro pauperior deprehenditur. Nec dubium est, quin dolus hic puniri debeat, quod evincit Alberici Gentil. dispu-

36. *Dolus hic omninò puniendus.* tatio *d c.4.* & Arrestum Parisiense *apud Papon. libr: 22. t.6. arr. 3.* punit quidem matrem puellæ, notarium & proxenetas, qui incautum sponsum fefellerant, verum de firmitate matrimonii remittebat rem ad judices Ecclesiasticos, quanquam speciem aliquam raptus declarabat in facto ipso, quod consonat cum iis, quæ paulò ante diximus, quod minus sit vi rapere, quam fraude, & Erasmus ait: *Captio est, non conjugium, cum*

a. ex

alter habet prædam, quam captabat, altera decepta plorat, nisi mavis hoc raptus appellare genus; Non ad hoc institutum est conjugium, ut in fraudem illiciatur simplicitas, sed ut conjugum uterq; suo bono jungatur alteri. Possunt enim, qui hic incautis captatoribus os sublinunt, aliter puniri, *Iaf: in §. actionum. Inst. de act: Nevisan: libr: 2. syl: nupt. n. 120.* licet matrimonium non dissolvatur, quod sua veritate subsistit, etiamsi dolus ipsi occasionem dederit, *ut tradit Azo in gl: in l. à Divo 58. verb: Actionem in ff. de rit: nupt. nec non gl. singularis in c. dilectus, de his, quæ vi, quam commendat Abb: ibid. Beust: de matri: par: 2. n. 44. per l. fin: C. de repud: & Bald: in l. Archimedoram n. 10. C. ut in possess: legat: Iaf: in l. novissima n. 13. de pact:* Mendacium enim & surreptio, quod non dissolvant contractum matrimonii, *in c. cum in Apostolica de sponsal: secundum Abb. & Præpos.* satis deciditur, quod acceptamus, si incidant circa accidentalia contractus, quia non omnis leviculus dolus contractus vim tollit, sed is demum, qui in ipsam eius essentiam vergit, *Iaf: in d. l. noviss: n. 13.* ut si libertina, ut senatori nubere posset, pro ingenua sese venditaverit, *l. a Divo. 58. de rit nupt.*

Interim, quicquid sit de valore harum nuptiarum, nunquam feliciter cedit, quicquid dolo procuratur, aut vi, non tantum, quod simplicitatem suam pars læsa deceptam, & contemtui habitam indignabitur, animumque pariter dolosum in reliqua vita & moribus præsumet: verum etiam memoria doli semper ingenerabit impatienti animo suspitionem de improbitate decipientis, quia cui licet aperta via progredi, quid insidiosos agat cuniculos? Recte Plutarch. *de præcept: Connub. Piscatio, quæ fit medicamentis, compendiosè quidem & subitò capit piscem, sed insipidum & pravum reddit: Ita quæ viros voluptate capiunt, aut dolo malo inescant, etiamsi in nassam facilè eos pertrahant, pertractos tamen intractabiles sentiunt & decipularum memores.* Circe nullam voluptatem cepit ex iis, quos in apros & asinos converterat: sed ex Ulyssis prudentia & circumspectione; qui laqueos sibi injici passus non fuerat. Nulla quippe injuria profundius subit animum, quam profecta ab eo, à quo nefas putassemus, quicquam mali expectare.

38. *Infelices nuptiæ, quæ dolo concinnantur.*

SECT. 9. De libertate & huic opposita violentia.

1. *Voluntatem cogi non posse.*
2. *Non peccare, qui invitus aut coactus peccat.*
3. *Nec perire virginitatem, coacta fornicatione.*
4. *Matrimonia coacta esse ipso facto nulla.*
5. *Et infelicem ut plurimum sortiri exitum.*
6. *Violentia distinguitur in Absolutam & Conditionalem.*
7. *Quid sit metus.*
8. *Utrum metus non sit futurorum.*
9. *Utrum minæ justum inferant metum.*
10. *Vis absoluta facit omnem contractum irritum.*
11. *Coactam voluntatem nihilominus esse voluntatem & metum non excludere consensum in universum.*
12. *Nihil actum videri, quod ex metu gestum est.*
13. *Etiamsi juramento confirmatum sit.*
14. *Metum inducere ignorantiam.*
15. *Sed intelligi metum, qui cadat in constantem virum.*
16. *Quid intelligatur per virum constantem.*
17. *In muliere sufficere minorem metum.*
18. *Arbitrio Iudicis committi censuram, Utrum justo metu quid actum sit.*
19. *Iusti metus species quasdam legibus exprimi.*
20. *Inter quas utrum contineatur metus infamiæ.*
21. *Non excusari, qui metu patitur se adigi ad peccandum.*
22. *Metus jacturæ bonorum an inducat justum metum.*
23. *Multam, sponsalibus adjectam, non deberi, nec obligare contrahentes.*
24. *Levis jactura non inducit justum metum.*
25. *Sed gravis, quoad opinionem vulgarem.*
26. *Utrum justus sit metus reverentialis.*
27. *Apud Rom. magistratui fas non erat uxorem ducere ex provincia, cui præerat.*
28. *Quare tutori non liceat ducere pupillam.*
29. *Liberos teneri sequi vota & jussa parentum.*
30. *Quibus casibus metus non liberet à promissis.*
31. *Si quis seipsum sua culpa in metum conjecerit.*
32. *Deprehensum in stupro jure posse cogi ad nuptias.*
33. *Obligari & illum, qui matrimonium promisit, ut se ex metu, vel carcere emanciparet.*

Hactenus

HActenus de notitia seu cognitione, cui adversatur ignorantia & error, quem diximus esse ignorantiam in parte, seu pravæ dispositionis: Sequitur jam videamus, de libertate, sine qua voluntas non meretur nomen voluntatis. Usque adeò includitur in natura voluntatis, ut licet præter eam multa cogamur inviti facere aut pati, ipsa tamen frena violentiæ non sentiat, in ipso coacto facinore sui potens & libera, & sine culpa, quemadmodum Lucretiam excusabant cognati: *mentem peccare, non corpus, & unde consiliũ absuerit, culpã abesse*: & ipsa se consolabatur: *Corpus tantum est violatum, animus insons, Liv. lib. 1.* de qua & August. *ex declam. Mirabile dictu: Duo fuerunt, & unus adulterium commisit. c. proposito 32. q. 5.* quia, ut ait Hieron. *lib. 1. ad Rom. Non potest fieri, ut nisi quis prius mœchetur in corde, mœchari possit in corpore.* Caro enim corrumpi nequit, nisi mens fuerit ante corrupta. *c. revera 32. q. 5. c. raptor. 27. q. 2. l. vim passam. l. uxor. §. si quis plane de adult. l. fœdissimum C. Eod. Farin. lib. 3. pract. crim. q. 97. Menoch. arb. jud. cas. 354. n. 9.* & Helena *apud Ovid.*

1. *Voluntas cogi nunquam potest.*

2. *Nõ peccat qui invitus agit.*

Crimen erat nostrum, si delinita fuissem:
Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?

Unde nec virginitatem perire coacta fornicatione, si voluntas in actum non condescendat, ICti tradidêre, *Covarr. de spons. par. 1. c. 5. n. 3. Abb. in c. discretionem. de eo qui cogn. consang. ux. Mart. Navarr. in man. comp. præ. 6. num. 1. Angelus Clavasin. in sum. verb. virginitas. §. 2. Ioh. de Ana. in c. 3. col. 2. de fur. Hippol. de Marsil. in l. 1. n. 17. de sicar. Cypræ. de spons. c. 13. §. 47.* quia virginitas non consistit in membris corporis, sed affectu animi, *in pr. & c. tolerabilis 32. q. 5.* qui omni violentia externa superior est, & à vitiato corpore non inquinatur, & proinde nec recusari posse sponsam, cum qua alter aliquis vi se commiscuerit, licet præ zelo vi compressam uxorem Levita quidam in frustra 12. totidem tribubus filiorum Israëlis transmittenda dissecuisset, sed quæ antea in adulterio deprehensa fuerat, & ex compressione violenta mortua. *Iudic. c. 19. & 20.* 3.

Cum verò consensus itidem consistat in voluntate, & hæc, etiamsi corpus cogatur, libera tamen maneat, constat, matrimonia vi aut metu inita ipso facto esse nulla, quia essentiam nullam habent propter defectum consensus, qui à renuente voluntate proficisci nequit, idq; in matrimoniis eò diligentius requiritur, *Thom. & Scot. 4. dist. 29. q. 1.* & ut ait Quintil. *declam. 247. Nusquam libertas tam necessaria, quam in matrimonio est,* 4.

Vis facit matrimoniũ ipso facto nullum.

quia alieno animo amare nemo potest, & rectè Molinæus *ad Alex. 5. consil. 152. Nihil odiosius, nihil periculosius, quam matrimonium inter dissentientes.* Nam

5. *Coacta matrimonia infœlicata.*

Malo coactus qui suum officium facit
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. Terent. in *Adelph: act: 1. sc. 1.* multò magis ad dominium suum revertitur voluntas, postquam consummato conjugio, metum impendentem discussum videt, perinde, ut Lactantius *lib. 5. Inst: divin.* de imperata & ex metu suscepta religione scribit, & Gregorius ait *l. 1. Epist ad Virgil & Theod: Epp Massil: Dum quispiam ad baptismatis fontem non prædicationis suavitate, sed necessitate pervenerit, ad pristinam superstitionem remeans, inde deterius moritur, unde renatus esse videbatur.* Ludovvicus XII. Gall. coactus à Ludovvico XI. filiam illius recepit quidem in matrimonium, habuitq; justæ uxoris loco, quam diu metus causa duraret. Mortuo verò cogente, & hoc succedente in regno, repudiata priori conjuge, Annam Britonum principem duxit, quod licet facere de jure nequiret, *Bez: de divort: p. 88.* cum metus concubitu purgetur, *c. Consultat: de sponsal: Navizan. lib. 2. sylv nupt. n. 119.* quicquid pro ipso enitatur Connan. *libr. 8. cap. 4. num. 5.* tamen maluit jura omnia perrumpere, quam coacto matrimonio acquiescere. Coacta malum solent habere exitum, *c. cum locum. c requisivit c. gemma. de sponsal:* & omne violentum est contrarium ei, cui violentia infertur, *3. Ethic. c. 1.* & proinde nequaquam stabile aut perpetuum, cum aut expugnetur à resurgente natura, aut subigat naturam, quiescere nescientem, donec in nativam se libertatem restituerit. *Stultitia est*, ait mulier *apud Plaut. Canes invitos venatum ducere.* Et:

Hostis est uxor, quæ invita ad virum datur.

6. *Duplex violentia.*

Duplex autem est coactio, seu ex coactione inducta necessitas, quarũ unã absolutam vocat gl. *in c. sacriũ verb: coactio, de ijs, quæ vi met. caus.* alteram qualificatam & conditionalem Decius *in l. velle 4. n. 6. de R. I. Tiraq: caus: 36. de pæn. temp. n. 4.* Utriusq; distinctio petita est *ex 3. Eth. c. 1.* ubi Arist. de utraq; accuratè disputat & alteram prorsus veniam mereri censet, quia voluntatis concursum prorsus excludit, alteram secundum quid, quia voluntati relinquit arbitrium eligendi. Illam nomine coactionis intelligit Innocentius III. *in d. c. sacris,* cum magis pati, quam agere videmus, & per vim

vim explicant Ulpianus *in l. &* Paulus *in l. 2. Quod met: caus:* Hanc nomine metus ubique insinuant ICti, quando disputant, utrum metus solvat conjugium vel sponsalia. Differentia enim est inter vim & metum *ex c. de muliere. de spons.* & definitur metus Vlpiano, *d. l. 1. trepidatio mentis instantis vel futuri periculi causa.* Instans periculum nominat, non ex ea causa, quod remota non timeamus, ut ex Augustino *serm. 1. post. octav. pasch: Dom. 2.* dicente: *Nemo futurorum metum cogitat*, explicat Covarr. *de matr. par. 2. c. 3. §. 4. n. 3. & ex hoc Cypræ. de sponsal. c. 13. §. 14. num. 3. Gentil: 3. de nupt: c. 10.* eò quod morte, quam omnibus instare scimus, non terreamur. Quis enim nescit dictum Salvatoris: *Homines tabe perituros, præ timore rerum expectatarum*, & quam multos videmus metu futuræ post malè gestam vitam calamitatis, in desperatam redigi insaniam? Nec id dicit Augustinus, quod futura non terreant, sed quod terrorem futurorum non soleamus cogitare. Aliud enim est metum esse præsentem: *l. metum, la. 3. in pr. quod met. caus.* aliud periculum, quod metuitur, ut vult gl. *in d. l. 1. verb. futuri*, cum etiam absentia præsentem possint injicere metum, ut de eo, quem Herculis adventus in cavernas præcipitabat. Sed ferè fit, ut remota non cogitemus, quia incerta videntur, ut de morte objectum fuit. Nam, de morte quidem certi sumus, sed incerti de hora, ideoq; spem nobis semper protrahimus, & metum spe excludimus, nec susq; deq; habemus mortem, quia longe abest, sed quia incertitudo accessus eius nos audaces facit. Aliàs Vlpian. *in d. l. 1.* manifestè per disiunctivam *Instans* periculum opponit *Futuro*, adeoq; per hoc intelligit, quod tam propè non instet, dummodo imminentem incutiat metum.

7. *Definitio metus.*

8. *Vtrum futurorum non sit metus.*

Quæritur à ICtis, utrum minæ solæ justum metum inferant, & volunt considerari personas, à quibus minæ proficiscantur. Ego hac distinctione quæstionem quam brevissimè expediri censeo. Si in diem sit, quod minitetur quispiam, ut inquit ille apud Terent. *in Eun.* aut si minæ incertum habeant eventum, quia præsentem metum non incutiunt, nihil eas operari in animis cordati viri. Si verò executio verbis parata videatur, *& dictum factum parvo discrimine distent*, etiamsi periculum longè absit, tamen præsens metus inducitur, & quod sic fit, metu factum putatur, ut sunt omnia, quæ à Tyrannis imperantur, cum etiam *Tyrannorum preces mistas necessitatib.* scribat Plat. *in Ep: ad Diō prop. Cic. 9. ad Att.* In cæteris minis tā violenta nō dominatur præsumtio, cū etiā si servus meo jussu

9. *An minæ justum inferant metum.*

pecu-

pecuniam mutuò sumserit, ut mihi solveret, datur quidem actio in me, sed quod de dolo, non quod jussu. *l.servu tui.de dol. mal.* id quod pluribus
10. à nobis explicatum est *in tr. de pæn. temp.* Et quidem, quod vis absoluta, quæ repelli nequeat, *l.2. Quod met. caus.* contrahere coactum non obliget, in omni contractu verum est. *l.3.in pr. Eod.* eoq; magis in hoc nostro, quo liberior consensus hic exigitur, quia vis imponit voluntati necessitatem omninò contrariam, ut cum Tarquinius Lucretiæ pectori gladium injiceret & infamiæ metum cum vi conjungeret: *Liv.lib.1.* aut cum frater virginis violentissimus, ut fingit Pythias, colligato Chæreæ minitaretur porrò facere, quod mæchis solet, *Terent: Eun. Act.5.sc.5.* aut cum Iuppiter Calistonem comprimeret, quam injuria in Vrsam versam, conqueritur Iuno *apud Ovid.1. Fast.* quod fuerit

Invito corpore passa Jovem.

11. De metu res videtur magis dubia, cum is voluntati electionem prorsus non eripiat, adeo, ut etiam coactum voluisse dicat Paulus *in d.l. si mulier 21.§. si metu*, ubi Bart.& Accurs.notant: *coactam quoq; voluntatem esse voluntatem* & gl. adducit versum:

Sicq; volens factus, quod nollem velle coactus.

Ex metu actus cōsentit. Servus adiens hæreditatem, coactus, dicitur id voluisse, quia vult liber esse, *c.cum proponas circ.fin. de hæred. Instit.* & qui projicit merces, salvandæ navis & hominum causa, præ eligit sane jacturam bonorum, præ naufragio vitæ, *ut tradit Arist. 3.Ethic. c.1.* adeò, ut quædam harum actionum, quæ mixtæ ibidem vocantur, plus videantur habere voluntarii, quam violenti, & Alciat. *l.13. C. de transact.* regulariter actus per metum gestos, non vult esse nullos, *l.si mulier § pen. junct. gl. in verb. volui, quod met.caus. Zas. in § actionem n.45. Inst. de action. Beust. de matrim. c.44. Sneidevv.par.2. de nupt. licit.n.23.* quia in quacunq; scintilla libertatis servatur actus liberi arbitrii, *ut vult.Bald. in consil. schism.* Semper enim, qui ex metu facit, licentiam habet non faciendi, si malit propositum subire periculum. Nihilominus etiam de metu, imo postea de metu solo, quia vis atrox in metu includitur, *ut ait Vlpian. in fi. d. l. 1.* seu potius, quia si ex metu gesta nulla sunt,
12. *Nihil actum esse, quod ex metu actu est.* multò minus ex vi, ducto argumento à minori ad majus, concepta est vox prætoris, quam *à Spiritu Sancto in os ejus positum* dicit Bald. *in rubr. de controv.invest. in fi.* *Quod metus causa gestum est, ratum non habebo, l.1. Quod met. caus.* & omnis metus contradictoriè opponitur libertati, *secundum Bald: in d.cons.schism.* & secundum jus Canonicum, omnem actum, cui

cui occasionem dedit, vitiat, *ut not. ad c. 2. de ijs, quæ vi.* etiamsi juramento firmatus sit, à quo tamen absolutionem petendam censent, *Fortun. de ult. fi: illat: 22. Corn: in auth. sacramenta. pen: & fin: colum: C. si advers: vend. Bald: in c. 2. de jurej.* alioquin à jurato promisso non resiliendum tenet ipse Cujac: *c. 1. de jurej.* Germani dicunt, etiam Iuramentum vi expressum coram Deo odiosum esse, *c. Albas. quod met: caus: cum ibi not: c. cum contingat. de jurej.* nec indiget peculiari absolutione, quod antea nullum erat, nec absolutio quicquam præstare potest, *secundum gl. Iuris civil.* quam ut nullum declaret, quod suapte natura jam nullum erat. Quod enim Canonistæ disputant Pontificem posse religionem juramenti dissuere, & stante obligatione facere, ut obligatio non teneat, abundè à nobis refutatum fuit, *lib: 2. de jur: majest. c. 6. n 8.* quia contra jus divinum non datur Pontifici dispensandi potestas. Nervosè Cicestr. *in Tort: Tort: pag: 67. Materia, quæ fuit juramenti docetur indebita, ut sub juramento cadat. At hoc jam non est, ligaturam solvere, sed rem ligatam subtrahere. Nodus manet, nexus manet. Tollitur id, cui nectendo fuit.* 13.

Ratio autem, quare metus faciat contractus nullos, assignatur ab Ulpian. *l. Item 14. §. In hac actione Quod met: caus:* quod habeat in se ignorantiam, & per consequens excludat deliberationem, seu excutiat consilium & memoriam, *ut ait Thucyd. lib. 2.* & ut Ennius dicebat: 14.

Pavor omnem sapientiam ex animo expectorat, & Terent.

Vix sum apud me: ita animus commotus est metu. & Martialis, *lib. 2.*

Res est imperiosa timor.

Proinde, quò metus major est, eò magis excusat spondentem, & ut ait Cajus *in l. metum la. 2. 6. ff. Eod. Metus non vani hominis, sed qui meritò & in hominem constantissimum cadat, ad Edictum prætoris pertinet. l. vani 184. de R. I. c. cum dilect: ubi Abb: & gl: quod met: caus: l. interpositas C. de transact:* Constantē virum accipit Covarr. *d. § 4. n. 5.* virum *prudentem*, qui sciat discrimen facere inter majus minusve malum, *arg. l. metum. la. 1 ff. Eod.* atq; ita totam vim vocabuli invertit, & prius arripit pro posteriori. Constans enim non is dicitur, qui eligit, sed qui constanter & fortiter electa vel perfert, vel agit. Opponitur enim meticuloso, qui quovis agitatur ventulo, & designat, 15. 16. *Quis sit vir constans.*

Iustum & tenacem propositi virum, quem
Non civium ardor prava jubentium

Nec vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida, Horat. 3. Od. 3.

ut in illo ejusdem. *Vir bonus & constans*, &c. & Cicer. *in Lal.* firmum, stabilem & constantem amicum, iisdem verbis describit. Patet enim nomen constantiæ latè, & hoc in loco accipiendum est de subjecta materia, quatenus firmum denotat animum in periculis, in quibus & metus versatur. Alias in viris maximè prudentibus, minus deprehenditur constantiæ, sicut Theologus Scotus, ut videtur, objicit Lipsio *in Apolog. contr. Lips.* *Neminem inconstantius vixisse, quam qui de constantia integros libros scripsisset*, quod & Ciceroni objectum fuit: *Ipsum nimirum non avidius appetijsse honorē, quā cum scripsisset, de contemnendo honore.* nec pejorem extitisse Philosophum, quam cum in exilio documentū suæ professionis edere, & elegantibus scriptis constanti facto fidem facere debuisset. *Dion: in Augu:* Non in prudenti electione, sed pertinaci executione consistit constantia, quam hic Cajus vanitati opponit, seu mobilitati animi eius, qui sub quovis periculo succumbit, & quia mulieres & pueri non tantum minus prudentia & perspicacitate in eligendo valent, quam

17. *In muliere sufficere minorem metū.* viri, sed minus quoq; constantes sunt in perferendo, ideò gl. *in c. cum locum de sponsal. probata ab Abb. & Prapos. ibid. & à Rom. sing. 226.* minorem metū dicit sufficere in fæmina, *Innoc. in c. cum dilectus. Quod met. caus. gl. in c. cum locum de sponsal: Ias. l. interpositas de transact: Covar. d. § 4. n. 17. 18. 19. Dec: in l. 59. n. 3. de R. I. Gentil. de nupt. li. 3. c. 10. Barbat. 1. cons. 60. Cypræ. c. 13. de sponsal. §. 15. Latè Tiraq: l. 9. Connub. concl. 1. part. 9. n. 160. Gail. observ. 93. 1. de pac. publ. n. 3. Cravett. cons. 115. Sneidevv. par. 2. nupt n. 26.* & *d. l. metum 6.* concepta est tantū de norma seu regula justi metus, prout artifices Idæam solent proponere, ad quam cætera omnia æstimentur. Nec enim in fæmina fas est quærere tantam perfectionem, quantam Aristot. *in Eth.* viro bono præscripsit, multò minus autem tantam fortitudinem, quam ἀνδρείαν inde vocarunt, quia viri propria est, ut decus mulieris, *dicente Bione.* Imò nec tam pertinacem animum in Clerico, non tam obduratum ad tormenta corpus invenimus, quam in milite aut præfractiorio homine, quem nec Auster

Dux inquieti turbidus Adriæ
Nec fulminantis magna Jovis manus, terreat, adeò ut

Ulpian. omnem metum æstimari velit ex affectu ejus, qui metum patitur, *l. metus 3. ex quib. caus. maj.* seu ex conditione personarum, ut explicat Faber. *ad d. l. 184. de R. I. Dec. ad d. l. 39. n. 3. ff. Eod.* cum in omni dispositione spectanda

sit

sit qualitas personæ, ad quam dispositio refertur, *l. plenum* 12. *§ Equitii de usu & habit: Iaf. in l. stipulatio ista. § hæc quoq; de V.O. Fel. c. causã n 17. de rescr. Ar. Pinell: l. 1. par. 2. n. 75. usq; ad fin. C. de bon. mat. Menoch. li. 3. præs. 4. n. 3. Beust. de matr. part. 2. n. 44. Gail. 2. obs. 93.* ideoq;, utrum quis justo timore perculsus fecerit, eius rei exquisitionem vult Ulpian. *in d. l. metus. 3. in fi.* judicis disquisitioni relinquendam esse, ut facta collatione inter personam patientem & magnitudinem metus, de justo timore arbitrium ferat. *gl. Innoc. & Dd. in c. cum dilectus, de his, quæ met. gl. in l. interpositas verb. civitatum. ibi Bald. & Iaf. C. de transact. Dec. in d. l. 39. n. 7. Covar. d. § 4. n. 15. Gentil. 3. de nupt. c. 10.* Speciem tamen aliquam justi timoris ibidem exprimit Vlpianus, scilicet, ***mortis***, & ut habet Fl. lectio, ***cruciatus corporis***, *l. si donationes. 7. C. Eod.* nec non verberum & eorum, quæ contra bonos mores fierent, *l. 2. § Sed vim & in fi. ff. quod met. caus.* vinculorum *l. 7. ff. Eod.* servitutis & similium, *l. 2. ff. Eod.* carceris *l. 22. Eod.* cum talia vir constans non perferat, quin concutiatur, & à sua opinione se dimoveri patiatur, à qua alias non recederet. Vtrum metus infamiæ idem operetur, dubium est, propter Pedii sententiam, qui dicit infamiæ metum edicto non contineri. *d. 7. in pr. Eod.* & tamen Paulus *in l seq. § penult.* si ad evitandum stuprum quis dederit aliquid aut promiserit, edictum locum habere scribit, addita generali ratione: ***Cum viris bonis iste metus maior esse debeat, quam mortis.*** Vnde gl. *in d. l. 7. verb: infamia & in d. l. 8. verb. seu mulier*, infamiæ metum locum habere voluit, si scil. infamia inferatur talis, quæ juris habeat effectum, ut cum Lucretia consentiret Tarquinio, ne mortua cum servo collocaretur in codẽ lecto quasi ab eodem stuprata, & ob adulterium à rege indignante jugulata. *Liv. lib. 1.* Deterius tamen malum est, committere adulterium, metu infamiæ, quam promittere conjugium licitum, & Arist. 3. *Eth. c. 1.* quædam esse monet, à viro constanti, nullius mali vitandi gratia, subeunda, eò quod nullum tantum possit inferri malum, cujus respectu ipsa possint subire rationem boni. Metum autem omnem inde æstimandum, utrum majus malum vitetur, ipse Vlpianus respondit. *l. 5. Eod.* Iosephus, etiamsi adultera ipsum accusaret intentati sibi stupri, carceris periculũ maluit subire, quam voluptati ipsius, cũ tanto peccato obsequi. *Gen. c. 39.* Susanna infamẽ subiit condemnationẽ & mortem non incertam, dummodo conscientiam Deo integrã servaret. *Fragm de Suf.* Comes item quidã Italus passus se est ad rogum duci ab Imperatrice, quasi ipsam appellasset de stupro, cui ipse appellatus consentire negarat. *Sigon. 7 hist. Ital.* Satius enim est coram mundo infamem fieri, quam coram Deo, & in hac re non satis considerate

18. *Vtrum metus fuerit justus, arbitrio Iudicis decernitur.*

19. *Species justi metus.*

20. *An metus infamiæ justus.*

21. *Ad peccatum nemo se compelli pati debet.*

disputat Alberic. Gentil: *lib: 3. de nupt: c. 10. contra Covarr: d. §. 4. n 6. usq; ad n. 14. & Fortun. tr. de ult: fin. Illat: 22.* negantes excusari posse glossam *in l. pen: si fam: furt: fec: dic.* quæ venia dignum censet delictum, timore aut per metum commissum, quia ad peccandum nulla vis virum constantem adigere debet. *c. primum. c. ne quis 22. q. 2. c. sacris, ubi Abb. de his, quæ vi met; Thom: 2. 2. q. 110 art: 3.* Quod enim objicit, timorem deferre aliquem extra se & secundum Ennium, *expectorare omnem sapientiam ex pectore*, seu facere, *ut ingenia sibi ipsis excidant,* dicente Sen. 6. *Mor. qq: & inter magna mala desipiant, in quem sensum plura congessit Cardan: 2. de sap.* in eo non distinguit hominem meticulosum, *l. 7. in pr. ff. quod met caus:* à constante, *l. 6. Eod.* Constans enim non est, qui timori valvas pectoris ita aperit, ut omnem inde sapientiam sibi excuti patiatur: Atqui nos loquimur tantum de timore cadente in virum constantem. Nec obstat mendacium, quod dicere videtur is, qui metu contrahit, cum dicat se consentire, nec consentiat tamen, adeoq; peccat mendacium dicendo, quod propter metum viro Christiano nunquam licet. Nam, *ut recte respondet Covarr. d §. 4. n. 10.* is, qui ita promittit, non addit se hoc facere liberè & ex animo, sed promittit verbis, quibus se consentire dicit, & veraciter consentit, ideoq; non mentitur, quia de libertate animi quæstio non est, sed de consensu quocunq;. Vt autem ineptus sit, qui à coacto liberum consensum velit exigere; ita iniquus & mendax, qui urgente maximo metu, se liberè & ex motu spontaneo agere simulet.

22. *Metus mult[æ] [?] sit justus.* Dubium etiam est, utrum jactura aliqua pecuniæ, vel multa imminens retrectantem matrimonium excuset. Frequenter enim sponsalia inter principes contrahi solent, adjecta gravi multa, nisi promissa compleantur, quemadmodum Carolus V. quingenta millia scutatorum stipatus est solvere Henrico IIX. regi Angliæ, nisi promissum matrimoniũ, ut inter eos convenerat, consummaret: quã multam coactus fuit pendere, postquã Regis Portugaliæ filiam duxerat, ejusq; bonam partem cessit Henricus Francisco I. Regi Galliarum, ut promissum lytrum Carolo eò promtius expediret. *Bellai. lib. 3. Comm.* Persolvit autem multam Carolus, non quod ex vi promissi cogeretur, sed ne Gallias simul & Angliam sibi uno tempore inimicas caperet. Alias, si jurata sponsalia pro irritis habentur, nisi

23. sua veritate absq; juramento subsistant, *ut disputat Alciat in l. 134 de V. Obl: & 1. Cons: 42. contra Corneum 4. Cons: 294. & est text. in c. significavit de eo, qui dux: in matr: de quo vide gl: in c. 2. de his, quæ vi. Fortun. d. lib: de ult: fin. illat.*

21. *21. Covarr. d. 6. 3. §. 5. n. 2. & 3. Gentil: lib. 3. c. 13. Beust: de matri: c. 44. Sutcleve*

par:

par: 2. de nupt: lic. n. 24. Beza de divort. pag: 83. quia juramentum imitatur naturam actus, cui apponitur, *l. fin. C. de non num: pec:* & non facit validum, quod sua natura invalidum est. *c. quamvis, ubi gl: in verb: dispendium. de pact: in 6. not: in c. fin: de procur:* multò magis adjectio pænæ nihil operabitur, quia impedit matrimonii libertatem. Et quanquam Leo *Nov: 18.* pænalem pactionem toleret, cujus exemplum adducit Gentil. *ex Plauti Pseud.*

Satin' est, si hanc hodie mulierem efficio tibi,
Tua ut sit, aut si tibi do viginti minas?

quod etiam lege Longobardorum licuisse testatur Alciat: *d. l. 134. de V. Obl.* tamen quia contra bonos mores vergit, non tantum civiles, *ut limitat Corneus,* sed etiam naturales & divinos, cum consensus tam naturali, quam divino jure requiratur, standum est decisioni Panorm. *in c. cum terra. de Elect:* negantis consuetudinem valere, quæ vergat contra libertatem Electionis, *per d. c. cum terra:* nedum contra libertatem conjugii, quæ summa debet esse. *Inhonestum enim est*, ait Paulus *in d. l. 134 in fin: de V. Obl. vinculo pœnæ matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta*, & pænales hasce obligationes improbant tam Alexander, *in l. 2. C. de inut: stipul:* quam Iustinianus *in l. ult: in fi: C. de sponsal:* ex hac ratione, quia in contrahendis nuptiis libera potestas esse debet. Multæ igitur amissio neminem terrere debet, quia de jure nulla debetur: *Connan: lib. 8. Comment: c. 2. n. 5.* Quod si vi exigatur, idem de ea dicendum, ut de reliquis bonis. Leve enim, quod iis imminet, periculum tanti non est, ut justum metum in cordato viro ciere valeat, *Ias: in l. Titia. de Verb: Obl.* sed si periculum sit de 24.
tota substantia, aut maxima bonorum parte, cedendum putant ICti. *Bart: in l. si ob turpem de cond ob turp: caus. Bald. in l. 1. in fi. C. quod met: caus: Panor. in c. gemma de sponsal: Sneidevv: par: 2. nupt. n. 27. Alciat: l. 13. C. de transact: Covar: d. §. 4. n. ult: Gentil: 3. c. 10.* ea ratione moti, quod pecunia sit vita & sanguis hominis, *ut notant prædicti autores, & late Tiraq: de nobil: c. 31. n. 364. & seqq: Zoann: part: 1. de defens. n. 39. 47.* quod si de communi hominum opinione intelligant, non negamus procedere, quia vulgus collocat 25. *Jactura gravis.*
beatitatis fundamentum in divitiis, *1. Eth c. 5.* secus si de prudentum sententiis sermo sit, qui divitias quidem in mare, cum Democrito non spargunt, nec Diogenis dolium præferunt honestis ædibus, aut atrum panem ex jure hesterno liguriunt, cum modico liceat uti apparatu, sed nec eo usque eas evehunt, ut vitam præ earum amore, aut famam in discrimen deducere velint: ita ut vel hinc pateat per virum constantem, non intelligi tam prudentem, quam qui firmiter sciat perferre mala, quæ vulgò putantur

tantur maxima. Vir prudens enim, cui ad exemplum Thaletis 1. *Polit.* ditescendi viæ nunquam præcidi possunt, malit suorum bonorum bonam partem ventorum ludibriis exponere, quam inauspicato se implicare conjugio, ubi non tantum perpetuis oblatrationibus cum Socrate obdurescendum esset ad patientiam, sed funestis dissidiis etiam dilapidaretur, quicquid per contractum conjugium incautus vir salvare voluerit. Pari consilio vir prudens præfert infidæ & cruentæ paci momentaneam, quæ ex bello timetur, bonorum jacturam, *ut in tr. de bell. diximus.*

26. *Vtrum metus reverentialis justus sit.* Deniq; coactæ videntur nuptiæ, in quas consentitur ob metum reverentialem, erga parentes & magistratus. Metum reverentialem voco obsequium, reverentiæ ipsorum debitum, à quo adhuc absint, verbera, vincula, aut minæ cum parata executione. Nam si tali metu premantur liberi, & imprimis filiæ, in quibus minus est animi, *l. regula. de iur. & fact. igno.* si exclusione ab hæreditate terreantur, de justo metu apud magistratum conqueri possunt, & auxilium implorare ad rescindendum contractum. *l. vidua C. de nupt. c. cum locum de sponsal: Rimınal. in cons. 77. matri. Beust. de matri. p. 2. n. 44. Kling. de caus. matrim. pag. 16.* Absq; hac violentia quæritur, utrum qui contra patrem mutire præ verecundia ausus non fuit filius, vel filia, propterea nihil agat, si voluntati patris suam ingratiis accommodet, quod censet Igneus *in l. 3. §. eleganter n. 176. ad Syll.* ex præpostera lectione *l.*
27. *si patre. de rit. nupt.* quasi ibi dicatur: *inter invitos cõtrahi matrimonium*, cum editio Florentina negativam adjiciat. *Item Fachin. lib. 2. Cont. c. 96. nisus in l. 1. § quæ onerandæ, quar: rer: act: non dat: & in l. pen: de furt: quibus respondet Duar. ad l. quod met. caus. Beust. de matrim. part. 2. n. 44 Sneidevv par. 2. nupt. n. 28.* Iure antiquo Rom. orationibus Imperatorũ & SCtis comprehenso, *si quis*, ut ait Paulus, *in aliqua provincia officium administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non poterat, l. si quis. 38. l. qui in provincia 57. l. Eos qui 65. de rit: nupt.* cujus rationem assignat Papinian. *in l. præfectus 63. Eod.* ex metu reverentiali, quod ratio potẽtatus nuptias prohibuerit. Solent n. qui potestate in provincia præditi sunt,
28. *Cur non liceat tutori ducere pupillam.* *occasione potestatis uti, & minacem suum fervorem invitis his, quorum utilitas agitur, exhibere,* ut ajunt Impp. *in l. un. C. si quacunq; prædit. potest.* Eodem jure nec tutori vel curatori, vel utriusq; liberis & libertis fas erat adultam pupillam uxorem ducere, *l. tutor 15. de spons: l. tutor 36. l. libertum 64. l. non est. 66. cum l. seq: ff. de rit: nupt.* cujus rationem continere orationem D. Marci hanc scribit Tryphoninus, *l. non solum 6. Eod.* ne

ratio

ratio tutela reddenda cohibeatur, eandemq; assignant Impp. *in l. si tutor 7. C. de interd. matr.* ne hujusmodi conjunctione fraus administrationis tegatur. Sed & aliam addunt alii non abs re, quod facile sit tutori pupillæ voluntatem in leges conficere suas, quia & bona & animum eius suo regit arbitrio, suæq; potestati subjecta habet. Cæterum, cum prior ratio cesset in parentibus, de quibus nihil præsumi potest, quod tendat in detrimentum filiorum, quibus omnia sua ex voto parant, propter solam, quam in liberos habent, potestatem, matrimonia dirimenda non censemus, *l. si patre. de rit. nupt. facit l. fidejussor. § 1. de pignor. gl. in c. præsens Clericus. 20. q. 3.* quia, ut paulò post dicemus, liberi coguntur parentum præscriptum sequi, nisi indignis aut turpibus personis copulentur. *l. si quæ 12. de sponsal.* Qui verò jure licito & jure honoris, quem sustinet, utitur, nec vim facit, nec metum incutit, *l. continet. 3. § 1. quod met. caus.* etiamsi sit magistratus, qui nuptias suadeat, quia sola dignitas non arguit metum, *l. ad invidiam 6. C. de his, quæ vi met. caus.* nisi, qui eam possidet, solitus sit ad compellendum ea abuti, *prout notant Gig. de crim: maj: rubr. de rebell. q. 4. Hyppol. de Marsi: sing. 645. Paris: cons. 5. n. 82. lib. 4. Tiraq. caus: 55. n. 9. de pœn: temp: Menoch cas. 354 n. 12. arb. jud:* Quò usq; verò jus patriæ potestatis in imperandis conjugiis sese extendat, paulò post pluribus deducemus, modò præmiserimus unam atq; alteram exceptionem, in qua metus nihil operetur, si videlicet, qui cogitur, ipse in metum se conjecerit, aut si metus, in quo versatur coactus, nihil ad matrimonium ineundum attineat. 29. *Liberos teneri sequi vota parentum.*

Priorem exceptionem facit ipse Paulus *in l. si mulier. 21. in pr. quod met. caus.* ubi mulier servitutem, in quam à patrono justè poterat revocari, redimit argento, & promissa, licet metu facta, valere dicit, quia hunc metum sibi ipsa infert. *Non erat mihi pœna in carcere esse*, ait Sen. 4. *Controv. 24. mea voluntate illuc perveneram.* Ita subvenitur servis, qui non potuerunt domino succurrere, propterea, quia conclusi erant, nisi data opera voluerint se includi, ne opem ferre possint, *l. 3. § subvenitur. ad Syll.* & in genere gl. *in d. l. si mulier. verb. Quia hunc sibi metum,* notat, non succurri ei, qui se in necessitatem posuit, quemadmodum ait Vlpian. *d. l. si fidejussor. 7. § si necessaria in fi.* non mereri, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit. *l. 2. §. si quis tamen, si quis caut: in jud: sist. l. cum postulassem in pr: de damn. infe. § item tria. ibi. affectatæ. de excus. tut. gl. in d. l. si mulier. in d. l. 3. §. subvenitur. verb: voluerint, in d. l. 2. §. si quis tamen, verb. artaverit.* Cum quæstio incideret, utrum promissa ab hoste metu expressa complenda, quod unus promittentium, dimissus non rediisset, Servius respondit, 30. *Quo casu metus non liberet à promissis.* 31. *Si quis se ipse in metu constituerit.*

æquum

æquum esse, prætorem in detrectantem reddere judicium, *l. Nam & Servius 21. de neg: gest*: ubi rationem addit, gl. *in verb. judicium, quia ipsi in injuriā, quæ fieri à prætore videbatur, se præcipitarunt.* Regulus certè noluit juratam hosti fidem fallere, & Romani remiserunt Hannibali, qui cum fraude ex castris eius se abduxerant, *Cic: 3. off*: quia non omnia, ex necessitate concessa vel pacta rescindi posse, *in lib. 3. c. 1. de jur: Maj*: demonstravimus.

32. *Aut cum amasia repertus in stupro fuerit.*

Si quis cum amasia repertus in lecto, cogatur matrimonium consummare, non potest metum allegare, in quo seipsum constituit, *Panorm. c. 14. de sponsal. licet dissentiat Port: Inst. de patr: pot. Navtz. 2. sylv. n. 119. Rossell. cons: 43. Riminald. cons: 77. inter consil: matr: Sneidevv. par. 2. de nupt: n. 22. per c. veniens el. 2. de spons. gl: in c. Abbas quod met. caus. quod in dubio relinquit Beust. de matr. c. 44.* sicut etiam ex l. divina stuprator cogitur stupratam ducere. *Exod: 22. c. 1. de adult: c. inter cætera 22. q. 1. gl. in c. majores verb. conditionali de baptis: Sylv: in verb: metus. q. 6.* Neq; enim cogitur injuriâ ab alio, qui dedita opera id egit, ut jure cogi posset. Alteram licet trahere *ex c. 2. ubi Abb. de his quæ vi, ex c sicut. de R. I. Bald. l. 1. in fi. quod met. caus: Covar: d. § 4. n. 25. Cypræ: c. 13. de sponsal: §. 15.*

33. *Item, si quis fidem dederit ut se metu liberaret.*

Nam, quem ob metum carceris excusat Paulus *l. 22. quod met. cau*: cum sic excusat, si in eum finem detrusus sit, ut aliquid ei extorqueatur. Si quis verò detineatur in carcere cum periculo vitæ, vel libertatis, ex metu fas non est promissa retractari, quia non tam infertur metus, hoc modo, quam aufertur. Iam enim in metu constitutus erat promittens, priusquam conjugii mentio injiciebatur. Et sic Franciscus I. Gall. licet propter metum reliqua promissa rescindere cuperet, uxorem tamen in eadem custodia acceptam nō repudiavit. *Quicciard. lib: 17. Bell. lib. 3.* Pontifex etiam dispensavit de Bigamia, quam Comes quidam, cujus adhuc Erfordiæ tumulus monstratur, coactus erat contrahere, cum matrimonium Ethnicæ fæminæ promisisset, viva adhuc priore conjuge, quò illius opera ex servitute liberaretur. Cleophis regina Dædalorum montium, nihil verita fuit Alexandro M. se miscere, ut regnum reciperet, & se ex imminente periculo eriperet. *Iustin. 12.* Cæterum de facto hoc disputatur *apud Sen. lib: 1. Contr. 6.* aliis argumentis, quæ ibi videre est.

De

De consensu parentum.

Sect. 10.

HActenus ostensum est, consensum contrahentiũ requiri ante omnia, eumque liberum, *l. nec filium l. in copulandis C. de nupt.* Nam in eo conqueritur Pamphilus, sibi injuriam fieri maximam, *apud Ter. And. Act. 1. sc. 5.*

Proh Deûm, atq; hominum fidem, quæ hæc contumelia est?
Uxorem decrevit sese mihi dare hodie, nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne communicatum oportuit?

Cæterum, ut Græci olim obedientiam legitimis legibus debitam odioso nomine servitutem & Tyrannidem vocabant, Libertatemq; definiebant ex potestate faciendi, quod vulgo placuisset: ita improbè libertatem hanc interpretantur illi, qui *cum Vlpiano lib. 6. ad Sabin.* Eum negant *velle, qui obsequitur imperio patris vel domini.* Nam & ipse Petr: Faber *in l. 4. n. 16. de R. I.* contra juris rationem verba legis accipi consentit, si simpliciter accipiantur, ut sonant. Sicut enim Tertull. *in exhort: ad castit: in pr. non omne, quod permittitur, ex mera & tota voluntate procedere*, scribit *eius, qui permittit, sed*, ut ipse loquitur, *ex voluntate quasi invita, passa causam sui, quæ cogit voluntatem*, & sicut Iustinianus, *Nov: 22. § mater.* καθαρὰν γνώμην, distinguit ab ea, quæ per causam probabilem inducta fuit: Ita rectè Aristot: *3. Ethic. c. 1.* ad voluntarias actiones refert etiam eas, quibus initium dedit necessitas, vel quia aliter majus malum evitare non licebat, vel quia honestas & leges ita imperabant. Sic

2. *Libertas limitanda ad jus & honestum.*

Sic enim libertatem circumscribit ipse Imperator. *in pr: Inst: de jur: pers:* quod sit *naturalis facultas ejus, quod cuiq; facere libet, nisi si quòd vi aut jure prohibetur*, & accommodatè ad propositum nostrum Celsus, filium à patre coactum, *maluisse* præsumit, *l. si patre. 22. ff. de rit: nupt.* quod sic explicat Anton. Fab. *in Jurispr: Papin t. de nupt. princ: 4. Illat: 1.* quasi justius sit spectari voluntatem patris, quam filii in eligenda persona, quæ non spectatur ad eligendum conjugium præ cælibatu, *l. non cogitur. 21. Eod.* cum tamen Paulus *l. filiosfam: de sponsal.* in genere asserat sponsalia quæri non posse, quamdiu filiusfamilias dissentiat, nec major ratio est, quare ad eligendā personā cogi possit filius magis, quàm ad eligendū conjugiū. Nā si invitus non tenetur pater admittere hæredē, ne invitus quidē tenetur eo carere: Et injunctum erat civibus Rom. ex lege Iulia Papia, ut uxores maturè quærerent. Cogebantur igitur uxores ducere, quod directo contrarium esset *d. l. non cogitur*, nisi distingueremus inter voluntatem simpliciter liberam, quam definit Augustin. *in lib. de duab. animab. Animi motum, cogente nullo ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum*, & eam quæ propter reverentiam aut alia ex causa eò condescendit, quo suo impetu alias non inclinasset. Hunc enim maluisse, non tantum Arist. *3. Eth. c. 1.* sed & Celsus *d. l. si patre* judicat, adeoq; non voluntatem patris spectat, *ut Anton: Faber interpretatur*, sed filii ipsius, qui patre cogente maluit ducere uxorem, quam si sui juris fuisset; vel nullam, vel non hoc tempore, vel non hanc duxisset. Rationem aperit Celsus in his verbis, quibus filium familias negat *sui arbitrij* esse. Nam qui sui potestatem non habet, nequit sui copiam facere aliis, *l. sic eveniet, ad l. Iul. de adult.* quemadmodum de marito & uxore argumentatur Apostolus, quod quia se sibi mutuò dediderunt, neuter queat sine alterutrius consensu ex pactis matrimonialibus sese eripere. *1. Corinth. 7.* Nemo enim *potest plus juris ad alium conferre, quàm sibi competere dignoscatur. c. nemo 79. de R. I. in 6.* Iam verò filii & filiæ sunt in potestate parentum, *Inst: de patr: pot: in pr:* ut rectè Catullus expressit *in Epithal.*

3. *Libertas coacta.*

4. *Cur patris consensus sit necessarius.*

5. *Liberi sunt in potestate parentum.*

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,
Qui genero sua jura simul, cum dote dederunt.

Rectè igitur Basil. *Epist: 1. ad Amphil: Can: 41. 42. Eorum qui sunt*

in alterius potestate pacta conventa firmi nihil habent, & non minus eleganter quam vero Oldendorp. *class. 4. act. 26. in defens. rei conv. Filius familias subducens personam suam in matrimonium facit furtum sui ipsius.* Licet enim Arist. 5. *Eth. c. ult.* neminem posse sibi suas res suffurari, aut adulterum fieri suæ uxoris scribat: tamen id ita limitat, nisi inter patiens & agens distinctio interveniat, quemadmodum inter appetitum sensitivum & rationem. Ille enim dum ad perniciem properans, rationem secum abducit, non immeritò speciem aliquam injuriæ huic infert. Nec alia ratione injuriam facit patri filius, dum ex illius potestate contra scitum & jussum ipsius sese subtrahit. Majestatis læsæ accusat Scævola eum, qui dolo malo facit, ne Majestati cives salvi maneant, *l. 1. § 1. ff. ad l. Iul. Majest.* & plagiarium definiunt ICti, qui aliquem ex familia alterius subducit. Quantò gravius peccat filius, qui ex potestate longè arctiori, & magis pia profugit, & jus suum patri prævertit, cum tamen, *Quod meum est, sine meo peccato à me auferri non possit. l. id quod nostrum. ff. de R. I.* Non licet filio alienare bona, in quibus pater habet usumfructum, *l. fin. § filius autem C. de bon. quæ liber.* Qua ratione igitur liceat ipsi alienare corpus, in quod possidet imperium? Si non licet id, quod minus est, nec licet quoq;, quod majus est. *l. relegatorum: § ult. de inter. & releg. l. qui indignus de Senat.* Ideoq; meritò stomachatur Demipho, *apud Terent. in Phorm. Act. 2. sc. 3.*

6. *Nequeunt res parentum distrahere.*

En, unquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam injuriam, quam hæc est mihi? At quænam illa injuria?
Itane tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?
Nec meum imperium: age mitto imperium; non simultatem meam
Revereri saltem? non pudere? ô facinus audax. Act. 2. sc. 1.

Et Cratinus amicus super facto consultus,

Sic hoc videtur, ait: *Quod te absente hic filius*
Egit, restitui in integrum æquum est & bonum,
Et id impetrabis. Act. 2. sc. 4. Non minus quam Simo *in Andr. act. 3. sc. 2.* *Gnatus, quod pollicitus est, haud dubium est mihi id si nolit, quin eum meritò possim cogere.* Effectus enim potestatis patriæ est, ut filius uxores filiabus maritos dent, *Alber. Gent. de nupt. lib. 4. c. 2. Cypra. c. 6. de spons.*

ponſ. 1. quod notat etiam Donatus *in Phorm. Terent.* *Patremfamilias* eum eſſe dicens, *qui debeat propriè dici uxorem ducere.* Filium enim familias non tam uxorem ducere, quam à patre ſuo accipere. Idq; pleriq; tantum interpretantur de Iure Romano, *Mauſer. in t. de nupt: Sneidevv. de nupt part.* 2 *requiſ.* 4. *Benſ. de ſponſal: n.* 20. *Anton. Fab. Juriſpr. Papin. t.* 9. *princ:* 4. *Phil: Matthæ: ad l.* 30 *n.* 19. *de R. I.* quod patriam poteſtatem talem introduxit, qualis apud alias gentes, ſi Iuſtiniano credimus, non fuit inventa, *§* 2. *Inſt. de patr. poteſt:* Et certè Iuſtinianus *in pr. Inſt. de nupt:* in ſolis filiis familias requirit conſenſum parentum, cum Emancipatis fas ſit etiam ſine conſenſu patris uxorem ducere, *l. filius* 25. *de rit. nupt. l.* 3. *§ ſi Emancipatus de contr: tab: bon: poſſ:* Et matris conſenſus de jure Civili non requiratur, *l. in conjunctione* 20. *C. de nupt:* quia fœminæ liberos non habent in poteſtate. *l. illud* 4. *§ ad teſtamen: de bon: poſſ: cont. tab: § Cæteri Inſt. de hær. qual. & diff.* Quod ſi verò legem interpretentur ex ſua ratione, *l. de ll.* & Juſtinianus dicat conſenſum parentum ſuaderi tam *civili*, quam *naturali ratione*, longius conſtitutio extendenda eſt, quia naturalis ratio obligat non tantum liberos, qui ſunt in poteſtate patria Romanorum, ſed quoſcunque & cujuſcunque conditionis. De jure enim naturæ omnes filii naſcuntur ſub poteſtate paterna, ſicut Plin. ait *in Paneg. vis & lex naturæ ſemper in ditione parentum liberos eſſe juſſit*, & Dionyſ. *lib.* 2. *Natura in omnibus patri in filium & per omne vitæ ipſius tempus poteſtatem dedit*, &c. quibus accedit ſententia Ariſtotelis digna autore ſuo 1. *Polit. c.* 4. & 8. *Natura lege liberi imperio parentum ſubditi eſſe tenentur*, *Monteeat. prolixè lib.* 1. *pol. tex.* 140. *verb. Mas, quàm fœmina, in pr. ſchol.* Quod enim procreavit, id ut præſit, amicitiæ & ætatis ratio poſtulat. & 8. *Eth. c.* 11. φύσει δὲ ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν καὶ πρόγονοι ἐκγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. Nec ſoli Romani nefaſtas pronunciarunt nuptias, quæ contractæ fuerant abſq; conſenſu parentum, ſed & Græci & extra leges moreſq; profectæ gentes, *ut oſtendit Cujac.* 3. *obſerv.* 5. *Corraſ. lib.* 7. *Miſcell. c.* 29 *Cypræ: c.* 6. *de ſponſal. §* 6. In Andria ex Græco expreſſa Simo ita conqueritur. *Act.* 5. *ſc.* 3.

Adeo impotenti eſſe animo, ut præter civium
Morem atq; legem, & ſui voluntatem patris
Tamen hanc habere ſtudeat, cum ſummo probro.

In Hercule Oetheo Hercules filio Hyllo deſpondet Iolen.

7. *Patris eſt filio uxorem dare.*

8.

9. *De jure naturali.*

Tuis hanc facibus & flammis para, ut quidem breviter expressit Seneca. Nam Sophocl. *in Trachin:* Herculem introducit seriò filio præcipientem, ut si pietatem colere, & juramenti memor esse velit, quo patri sit devinctus, Iolen uxorem ducat, nec obluctetur patri. Ovidius quoq; Pyramum & Thisben fingit non potuisse

tæda jure coire

Dum vetuere patres, quod non potuère vetare.

Ambrosius *in c. honorantur 31. q. 2.* adducit *ex Andromach. Eurip.* responsum Hermiones, Menelai ex Helena filiæ, ab Oreste in uxorem petitæ: *Nuptiarum* sc. *suarum curam patrem suum subiturum. Hoc enim ad se non pertinere*. Verba Euripidis sunt:

Νυμφευμάτων τῶν ἐμῶν
πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει, κ᾽ οὐκ ἐμὸν
τάδε κρίνειν.

Virgo quædam simplicioris animi, cum ex Carpocratianis quidam eam compellaret: *Scriptum est, Da omnia à te petenti*, putans se sollicitari de justo matrimonio, *At tu*, inquit, *matrem convenias*, *Clem. 3. Stromat.* Panægyris *apud Plautum in Stich.* aliis verbis, sed eodem sensu, sorori respondet:

Neq; est cur studeam nunc has nuptias mutarier.
Verum postremò hoc in patris potestate est situm.
Faciendum id nobis, quod parentes imperant.

Prolixior essem, quam evidentia rei requirit, si ex historicis huc infercire vellem, quoties vel filii exorarunt consensum parentum, priusquam in alicujus conjugium se præcipitarent, vel filias aliorum pepercerunt tangere, donec parentes ipsarum consensissent. Quid enim aliud est, ex invi-
11. *Nuptiæ, invitis parentibus similes rapiui.*
ti parentis ædibus abducere puellam, quam rapere? *l. un: vers. oportet enim C. de rapt. virg. Papon. Arr: 22. t. 4. libr. 15. Arr. 6. t. 6. libr. 22. Anton: Fab. d. princ. 4.* Ne Antiochus quidem Chalcidensem virginem abstulit, nisi patre prius, partim ablegando, partim coram rogando, defatigato, *ut ait Livius lib. 36.* quod cum passim apud gentes ita observatum sit, meritò ad jus gen-
12. *Consens. parentum requirit jure gentium.*
tium seu naturale secundarium hanc observantiam refert Sneidevv. *part: 2. de nupt: requis: 4. n. 31.* & Iustinianus vocat *antiquam consuetudinem d. l. un. de rapt:* immeritoq; egregii erroris accusat Anton. Faber *d. princ. 3.* eos, qui ex jure naturali factum putant, ut patris consensus in filiufam: nuptiis

prius jure civili exigatur. Quod enim naturalis ratio inter omnes homines constituit, & pro jure gentium venditat Imperator, § *Quod vero. Inst: de jure nat: gent: & civ:* id Aristot. *5. Eth: c. 7.* vocat jus naturale, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή. Atqui naturalem rationem consensum parentum suadere idem Imper: docet, *d. princ: Inst. de nupt:* & hoc jus immutabile vocat Arist. *d. c. 7.* apud omnes gentes cordatas, nedum, ut ulla lege positiva, quæ quidem justæ nomen mereatur, perrumpi & labefactari queat. *l. 2. de usufr: c. fin: § hu ita. dist. 6.*

Ex quo jam statim damnatur decretum Synodi Tridentinæ, *Sess. 24.* anathemate ferientis eos, qui falsò affirmant, matrimonia à filiisfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse, quam sententiam Canonistæ adeò frequenti consensu probant, ut Palæott. *de spur: c. 8. n. 3.* neminem se reperisse dicat, qui contrarium sentire ausus fuerit, & Covarr. *part: 2. de matrim: § 8. n. 1.* contrariam sententiam receptissimæ opinioni omnino repugnare scribat. Qui enim Canones consensum & traditionem parentum requirunt, eos non de necessitate, sed honestate interpretantur, quasi, ut inquit gl: *in c. fin: 32. q. 2* *requirendus quidem sit consensus patris, sed non ita sit necessarius, quin teneat matrimonium sine ejus consensu contractum.* Lombardus ad *decorem & honestatem* nuptiarum dicit facere consensum, non ad necessitatem *4. sent: dist. 28. ubi Thom. Ita explicant gl: in d. c. fin: gl: in c. sufficiat. 27. q. 2. gl: in c. cum virum de regularib: in c. tua. de spons: impub: gl: in l. Paulus. verb: Paulus in fi: de stat: homin: Panorm: & Dd: in c. veniens l: 1. ff. de sponsal: Archidiac: in c. non omnis 32. q. 2. Covarruv: d. § 8. n. 1. & 2. Anton: Faber d. princ: 4. Decius in l. nuptias 30. de R. I. n. 8. Petr: Anchar: cons: 21. Anton: de Butr: cons: 35. Ang: cons: 29. & 192. eamq; sententiam Iuri Canonico tribuunt Sneidevv: d. req: 4. de nupt: Palæott: d. c. 8. Steinhaus: in summ: Iur: t. de ritu nupt: n. 2. Hottom: c. 9. qq Illustr: Mauser: ad tit: de nupt: Zepp: lib: 4. ll. Mos: c. 18. Sneidevv: in pr. n. 7. Inst: de nupt: Sichard: ad l. non eò minus 14. n. 6. C. de procurat: Gail: 2. obs: 95. n. 5. Montecat: in schol. tex. 140. lib: 1. Polit: verb: Mas, quam fœmina. Betz: de pact: success: c 6. in princ:* ex quo omninò sequitur, filiam sine patris licentia matrimonium contrahentem, non posse dote multari, multò minus exhæredari. *Host: Abb: & Dd. in c. 1. de despons: impub: Decius in d. l. 30. n. 10. Covarr: d. § 8. n. 5. gl: in c. de raptorib: 36. q. 1.* quia filia autoritate legum decipi non debet, *l. 1. C. de his qui ven: æt: imp:* & tutò peccat, qui autoritate legum peccat. *l. Gracchus C. ad l. Iul: de adult:* Quanquam verò Constitutiones Saxonicæ *in t. von Ehegelöbnissen*

Pontificiorum sententia. 13.

Consensum requiri tantum ex honestate.

14.

con

contemtum & neglectum consensus paterni puniant, pro qualitate causæ,
15. amissione legitimæ, exhæredatione, & carcere, & leges quoq; Hispanicæ pœnas contra scitum & voluntatem parentum matrimonium ineuntibus infligant *l.4.t.1.lib.5.Ordin: l.10 t.1.part.4.* quarum rigorem reduxit Carolus V. in hæreditarus ditionibus, nec non edictum Regis Gall. à Mommorantio 1557. elaboratū à parentibus exhæredari permittat & à judicibus puniri velit, qui sine consensu parentum ante 30. annum ducant uxores filiifam: aut ante 25. nubāt filiafam. quam legem sanctissimam vocat Thuan.*lib.13.hist.* & probat Hottom.*d c.9.qq Illustr.* tamen quoad exhæredationem res videtur duriuscula, cum illa causa non asscribatur *in Auth: ut cum de appellat: cognosc: § Aliud quoq; Collat. 8.* & communibus votis à Dd. damnetur sententia Pauli Castrens.*in l.si filia C. de inoff: testam:(cui subscribit Duaren: c.2.solut matrim: in fi: Molin ad Alex.lib: 6. cons.209. Alb: Gent; lib: 4. de nupt: c.9.)* qui justè exhæredari posse scribit filiam, *quæ ante 25. annū,* ut ipse loquitur, *se maritet, sine consensu patris, Ias: in l.2.§ 1.sol: matr: & in Auth: sed si post. C. t. de in off: testam: Borcholt: de grad: pag: 71. Cephal: cons: 642. Decian: 1.cons.13. Dec: d. num.10. Mauser: t. de nupt: Beust: part: 1.de spons. n. 20.*

16. Verum in cæteris, licet jus Pontificium in causis matrimonialibus Cæsareo præferatur, *c.fin: de secund: nupt: c Euphemiam in fin: 2. q.2. arg: c.1. de nov: opinunt:* Juri tamen divino & naturali præjudicare nullo modo potest, ex quo cepimus ostendere, quod consensus parentum profluat, idq; pluribus probatum reddamus, si modò prius novellos Canones conciliaverimus cum antiquis, & quod utriq; Canonistæ abutantur, demonstraverimus, id quod jam ante fecerunt *Gentian: Hervet: peculiari in hanc rem edita oratione. Corras: libr. 1. Miscell: c.17. libr: 7. c. 29. Chassan: in Catal. glor: mund: part: 12. cons: 36. Alber: Gentil. libr. 4. de nupt. à c. 4 ad c. 9. Oldendorp. class. 4. act. 6. Paleott: de Noth: Spur. c.8. Heg. q 22. à n. 17 ad n 25. Duaren: t. sol: matrim. c.2. de nupt; Guibert: de ritu nupt. n.114. Cypræus c.6.de sponsal.§ 6. Zepper. lib: 4. ll. Mosaic: c. 18. Fel. Bidemb. de caus. matrim. c 1.q. 1. Calvin. in c. 7. v. 37. Ep. 1. Corin. Hottom. c. 9 qq Illustr. Eguin: Baro. Inst: de nupt. in pr. Erasm. in c. 7. Ep: 1 ad Cor: Petr: Martyr: ad c.14. vers. 5. Iud. Borcholt: de gradib: Vultej: Inst. de nupt: § 1. n 17. Acr: Pulvaus lib: 1. de nupt: si cons. par: non contr: n 45 & seqq: Sneidevv: in pr: n 8. Inst: de nupt: Beust de sponsal. c.20. de matri: c. 45. & 46. Brent. in libr.* wie in Ehesachen zu handeln *q.1. Matth: in l. 70. n. 15. de R.I. Wesenb: de rit. nupt: ff. n. . Brenchrost: Cent. ἐνομολογιῶν: assert: 15. Beza. de pat: succes. c. 6. in pr: Thuan: libr: 13. hist: sui temp:* Leo enim Papa

17. *Canones posteriores determinantur per priores.*

sine

sine consensu paterno legitimas nuptias non haberi, apertè asserit, *c. non omnis 32. q. 2.* & Euaristus *legitimum coniugium non institui, nec filios legitimos & hæreditabiles, sed spurios generari* scribit, quod & Paulus 18.
ICtus respondit *l. Paulus de stat: hom: nisi ab his, qui super fœminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, uxor petatur, aut à parentibus, aut propinquioribus sponsetur* &c. *Tom. 1. Concil. c. aliter. 30. q. 5.* quod idem disponitur *in c. nostrates Ibid. c. si verum 31. q. 2. c. tria legitima. 36. q. 2. c. honorantur. 31. q. 2.* ubi Ambros. *puellam ne quidē consuli* ait, ex historia Rebeccæ, quod parentes non præsumantur quicquam mali de liberis statuere velle, quanquam de hoc, an Rebecca rogata sit, aliter conjectet Martyr. *in c. 14. Iudic. Bidem. de caus: matrim: q. 3.* Et his C C. non requiritur consensus tantum ex honestate, sed omninò ut matrimonia sint & habeantur legitima, in quo iis convenit cum ll. civilibus, injustas nuptias vocantibus, quæ sine parentum consensu contrahuntur, *in pr. Inst: de nupt. l. Paulus de stat. hom. l. 2. 9. & 18. de rit: nupt.: l. si ut proponis C. de nupt. l. un: § oportet C. de rapt. Virg: Nov: 22. l. si uxor. 13. § si quis uxorem in fin. ff. ad l. Iul: de adulter.*

Qui verò in contrarium adduci solent CC., facili & expedita interpretatione ad bonū sensum reduci possunt. Nam quod *in c. sufficiat 27. q. 2. solus consensus eorū sufficere* dicitur, *de quorum coniunctione agitur*, non verisimile est, parentes voluisse Nicolaum per particulam *Solus* excludere, cum idem alibi eorum consensum conspicuè requirat: *c. nostrates. 30. q. 5.* sed opponit eam carnali copulæ, ut sensus Canonis idem sit, qui *l nuptias de R. I. & l. pen. de donat: inter vir: & ux:* ubi ad excludendum concubitum solus consensus dicitur matrimonium constituere. Quod enim consensum parentum nolit exclusum, apertè evincitur ex verbis adjectis: *secundum leges.* Nam sive ea referas ad verbum *sufficiat*, sive ad *consensum*, semper intelligitur consensus parentum inclusus, quia consensus non est legitimus aut secundum leges, nisi consentiant omnes, sub quorum potestate vivunt contrahentes, *l. 2. de rit. nupt.* nec secundum leges civiles (quas hic intelligi oportet, cum Canones longo tempore pòst lati sint) aliter sufficit solus consensus, quam ut concubitus excludatur. Atq; non alius potest esse sensus, *c. tua de sponsal: c. cum locum. c. cum apud Eod:* cum ubiq; legitimus consensus requiratur, quantumvis solus. Semper enim interpretatio ita facienda, ne jus naturale aut divinum convellatur:

19. *Et jus civile.*

20. *Responsio ad c. sufficiat.*

21. *Item ad c. tua &c.*

tur: & ubi obscuritatibus involvitur Ius Canonicum, explanatio petenda ex civili. *Dd in c.1.de op. nov. nunt.*

22. *Ad c. cum causa. de Raptor.* Fortius videtur urgere *c. cum causa de Raptor*: ubi mulier jubetur manere in consortio militis, qui ipsam invitis parentibus eripuerat & vitiarat. Ideoq; Martyr. *in c.14.Iud.* Duar. *c.2.sol: matr:* Oldendorp. *class.4. act. 26.* summæ iniquitatis damnant hoc cap.idq; sequenti rescripto Innocentii corrigi censent. Sed etsi pro legitimo totum hoc cap.agnoscatur, nihil tamen Canonistarum sententiam juvat, quoniam conjugium permittit Pontifex, non quod fuerit legitimum ab initio, sed quod concubitus superveniens non sinat illud amplius rescindi, tum propter favorem conjugii & liberorum, quibus jura impensè favent, *l.7 sol. matrim:* tum propter honorem vitiatæ, quæ non facilè sit inventura maritum, & deniq; quod nimis acerba videatur conjugum, post longam consuetudinē disiunctio. Satius enim est parentum juri quodammodo detrahere, quam permittere, ut obtentu patriæ potestatis, quæ non in atrocitate, sed pietate consistere debet. *l. Divus ad l. Pomp: de Paric.* conjugia quieta turbentur. *L.1. § 3. de liber. exhib:* Paulus id elegantissimè decidit *libr.2. sent: 19. Eorum*, inquiens, *qui in potestate sunt patris, sine voluntate eius, matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur.* Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur, & patri persuadendum est, ne acerbe & rigidè patriam potestatem exerceat, quemadmodum Ambros. *in Epist ad Syricin.* laudat patrem, qui nuptias à filio se invito, initas non dissolvebat, non quod dissolvere non potuisset, *ut interpretatur Bellarm:* sed quod ex indulgentia jure suo uti nollet. Publicæ quidem utilitatis intuitu dicit Paulus contracta conjugia tolerari, quæ aliàs, imprimis non subsecuta copula carnali, jure rescindi possent, ut apertè sancitur in lege divina *Deut: 7. Exod. 22. Num. 30.* & probatur à Luthero *in lib.de caus: matrim. q.1.* per honorem, quem parentibus ex 4. præcepto debent filii.

23. *De jure divino requiritur consensus parentum.* Nam si votum Deo factum, irritum fieri potest, propter dissensum parentum, *Num. 30.* qua ratione rescindi non possit obligatio, quæ facta fuerit homini. *Zanch: de op: sex dier: lib: 4. c.1. Erasm: Sarcer: de conjug: part: 3.* Etiam post concubitum id genus matrimonia jure dissolvi posse tenet

24. *Utrum rescindi possint consummata matrimonia.* Bidembach *q.1.de matr: n.3.* quia concubitus non roborat nuptias & Deus arbitrio patris relinquit, utrum filiam vitiatam stupratori in conjugium tradere velit vel non, *Exod: 22.* quemadmodum & Sichem post vitiatam Dinam consensum patris implorat. *Genes.c.34.* Nec juvanda est malitia eo-

cum

rum, qui eo fine comprimunt filias, ut earum nuptiis potiantur. Sed ad evitandum scandalum majusq; malum, & ut sui ipsius filiæ consulat pater, cogitur concedere, quod de jure non tenebatur. *l. patre furioso de his qui sunt sui vel. c. quemadmodum in fin: princ: de jurejur: Melancht: in loc: de conjug: t. de cons: par: Beust: de matrim: c.46. & 47. Brisson: lib: sing: de jur: connub. pag: 68.* Et hoc est, quod rescripto suo indulget Lucius: eoque modo non corrigit antiquos Canones, sed exceptionem tantum addit ex humanitate, si coitus supervenerit, ut personæ desertæ & liberis consulatur. *Duar: d.c.2. & ex eo Cypræ. d.§ 6. c. 6. de sponsal:* Quanquam & dissensus parentis, quoad nuptias *in d.c.* non exprimatur, licet dissensisse dicatur, quoad raptum, & sic interpretantur Decian: *2. pract. 19.* Palæott. *d.c.8.num.12.* Gentil.*lib: 4.c.4.* Proinde frustrà ex jure Canonico sententiam suam stabilire nituntur Canonistæ & Sententiarii, quippe, quod ipsis è diametro repugnat. Quin etiam, licet Pontifex ita determinasset, ipsa tamen determinatio nulla esset, quia contra jus divinum & naturale dispensare nequit, propter defectum potestatis. *l. ult: de jurisd: c. cum inferior, ubi gl. in verb: ligare. de major: & obed: Clem. Romani. in pr: de Elect.*

Ex jure naturali jam supra argumentum extruximus, fundatum in potestate patria, quam natura parentibus concessit in liberos. Contra præscriptum naturæ igitur agunt, qui ex hac potestate se exolvunt. Thomas *in 4. sent: dist.28. & part: 3. q 45.art: 5.* declinat hanc rationem & illam alterã ex *Epist.ad Ephes: Filij obedite parentibus vestris in omnibus,* quod filius non sit sub potestate ut servus, sed habeat sui quoque libertatem, quam quidem ipsi largimur, sed ita, ut ambiatur & coerceatur à potestate superiori. *Nusquam libertas gratior extat*, inquit Claudian. *Quam sub Rege pio.* Minimè tamen sub rege pio facere licet, quod libet. Sed de libertate hac limitata paulò post plura dicemus. Modò pergemus pertexere argumentum ex potestate naturali petitum, quod Borcholt: *de grad. pag. 39.* Vultejus *com. Inst: ad t. de nupt. §. 1. num. 17.* Cujac: *3. observ: 5.* Sneidevv. *in princ. num 7. Inst. de nupt:* tantum civile vocant, & Anton. Guibert. *in comm. de Sponsal: & matrim.* inde infert ex jure naturali consensum parentum non exigi, quia de jure naturæ liberi sunt etiam in potestate matris, nec tamen matris consensus necessarius est, *l. in conjunct. C. de nupt:* quod est etiam argumentum Antonii Fabri, *tit. de nupt: princip. 4.* Albericus Gentil. *lib. 4. de nupt. cap: 2.* transfert argumentum ad rationem naturalem, sed quod illud eo sensu conside-

25. *De jure naturæ.*

26. *Justinian. magis restrixisse jus civile.*

ratum fuisse addat à Iustiniano, contra Cujacium, evincere nulla ratione potest, quia ne emancipatis quidem integrum esset absq; consensu patris nuptias inire, nec spernendus omnino consensus matris, cui non minus ex quarto præcepto debetur reverentia, quam patri. Consideravit autem Imperator potius rationem civilem, ut notat Vultej, *d.n.17.* quia fortius urgebat, quàm naturalem, quam si attendisset, matris assensum non

27. *An necessarius sit consensus matris.*

exclusisset. *l.8.9.10.20. C.de nupt.* Nam sive hanc rationem spectare velis, sive alias paulò post explicandas, ex reverentia, & gratitudine parentibus debita petitas, ubiq; includitur persona matris, ejusq; consensum in Consistoriis Saxonicis requiri testatur Sneidevv. *ad t.de Nupt. n.38. Beust.de matrim: c.47. Cothmann.cons.10.n.97.& ibi in subscript. Ienenses. n.682. Coler: decis: 5. German: Mollerus.lib: 1. Semestri c. 47. per tot: Cypræ: c.6. de sponsal: §.7.* Pietas quippe parentibus, etsi inæqualis sint potestatis, æqualis debetur, *l.furiosi.de tutor: fur: l.6.de in jus voc:* quod ipsam naturam nos in beluis docere ostendit Montec. 1. *Pol. tex. 140. sub fin.* & tam de matre, quam patre maledictio concipitur: *Qui non obedierit*, &c. *Levit. 20. Proverb: 1. vers: 8.* Augustin. *Ep: 133.* rogatus, ut puellam aliquam juveni jungeret, *Facerem*, respondit, *sed mater pueri non adest, & tu scis ad nuptias contrahendas eius voluntatem esse necessariam.* Tobias addit rationē: *Memor esto, quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Tob: 4.* ex qua Clytemnestra id juris sibi tribuit *apud Eurip. in Iphig:*

Egone, quos peperi liberos, non elocem?

Phormio in consilium adhibet uxorem, *Act: 4. sc: 5.*

Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc,
Priusquam hinc abeat, volo ipsius quoq; voluntate hac fieri,
Ne se ejectam prædicet.

Livius *libr. 38.* quando indignantis uxoris, de desponsa contra scitum suum filia, verba affert, aliam rationem tangit. Indignatur enim Scipionis Africani uxor, nihil de *communi filia* secum consultatum, cum inscia matre ne elocari quidem debuisset, etiamsi T. Gracho elocari potuisset. Quia enim communes sunt liberi utriq; parenti', neutri invito subtrahi debent. Imò, si parentum consensus præcedere debet, quia parentes liberis omnia ex voto parant, *l. pen: de bon: libert:* eò magis videntur matres sollicitæ futuræ pro commodis nuptiis liberorum, quo majori amore eos prosequuntur, tum quod eos tanquam sui partes venerentur, tum quod majori

majori cum labore & periculo eos in lucem ediderint, ut edisserit Arist. 8. *Eth: c. 12.* & dicit text. *in c. fin: de con vers: infid.* quod infans *ante partum* matri sit *onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus*. *Gomez: in § fuerat. Inst. de Act: latè.* Si verò alteram rationem spectare velimus, quâ parentum consensus requiritur, quia rectius liberis prospicere possunt, quam ipsimet sibi, constat matribus eò minùs deferendum, quo minus consilio & prudentia valent, *c. Forus de V. S.* quamobrem lex Genevensiũ, *l. 101.* matrum vota illigat consilio proximorum cognatorum, *des principaux parens, s' il y en à* &c. qua ratione & statutum valere censet Ias. *l. 41. de vulg:* ne mulier possit testamentum facere, sine consensu propinquorum, propter fragilitatem sexus. *Bartol: l. 1. si cum dotem. § Eo tempore. Solut: matr: Castrens. l. 1. C. unde vir & uxor.* Et quandocunq; contentio incidit inter patrem & matrem, illius sententia standum esse, rectè docet Cypræ. *d. c. 6. § 8.* Heg. *q. 22. n. 58.* Beust. *c. 47.* quia, præter rationem allegatã, *nec ipsa æquitas*, ut ait Apul. *9. Metam: patitur, habere plus auctoritatis uxorem, quam maritum.* Tum demum enim matris adsensus requiritur, si post obitum patris, filia recidat in imperium matris. *l. 1. l. in conjunctione. C. de nupt:* 28

Atq; hæc est una ratio ex natura deducta, cui similis est & hæc ab Oldendorp. proposita: Matrimonium constituitur per consensum liberũ, *l. nuptias. de R. I.* Sed filius vel filiafam. consensum in ea re & jus suæ personæ nullum habent, cum sint alieni juris. *in pr: Inst: de patr: potest:* Canonistæ hoc argumentum prorsus invertunt, & ex omnimoda libertate votorum connubialium, *c. cum locum. c. requisivit. de spons.* inferunt, non esse liberam voluntatem liberorum innectendam imperio paterno, iniqui, me hercule, libertatis interpretes, quasi non & jus civile eandem libertatem requirat, *l. Titia 134. in pr: de V. Obl: l. 2. C. de inut: stipul: l. nec fil: l. neq; ab initio. C. de nupt:* quam tamen cum potestate paterna minimè pugnare censet. Quod si absolutè libera debent esse vota contrahentium, cur ipsi Pontificii tot gradus cognationis prohibent, & quasi id nondum sufficeret, spiritualem cognationem adjiciunt, & sacerdotibus libertatem illam prorsus adimunt? cur Romani vota istæc, quæ libera debere esse non ignorabant, limitabant ad cognatos aut cognatas? Si sui juris prorsus sunt liberi, *ut Thomas disputat*, cur vetuit Deus ducere uxores disparis religionis, aut ex diversa tribu, *Num. ult:* aut quo jure licet patri filium venundare, *Exod. 21. 22. tot: t. C. de parent. qui lib. distrax.* si non potest impellere ad vota matrimonialia? Cogi quidem non potest, *l. filiofam: de sponsal. l. non*

29. *Liberi non sunt sui juris.*

Canonistarum responsio.

Refutatur.

cogitur. de rit. nupt: l. nec filium C. de nupt: nec etsi possit, debet, cum matri-
50. monia coacta difficiles soleant habere exitus, *c. requisivit de sponsal:* eò, quod omne necessarium triste esse ex Aristotele tradat Bald. *in l. ne q. ab initio C. de nupt:* sed tamen paterno imperio amicè induci se pati debet, & tum solùm dissentiendi à patre licentia filiæ conceditur, *si indignum moribus vel turpem sponsum ei pater elegerit. l. sed quæ. de sponsal.* Nec propterea cogitur, quia metu contractum matrimonium non subsistere, *l. si mulier, Quod met. cau. & not. ad c. Abbas. quod met: cauſ. c. cum locum de sponſ: Bald: ad l. si patre. de rit. nupt.* sed maluisse præsumitur, ut interpretatur Celsus *d. l. si patre.*

Pater inducens filium ad conjug: non cogit.

51. Aliter ex natura rationem deducit Theophil: *Institut. de nupt.* Δίκαιον scilicet esse, τοὺς μέχρι τοιαύτης ἡλικίας, ἀναθρέψαντας τοὺς γονεῖς ταύτης ἀξιοῦσθαι τῆς τιμῆς, τὸ ποσὶ τῷ γάμῳ συνδοκιμεῖν. Nam cum persona patris filio semper debeat videri sancta, *l. persona. de obseq: parent. & patron: à lib. præst:* & ad obedientiam obligetur persona filii, quam quasi remunerationem retribuit tot tantisq; beneficiis, quibus ab eo momento affectus fuit, ex quo cepit aliquid esse, quemadmodum Paulus præcipit, *ad Ephes: 6. Filij obedite parentibus in omnibus,* non potest major injuria fieri parentibus, quam si in hoc negotio eorum autoritas spernatur, in quo summam spei suæ collocarant. Nec id faciunt filii ex honestate, aut ad decorum, *ut interpretatur Magister sententiarum & gl:* quia, quod fit ex mandato divino, ex necessitate fit. Generale autem non tantum mandatum Apostoli est *ad Philipp: 4. Quacunq; sunt vera, quacunq; honesta, quacunq; justa, quacunq; pura, quacunq; accommoda, quacunq; boni nominis, hæc facite:* sed & idem filios jubet obedire parentibus in omnibus, *ad Ephes:* & Deus ipse, ante omnia secundæ tabulæ opera, vult ut parentibus honor habeatur, & extremis malis devovet, quicunque contra fecerint. Nulla autem major est inobedientia, quam si parentum consilium & autoritas in eo negligatur negotio, in quo sacræ literæ quam maximè eius rationem haberi volunt, ut paulò post declarabimus.

Alia ex natura ratio.

52. Bartolus *in l. in bello de capt: & postlim: rever:* affert rationem aliam, quam civilem vocat Heigius *q. 22. n. 20. Alber. Gent: lib. 4. de nupt: c. 2. Hottom: com: Inst: ad t. de nupt:* Quod, videl. si filius inscio & invito patre uxorem ducat, avo nasciturus sit hæres invito, quod civilium legum dispositio non admittit, *§ sed si quis Inst: de adopt: l. oratione de ritu nupt: d. l. in bello. § medio.* quæ ratio locum quoq; obtinet in filia hoc modo, quo declarat

Alia ratio.

rat Ambros. *Ep. 43. Venturam in locum filiæ tuæ, debes judicio eligere tu, cui sias pater.* Aliæ non nihili rationes ex principiis Politicis extruuntur, quibus, quam sit & Reipubl. & familiarum saluti utilis consensus parentum, firmissimè evincitur. Quod enim Imper. dicit, *in l. 26. C. de nupt. ex affectu omnes consistere nuptias*, ex parte juvenum & puellarum nimis quam verum est. Nec enim ætas illorum fert, ut consulant in longitudinem, & sociam vitæ seligant ex consilio, quo & propter ætatis immaturitatem destituuntur, & præ amore uti non possunt. *Vbi enim error aut affectus menti obfusus est*, ait Senec. *Ep. 94. nihil proficiunt consilia, nihil præcepta*, sed 32. *Juvenum libido illiganda consiliis parentum.*

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Quam multos enim infelicibus irretiri nuptiis videmus, imprimis in Academiis, ubi licentia deteriores reddit ad amorem proclives animos, & metum adimit absentia patrum? Quotus quisquam est illorum, qui non jure audiat:

Ah miser
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma. Horat. lib. 1. Od. 27.

Sicut igitur Aristoteles præceptorem dicebat præsidere pueris, ut mentem appetitui sensitivo, eò quod sibi ipsis prospicere non possint: Ita vaga illa & inconsiderata juvenum libido alliganda est freno imperii paterni, ne tam suæ, quam paternæ familiæ, incorrigibile accersat infortunium. Parentes n. præ ætate rectius sapiunt, quid sit ex re liberorum, ut ait ille *apud Comicum:*

Tibi me est æquum consulere pater,

& quo præsumuntur erga ex se genitos affectu, non nisi optima consilia pro iis capiunt, quibus omnia ex voto parant. *l. si pater. C. de spons. l. pen. C. de bon. libert. l. isti quidem 8. in fi. quod met. caus. l. nec in ea 22. ad l. Iul. de adult:* Nec enim *meliorē amicū scit invenire filius, quā patrē*, ut ait gl. *in l. quidam. ver: Instituere. de hæred. instit.* Porrò verò, quid iniquius, quam si patrifamilias, qui in domo sua solus dominium possidet, *l. pronuntiatio. 195. § familiæ 2. de V.S.* imperiū domesticum eripiatur sine causa, quod tum fieri necesse est, si vel filius in familiam introducat, quam pater aversetur, vel ex familia abripiatur filia, quam pater retinere laborat. Deniq; cum pater debeat filii novellam familiam opibus & opera juvare, quid injustius, quam si serpentem in sinu fovere, aut filium in extremam pauperiem sua culpa projectum spectare cogatur? *l. 3. C. ne fil. pro patr.* Superest 33. *Parentes optima consilia capere pro liberis.* 34. *Rationes aliæ.*

36. *Ex sacris literis.* Supereſt, aſſertionem noſtram deducamus ex dictis & exemplis ſacrarum literarum. Et quidem *Exod.* 22. ne ſtupratori quidem licet vitiatā ducere, ſi pater vitiatæ dare negaverit, unde poteſtas parentum manifeſtiſſimè evincitur, quippe, ſine quorum conſenſu irrita fiunt matrimonia, quæ rata haberet ipſe Pontifex. *c. cum cauſa. de Raptor.* Præterea ubiq; parentibus injungitur, quales filiis dare uxores, & filiabus accipere maritos debeant. *Deuter*: 7. *Exod.*21. & 34. *Hierem.c.*29. *Syrac*: *c.*7.1. *Cor.*7. Quod ſi ea res fuiſſet in arbitrio liberorum, fruſtrà tribueretur parentibus, qui de factis liberorum reſpondere non tenentur, niſi quatenus ex ipſis obligantur. Potius liberis præcipi debuiſſet, ne cum peregrinis ſe commiſcerent, quam parentibus, ne id permitterent, ſi jure idipſum prohibere non poſſent. Cum Benjamitas à conſortio ſuo reliquæ tribus prorſus excluſos cuperent, adeo, ut nec conjugia cum iis communicare amplius vellent, non adigunt liberos ab conjugia Benjamitarum abjuranda, ſed ipſi parentes juramenta ſuis verbis concipiunt, ſe videlicet nec accepturos filias ab illis, nec filios iiſdem daturos, quod juramentum fuiſſet planè luſorium, niſi parentes liberorum voluntates in manu ſua habuiſſent. *Iud.* 21.

37. Præterea, cum à voto ad matrimonium valeat conſequentia, ſicut votum Deo factum reſcinditur ob defectum conſenſus paterni, *Num.* 30. ita eò minus valebit promiſſio facta homini ob idem impedimentum, quò majori religione tenemur vota exolvere Deo, quam promiſſa præſtare homini. Ideoq; rectè Eraſmus *de inſt*: *Chriſt. matrim*: *Nullum opinor in ſacris literis exemplum inveniri, filiosfam*: *aut pupillos, clam ijs, in quorum poteſtate ſunt, contraxiſſe matrimonia, quod illis reclamantibus valuerit.*

38. *Reſp: ad exēplum Eſavi.* Nam quod de Eſau affert Bellarmin. qui Cananæas duxerat, indignantibus parentibus, quæ tamen uxores vocantur in ſacris literis, ut & liberi pro ſpuriis non traducuntur, nec conjugium irritum pronuntiatur, quemadmodum Euariſt. Papa matrimonium, inſciis parentibus initum, appellitat ſtuprum, ſcortationem, adulterium: *Tom.* 1. *Concil.* parum ad rem facere videtur, quia indulgentia jus non facit, nec quid fecerit Iſaac, ſpectandum, ſed quid facere potuerit. Ioſeph. 1. *Antiq*: *c.* 26. filio id indultum teſtatur ab Iſaaco, ne primogenitum contriſtaret. Potuiſſet igitur matrimonium reſcindere, ſed ne moleſtiam crearet filio, à jure ſuo receſſit. Vxores fateor appellari eas, quas Eſau ſibi copularat. Sed ſcriptura ſolet ſe conformare communi phraſi, quemadmodum Paulus ait 1. *Cor. c* 8. *Deos multos eſſe, Dominos multos*, non quod Deos multos aſtruere velit, ſed quia vulgo linguam accommodavit. Hæredes ſanè & numeroſam

poſterita-

posteritatem reliquit Esau: sed legitima an fuerit nec ne, scriptura non decidit. Apud gentes verò legitima habebatur, quæ & verbo Dei destituebantur, & principia naturæ suisq; deq; habebant. Exemplum Tobiæ, quod idem Bellarminus affert, vana conjectura nititur. Licet enim absente patre contraxerit Tobias, tamen qui scit Bellarminus, quod ipsi de voluntate patris non constiterit, cum & à Raphaele doctus & ductus fuerit, & ex post facto præsumatur patris voluntas præcessisse. Sic enim respondet Imp. *in l. si ut proponis. C. de nupt. Si pater postea resciscens non contradixerit, valent nuptiæ*, & *in c. mulier 32. q. 2.* roboratur votum, inscio patre, factum, si pater id cognoscens non contradixerit, quod traxit Ambros. *ex Num. c. 30.* Iustinianus quidem *in pr. Inst. de nupt.* vult jussum patris *præcedere*, idq; fieri debere contendit Alber. Gent. *d. li. 4. c. 3. Heg. q. 12. n. 61. Beust. de matrim. c. 45.* Verum Hottom. *lib. 1. amic. resp. c. 3.* vocabulum: præcedere, non ita strictè ubiq; accipi demonstrat, & Mauser. *Inst. de nupt.* nihil referre ait, sive sequatur, sive præcedat consensus parentum, dummodo interveniat, idq; probat *ex l. nec filium 12. C. de nupt*: ubi tamen Imper. ait, consensum patris accedere debere, non contractis, sed contrahendis nuptiis, & hoc modo præcedit. Paulus quoq; *in l. in sponsalibus 7. de sponsal.* exigit consensum, non post nuptias, sed in sponsalibus, adeoq; ante nuptias. Anton. Faber *in jurispr: Pap. t. 9. princ. 4. ill. 10.* affert *l. dotis permissio 68. de jur. dotium*, ubi nuptiæ à die supervenientis ratihabitionis convalescere dicuntur. Sed quod Paulus *in fi.* addit: *Intelligi semper filiæ patrem consentire, nisi evidenter dissentiat*, ex sententia Iuliani, inde hic nodus solvitur. Nam quia tacitus consensus sufficit, *d. l. 7. & l. 12. de sponsal: l. 5. C. de nupt. c. 1. § fin. de desponsat. impub. Beza de divort. pag. 80.* cò quod nulla suspicio metus aut coactionis cadat in parentes: multo facilius præsumitur, quam expressus. *Alex. lib. 6. cons. 217.* Sicut igitur Arist. 3. *Eth. c. 1.* ex pœnitentia & dolore secuto, præsumit [illegible]: ita animus parentum non alienus demonstratur à posteriori, si scilicet factum filii pater probet. Nam si ab initio id rescisset, pari facilitate consilium filii juvisset. *Panorm. in c. cum nos. de his quæ fiunt à præl. Beust. de matrim. c. 46. [illegible] Anton. Fab. d. illat. 10.*

39. *Ad exemplũ Tobiæ.*

40. *Consensus parentum an præcedere debeat.*

41.

Cum igitur exempla in contrarium, ex sacris literis adduci nequeant, nullum [illegible], præter præcepta, etiam exemplis demonstrare, quam sit parentum consensus necessarius, & à sacris literis requisitus. Deus ipse, tanquam primus & communis parens, conjugem obtulit Adamo, & ad-

 umbratu-

umbraturus typum Ecclesiæ in conjugio, filio suo dilecto despondet e-
41. am. Isaac, etiamsi jam quadraginta annis superior, *Gen. c. 25.* non prope-
Argumenta ex exemplis. rat tamen ad nuptias inconsultas suo impetu, sed expectat, donec pater mittat, qui conjugem sibi deposcat: Et hæc conjunx, ne rogata quidem, si Ambrosio credimus, aut quod verisimilius, & patet *ex versu 58.* & ex eo, quod donaria legati acceperit, patris voluntati non ausa refragari, à patre Bathuele traditur Eleasari. *Gen. 24.* Jacob iterum cum Labano contrahit de mandato parentis, quod cum neglexisset Esau, meritam Isaaci incurrit indignationem. *Gen. 28.* Imò & agrestris alias homo, & ferus venator Ismaël non dedignatus fuit uxorem accipere à manu matris. *Gen. 21.* ubi singulariter id notandum monet Luther. *in comment.* Egregium vero exemplum petere licet ex historia Samsonis, qui licet perdite arderet Philistinam, eò tamen audaciæ provectus non erat, ut amatam abducere auderet, inconsultis aut refragantibus parentibus. *Iud. 14.* Thamara, regia virgo, negat se admiscere fratri, sed, quicquid hujus facere fas sit, remittit ad arbitrium parentis. *lib. 2. Sam. c. 13.* Tobiæ dat Angelus consilium, ut à patre Raguële, Saram uxorem petat, *Tob. 6.* Qui igitur verisimile sit, ejusdem Angeli ductu, Tobiam duxisse uxorem, inconsultis parentibus, ut inscitè objicit Bellarminus.

43. *Respond. ad tritum argumentum.* Nec obstat, quod ex sacris literis objici solet: Id genus matrimonii non esse irrita, nec rescindenda, quia propter uxorem deseret homo patrem & matrem, *Gen. 11.* & quod Deus conjunxit, homo non separabit. *Matth. 19.* Qui enim contra præscriptum divinarum & humanarum legum conjunguntur, non conjunguntur a Deo, sed ab autore omnis mali, & perpetuo ordinationũ divinarum & conjugii hoste Diabolo. Bellum justum permittit & adjuvat Deus. At idem non favet civili & injusto.

44. *Lex Romana.* Proinde sic concludimus de jure naturali, divino, Canonico & Civili, necessariò requiri ad legitima conjugia consensum parentum, id quod non tantum jure Romano receptum est, ut præter jura allegata etiã Gellius docet *li. 2. c. 7.* inquiens: *In ejusmodi omnium rerum generibus patri parendum est, veluti si uxorẽ ducere imperet, aut causas pro reis dicere*, sed etiam apud alias nationes. *V Visigoth.* Lex VVisigothorum fuit: *ut, quæ nupsisset invitis parentibus, ea de bonis eorum non aliter haberet, quã si ipsi reliquissent. li. 3. t. 2.* *Saxon.* Constitutiones novellæ Saxoniæ ide disponunt t. von Ehegelöbniß, ut liceat parentibus liberos, vetita matrimonia suo arbitrio contrahentes, vel ad dimidium legitimæ, vel in totum exhæredare, *Beust de sponsal. c. 21.* quod tamen in mitiorem partem Beust. interpretatur

tantum.

tantum le Minorennibus. *de matr. c. 47.* Leges Hispaniæ *l. 2. t de matr. li. 3. fori l. u. t. 1. lib. 5. Ord l. 10. t. 1. part. 4.* non tantum pro irritis habent matrimonia sine consensu parentum inita, sed & gravissimis pœnis contrahentes (*Hispan.*)
perie puniunt. Galli semper detrectarunt decretum Synodi Tridentinæ admittere, *Guibert. de matrim. t. de ritu nupt. n. 114.* Quin etiam Henricus II. & Curiæ tam Parisiensis. *Papon lib. 15. t. 1. ar. 3. t. 4. arr. 22.* quam Tholosana, *Corrasius paraphr. arr. Thol.* contrarium definierunt, adjecta gravi pœna, si quis vel quæ parentum consensum contemserit, vel contemtus autor extiterit. Henricus II. etiam exhæredandi potestatem indulget, contra inobedientes hoc casu liberos, *in Edicto Paris. Ann. 1556. libr. 5. corp. Gall. t. 1 l. 2.*
Genevenses ante 20. annum juvenibus, ante 18 puellis non dant licentiam *ou puissance de contracter mari age, sans congé de leurs peres:* nec post illam ætatem, nisi pater rogatus, voluntati liberorum præter causam refragetur. Tum enim a Consistorio cogi potest, cognita causa, (*Gall. Genev.*)
l. no. Muscovitarum consuetudo prorsus tribuit hanc potestatem parentibus. Nec enim illic nuptias ambit sponsus, sed sponsæ pater quærit affinitatem apud sponsi parentes, adeo, ut totius negotii cardo vertatur in manu parentum, *ut testatur Sigismund. Baro in hist. Muscov.* Nec nos movere debet exceptio Canonistarum, *Joh. in. Andr. in c. statutum in 1. de haret. in 6. Felyn in c. 1. ubi late & ut ipse sibi videtur, clarius quam quisquam alius, de sponsal. Decian. 1. cons. 13. Covar. d. §. 8. n. 6. & 7. Iohan. Lup. in c. per vestras, de donat. not. 3. § 9.* qui legibus principum omne pondus detrahunt propter defectum potestatis, & quia ad solum Pontificem pertinet de Spiritualibus disponere. *c. fin. de jud. in 6.* Nam *li. 2. de jur. Maj. c. 6.* pluribus ostendimus, non posse Principes Politicos ab omni re sacra abigi, cum & de juramentis disponant & rebus locisq; & personis religiosis. Nec vero consensum parentum Spiritualibus rebus immiscemus, cum pars similiarum fluant ex principiis Politicis, & non omne, quod ex sacris literis deciditur, spirituale sit, cum sacræ literæ sæpissime sese etiam ad Politica dimittant. (*Muscovit.*) (*45. Effugiū Canonistarū antevertitur.*)

Unicum superest determinandum, quousq; consensus parentū ad conjugii integritatem sit necessarius. Nam Antō. Guibert. *li. 1. qq. Iur. quæm ab ... in comm. de sponsal. & matrim.* hoc argumento negat necessarium esse consensum parentum, quia in definitione nuptiarum non exprimitur, *L. 1. de rit. nupt.* cum tamen definitio evolvere debeat omnia, quæ sub nomine definito intelliguntur. *l. 1. § dolum. de dol. malo.* Beust. *de matrim. cap. 46.* solenniter ... subsistentiam ... dicit esse consensum: Alber. Gentil. *4. de nupt. cap. 3.* consensum paternum assimilat formæ assistent. (*46. Cur in definit. one conju. ... non fiat mentio con. sensus.*)

 aut

aut removenti impedimentum. Borcholt. *de grad. pag. 26.* respondet argumento Guiberti, ut vulgo solent, sc. implicite fieri mentionem consensus in vocabulo conjunctionis: quo modo se habeat consensus ad matrimonium, indecisum relinquit.

47. *Explicatur definitio.*

Ego verò, ubi nuptiarum naturam intueor & legem 1. confero cum *l. 2. de rit. nupt.* & cum pr. *Inst. de nupt.* non aliter controversiam expediri posse video, quam si legitimas nuptias separemus à nuptiis absolute & in se consideratis, quo respectu definiuntur *in d. l. 1.* Nam & bellum abstractè ita definit Ulpianus *in l. hostes. de capt. & postl: reversf.* Unde Socinus occasionem traxit errandi *in l. 1. de [illegible]* quasi justa causa ad justum bellum non sit necessaria. Ita & legi virtutem abstractè assignat Modestinus *in l. 7. de ll.* cum tamen Chrysippus [illegible] at, nisi bonam legem, quæ sit regula justorum & injustorum. [illegible] conceptu enim nuptiarum non includitur, ut sint justæ vel legitimæ, sicut nec in conceptu belli, vel legis: ideoq; quæ legitimas nuptias faciunt, in definitione exprimenda non fuerunt. Verum legitimæ nuptiæ, & quæ subsistere debent, ut ait Paulus. *d. l. 2.* consensum requirunt essentialiter, cum eas consensus faciat, *l. nuptias de R. I.* Consensus verò non est perfectus eorum, qui non sunt sui juris. *in pr. Inst. de patr. pot.* Ergo sicut autoritas patrum complebat potestatem populi, *Liv. lib. 1. Flor. Epit.* [illegible] & sicut auctoritas tutoris exigitur ad roborandum contractum pupilli, *l. [illegible] bi. 25. § jussum, ubi Bart. & Dd. de adquir. hæred. Felt: c. 1. de sponsal. Hotoman. lib. [illegible] amic. resp: 6. 3.* ita requiritur consensus paternus, tanquam complementum consensus contrahentium, in quo consistere substantiã matrimonii jam supra diximus. Et hoc in justis nuptiis tantum, *in pr. Inst. de nupt. & l. 2. de rit. nupt.* Nam injustæ per quamcunq; conjunctionem fieri possunt, quod in generali & abstracta definitione Modestini spectatum fuit. Vulgaris enim est ista definiendi methodus Modestino, ut jam ex *l. 7. de legibus*, & ex definitione usucapionis, quando ait *in l. 3. de usurp. & usuc. Usucapio est adjectio dominij per continuationẽ possessionis temporis lege definiti:* nec includit titulum aut bonam fidem, sine quibus præscriptio non subsistit. *§. 1. Inst. de usu & long. temp. præscript.*

De

SECT. II.

De consensu tutorum & curatorum.

1. *Qui sint loco parentum.*
2. *Curatoris consensum non requiri.*
3. *Sed tamen Tutoris.*
4. *Matris autoritatem majorem esse quam tutorum.*
5. *Nuptias non rescindi per dissensum tutorum.*
6. *Consensum tacitum pupilli tutori non satis esse.*
7. *De consensu tutorum lex Danorũ.*
8. *Statutum Lubeccensium & consuetudo Brandeburgensis Marchiæ.*
9. *Quæ non probantur juri civili, quia impediunt libertatem matrim.*
10. *Taxatur consuetudo Anglorum & lex Guilielmi Siculi.*

ET de parentum quidem consensu satis: Præter quos nominat Paulus *Eos, in quorum potestate sunt liberi* *l. 2. de rit. nupt.* seu ut Lutherus loquitur *in lib de: caus. matrim:* Was an Eltern stadt mag sein, quæ verba accipit Beust. *de sponsal. c. 21.* de avo & proavo, potius, quam persona extranea, quia tutoris tanta potestas in matrimonialibus non est, quanta parentum. 1. *Qui sint loco parentum.* Et quoad curatorem res plana est, quem Salycet: *in l. in copulandis C de nupt:* & gl. *ib. in verb. Eius voluntas. Anton: Fab. tit. de nupt. princ: 4. Illat. 8.* distinguit à tutore, quod inconsultò negligit Sneidevv. *de nupt. in q de cons: tut.* 2. *Curatoris consensum non requiritur.* Quia enim rebus tantum datur curator, ut Bald. summat legem, *sciendum 20. de rit. nupt.* & constat ex d *l sciendum & d. l. in copulandis*, in personam jus non habet, id quod Severus & Antoninus rescripserunt in hæc verba; *Ad officium curatoris administratio pupillæ pertinet. Nubere autem pupilla suo arbitrio potest.* Proinde male Hottom. *Inst. de nupt.* etiam curatoris consensum ex honestate requiri asserit.

Sed tutor præsidet etiam personæ & moribus, *Inst. de tutor.* & ut ait Theoph. *§. 1. de satisd. tut. datur in patris locum*, cui idcircò potestas elocandi pupillam asscribitur. *l. 1. l ult: C de nupt. l unic. C. si rect. provinc. l. 6. de sponsal: l. si tutor junct. l. seq. de interd: matr. inter pupil. & tut. c. alter 30 q. 5. gl. & Dd. in l. 1. C. de sponsal. & in l 1. C. de nupt.* 3. *Sed Tutoris.* Potestas verò hæc minor est, quam matris, ut apparet ex judicio magistratuum Ardeatium, qui secundum matris arbitrium, jus nuptiarum contra tutorem decreverunt. 4. *Liv. lib. 4.* Imo Hegius *q. 22. n. 10.* non tam consensum, quam *scientiam & consilium* tutorum exigi censet. *Consilium* autem, inquit Cajus, *non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur, quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium, l. 2. in fi. Mandat. c. cum in veteri. de Elect.* Nam si consen-

sus tutorum perinde requireretur, ut parentum, perinde possent tutores
5. *Tutoris dissensus nequit rescindere matrimonium.* matrimonium contra placitum suum contractum rescindere, ut parentes, cujus contrarium sancitur. *in l si pater. 4. C. de sponsal.* Supra enim ratio assignata fuit, quare consensui parentum tantum sit indultum, quia parentes prae pietate paterna, quam nullus affectus vincit, *l. fin C. de curat furios.* optima consilia pro liberis capiunt. *l. nec in ea. ff. de adulter.* At haec ratio prorsus cessat in tutoribus, quos tam arctis legibus circumscripserunt Romani, quod eorum fidei non satis fidem haberent, *Paul. Mont: de jure tutel. c. 32. reg 2. & 9. Chassan. in consuet: Burg. rubr. des enfans des plusieurs licts. §. 4. in verb: mainteuir. n. 1. & 2.* nec alia de causa matrimonia inter tutorem & pupillam prorsus vetuerunt Impp. *tot. tit C. de interd. matrim. inter pupill. & tutor. l. 36. & seq l. 60. l. 64 l. 67. §. 1. & §. sed videamus de rit. nupt. Cyn. in l. fin. C. eod.* nec non inter pupillam & tutoris filium *l. libertum 64. in pr: l. nō est. 65. l. non solum 67. in pr. de rit. nupt.* quam quod vererentur, ne tutor cum damno pupillae ditesceret, quam rationem reddit ipse Tryphoninus
6. *in d. l. 67 & ex eo Anton. Fab. Inst. de nupt. princ: 6. Illat. 21.* Unde fit, ut licet consensus liberorum tacitus cum consensu paterno sufficiat, *c. 1. §. fin. de desponf. Impub. in 6.* ad consilium tamen tutorum requiratur expressus, *ut tradunt Dd. in c. un. de sponf. Imp. in 6 in l. in sponsalibus 1. de sponsal.* & dicente Ulpiano, *quò omnia fiant ex voluntate puellae. l. si puellae. 6. de sponsal.*

7. *Lex Danorū* WValdemarus tamen rex Daniae *libr. 1 Iuris Iulici. c. 8.* apertè ad nuptias filiae requirit consensum tutorum & cognatorum, sine quo si quae nupserit, multatur bonis paternis, quod defendit Cypraeus *c. 6. de sponsal:*
8. *Lubecens: & March. Brandeb.* *§. 9.* & legibus Dithmarsorum conforme esse dicit. Statuta Lubecensium, quae in plerisque oris maritimis recepta sunt, de ea re sic habent: Wenn eine Witfraw ohn ihrer Freunde Raht / die sich das aus wichtigen erheblichen vrsachen (de quibus arbitrium permittitur Senatui aut Consistorio) vorweigern / sich in die Ehe begibt / die sol von allen ihren Gütern nicht mehr haben / denn jhr tegliechen Kleider. Von ihrem Gutte gebühret dem Rath 20. Marck / das vbrige haben jhre nechste Erben. *lib. 1. Stat. 1. 4. de sponsal.* Constat autem in hoc statuto consilium, poni pro consensu, quando dicitur, si ex causis nolint ratum habere, quod se insciis sit actum. In Marchia privatur dote, non tantum, quae citra scientiam, consensum, & consilium parentum, sed etiam tutorum aut proximorum cognatorum, matrimonium init. In der Visitation Ordnung *t.* von Ehestand *& t.* von heimlichen vnd offentlichen Verlöbnüs. Gordianus verò *in l. in copulandis. C. de nupt.*

nupt. cognatorum & affinium auctoritatem prorsus removet, solamque voluntatem vult spectari eius, de cujus conjunctione tractatur. Et negant statuta civitatum, quibus tutorum & propinquorum consensus exigitur, valere, quia impediunt libertatem matrimoniorum, *Panorm: in c. 1. n. 7. & seq. Felin. latè de sponf. Bald: in d. l. in copulandis in fin. Mauser. ad t. de nupt. in pr. Beust de sponsal. c. 21. Consult. Const. Sax. p. . q. 7. matrim. q. 7. lib. 1. Coler. decis. 5. German.* Quin etiam si tutor nolit consentire, quo diutius bonis locupletis pupillæ frueretur, an propter invidiam aut pleonexian tutoris, carendum erit pupillæ matrimonio? Anglorum consuetudo, sive lex (utrumque enim creditur) in eo maxime peccat, quod matrimonia pupillorum pupillarumq; nobilium prorsus ponat in arbitrium & potestatem tutorum, qui eos elocant, quibus visum fuerit, & si pupilli conditionem oblatam detrectaverint, multantur ea pecunia, quam ad nuptias ex bonis relictis destinatam habebant. *Smith: libr. 3. de Republ. Angl. c. 5. Froissard. lib. 4. c. 50.* Conspicue quippe venit contra libertatem matrimoniorum, & liberorum salutem reponit in manus hominis extranei, quem nec legum rigor, nec consanguinitas in fide retinet, sed proprii commodi studium ad iniquissima quæque hortari potest, prout jam alibi a nobis demonstratum fuit. *libr. 2. de jur. maj c 3. n. 11. lib. 3. c. 1. n. 8.* Simul etiam damnatur lex Guilielmi I. Regis Siciliæ, qui ad nuptias subditorum volebat accedere licentiam, sive consensum regis. *Summont. lib. 2. hist. Neap. c. 3.* Rationem refutationis assignat gl. *in c. nullum 36. q. 2.* quia libera debent esse sponsalia, *c. requisivit de sponsal.* & ex hoc fundamento improbantur nuptiæ, ex rescripto principis constitutæ. *l. 1. C. si nupt. ex rescr: pet.* quibus portas Galliæ etiam omnino occlusit Henricus III. *in Comit. Blesensib. 1576. art. 281.* 10. *Anglorum.* *Neapolitani.*

Utrum deductio ad domum, aut benedictio sacerdotis pertineat ad essentiam matrimonii. SECT. 18.

1. *Qui nam putarint deductionem ad domum esse necessariam ad Essentiam Matrimonij.*
2. *Ex Constitutionibus Imperatorum novissimis.*
3. *Ex jure Canonico.*
4. *Unde argumentum Sophisticum extruit Bellarminus.*
5. *Quædam esse necessaria ex natura rei quædam per constitutionem externam.*
6. *Copulationem publicam esse necessariam, propter honestatem publicam.*

7. *Publicè*

7. *Publicè interest scire, qui cum quibus jungantur.*
8. *Clandestinas nuptias inducere præsumtionem fraudis.*
9. *Quod ad omnia, quæ clanculum fiunt extenditur.*
10. *Non esse nuptias sine præviis precibus publicis auspicandas.*
11. *Quod & Ethnici observarunt.*
12. *Quorsum opus fuerit deductione ad domum.*
13. *Aliorum opiniones & glossæ examinantur.*
14. *Quid differant hæc duo : Accipi & Duci uxorem.*
15. *Vnde orta phrasis, qua dicimur uxorem ducere.*
16. *Vnde dicatur, Nupta & Vxor.*
17. *Nuptiæ accipiuntur nunc pro contractu, nunc pro festivitate.*
18. *Omnes gentes solitas festiviter & cum solemnibus sacris exordiri nuptias.*
19. *Solennitatū quarundā descriptio.*
20. *Tres apud Rom. erant deductiones, quarum prima in hortos.*
21. *Tertia in cubiculum.*
22. *Ex qua sola olim Saxones æstimabant conjugium.*
23. *Ideoq; arguuntur ex jure civili, quod nuptias rectius æstimat ex solo consensu.*
24. *Media deductio vocatur ad domum.*
25. *Hottom. corrumpit sententiam Scævolæ.*
26. *Nec non Vlpiani, dum accusat Trebonianum.*
27. *Solum consensum constituere matrimonium.*
28. *Solennitates adhiberi tantum ut notas & signa externa.*
29. *Nuptias à vulgò accipi pro solennitate potius, quam pro contractu.*
30. *Deductionem ad domum non esse necessariam essentialiter, sed ut solemnitatem à legibus Imperatam.*

SUbstantiam matrimonii collocavimus huc usq; in consensu libero, & affectu ex quo omnes nuptias consistere dicit Imp. in *Auth. de nupt. c. 1. Nuptias. l. 26. C. de nupt.* ubi Bald. ait: *propria hic debet esse voluntas.* Cæterum ex ICtorum diversis decisionibus statim nascitur nova difficultas, an solus hic consensus constituat matrimonium, an præter eum, ad essentiæ complementum requiratur hodie publica in templo aut coram Ecclesia benedictio, sicut olim necessariò requisita putatur deductio ad domum, quæ est opinio Placentini relata & refutata ab Accurs. in *c. 1. verb. nuptias. Auth. de nupt.* cui insistit Hottoman. *5 observ: 9.* Cypræ. *c. 5. de sponsal. §. 4. 5. 6.* Nam Harmenop. *libr: 4. Epit: t. 4.* expressis verbis dicit: *Hodie non nudo consensu matrimonium contrahitur, sed & in sacerdotum*

1. **Deductionem ad domum non esse necessariam.**

dotum precibus interpositis corroboratum fuerit, nec nuptiæ contrahuntur, nec prohibentur, qui contrahunt, à se invicem disjungi: Atq; hoc addit constituisse Leonem philosophum, *cujus constitutio extat inter Novell. Leon. const. 89.* & Alexium Comnenum. Post benedictionem verò, etiamsi copula secuta non fuerit, matrimonium, inquit, subsistit, & abit in contractum, qui jam solvi rescindiq; nullo modo potest. Ante utrumq; Justinianus voluit matrimonium contrahi cum contestatione apud defensores Ecclesiæ, tabulisq; consignatis: *Nov. 74.* imo ipse Euaristus Papa *c. aliter 30. q 5. ex 1. tom. Concil*: Aliter negat esse *legitimum conjugiū, nisi ab his, qui super fœminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, uxor petatur, aut à parentib, aut propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita & consociata à proximis tempore congruo petita legibus dotetur & solenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant.* &c. Quæ verba Bellarm. *libr. de matrim. sacra: c. 20.* in nos retorquet, quando consensum parentum essentialiter *ex d. c. aliter.* deducimus, quia, inquit, si consensus parentum ad essentiam matrimonii à papa requiritur, etiam reliquæ ceremoniæ ibidem expressæ & jam enumeratæ, erunt ad essentiam necessariæ, quod tamen nemo nostrum facilè concedet. Nos verò distinguimus inter ea, quæ necessaria sunt ex sua natura, & quæ necessaria sunt ex constitutione aliqua humana propter causam publicæ utilitatis. Ostendimus enim *lib. 3. de jur. Maj: c. ult.* vectigalia & tributa esse quidem ex sua natura separabilia à Majestate, cum in ejus natura non includantur: Verum propter usus publicos majestati erogandos introductum fuit, ne separentur. Investitura requiritur ex natura feudi, *ait Burs: cons: 127. n. 15. vol. 2.* & est signum feudi necessarium, *Rol. à Vall. cons: 50. n. 9. vol. 3. cons: 1. n. 9. vol. 4. Borch: de feud. c. 7. n. 2.* ita ut investitura non facta, non intelligatur feudum constitutum, *lib. 1. feud. t. 25. Ias. in prælud. feud. verb. Item investitura. Zas. part: 6. Curt. part. 2. q. 4.* nec tamen propterea est de natura seu essentia feudi, quæ in sola fide consistit. *Vultej. lib: 1. feud. c. 6.* Sic quoq; Thedosius *l. si donationē C. de nupt:* rectè removet à matrimonii definitione quascunq; Ceremonias: & nihilominus intuitu publicæ utilitatis posteriores Impp. & Pontifices voluerunt coram facie Ecclesiæ publi-

2. Ex jure novissimo.

3. Ex jure Canonico.

4. Argumentum Bellarmini.

5. Distinctione solvitur.

publicè consummari nuptias, quas in ducatu Megapolitano, licet publicè contractas, ex sonticis causis sæpe dissolvi solere notat Borcholt. *de grad: mihi pag. 94.* reprehensus à Cothman. *in Consil:* nisi publicis precibus in Ecclesia sint confirmatæ. Capuanus legatus Pontificis per Bohemiam & Poloniam vetuit matrimonia perfici absque ceremoniis publicis, quas ibi nullas invenerat. *Cromer. libr. 7. Rer: Pol.* Idem seriò Gallis quoq; imperat Henricus III. *aux Estats de Blois 1579. Libr. 5. t. 2. l. 2. in pr:* ut sc. post tres proclamationes publicè per manum sacerdotis copularentur.

7. Causæ ob quas benedictio necessaria.

Causæ autem, propter quas desponsatio publica coram facie Ecclesiæ, necessario requiri cepit, multæ sunt, primū, quia Reipubl. interest, scire quinam cum quibus coëant *Heg. lib. 1. q. 22. n. 6.* ne civitas vel rixosis matrimoniis oneretur, vel mendicorum copia repleatur. Genevæ coram consistorio coguntur rationes vitæ suæ reddere, qui conjugium ambiunt, & qua arte, quibus mediis vitam sustentare possint. Alias aut a matrimonio prohibentur, aut post eius consummationem urbe ejiciuntur. Et hanc quidem officii Censorii non minimam partem esse *in c. de Censor.* demonstravimus.

8. Clanculum facta inducunt præsumtionem fraudis.

Deinde, quia clandestina sponsalia, ut & alii contractus clanculum facti inducunt præsumtionem fraudis, *c. quod latenter. de R. I. c. 1. ubi gl. plura allegans, ut Eccles: ben. l. pen: C. de rescind. vend. l. non existimo de adm. tut: & quæ præterea afferuntur à DD. Bal: Sal: Aret: Corn. in l. 2. de repud: hæred: Bald: in l. 3. de sum. Trin. in l. ab Anastasio. 5. Notab. C. mand. Cagnol. in l. singularia n. 80. si cert. pet. Tiraq. in præf. de retract: convent. n. 13. 14. 15. Beust. de sponsal: c. 13. Heg. lib. 1. q. 22. n. 5. Menoch. arb. jud. libr. 2. cas. 244. Boer: cons: 40. Hottom. q. 25. Illustr:* & arguunt animum dolosum, qui errorem aut ignorantiam prætexere nequeat. *l. ult: in fi. de rit: nupt: c. ult: § si quis verò de cland: despons:* A conjugio autem, tanquam Bonæ Fidei contractu voluerunt jura omnem doli suspitionem amotam, & propterea nequaquam clanculum, sed coram facie universæ Ecclesiæ publice id ipsum institui voluerunt, *c. 1. junct. gl: in verb: Quod autem. 30. q. 5. Luther. in libell: de caus: matrim: post. pr.* ne qua fraus ab alterutra parte se possit ingerere. Demonax, qui sub Adriano Philosophiæ laude spectatus fertur, persuaderi sibi nunquam passus fuit, ut sacris Eleusiniis interesset. Vocatus ea de causa in jus, q. religionem patriam sperneret, pro concione se excusavit. *Ea sibi sacra semper suspecta fuisse, quod occultè fierent: Si enim nihil quod esset mali exempli, in ijs tractaretur, palam instituenda esse, ut eorum cupidinè incenderentur alij, si quid subesset mon-*

stri, ut publicè cognitum aboleretur. *Lucian. in vit. Demon:* Ea de causa etiam Xviri nocturna mulierū sacra vetuerunt, *si Ciceroni 1. de ll. credimus,* quam legem si non sivissent expirare, tam crudeli inquisitione, in Bacchanalia nocturna, remotisq; arbitris institui sub terra solita, opus non habuissent. *Liv. lib. 39.* Quod si sacra noctu clanculum institui noluerint Ethnici, multò minus Christiani, hoc suum sacrum, à Deo ipso institutum, clandestini alicujus doli suspitione gravare & dedecorare debent. 10. *Nuptiæ sine publicis sacris non inchoando.* *Occultæ conjunctiones*, ait Tertull. *li. de pudic. c. 4. id est, non prius apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitentur.* Deniq; quia hoc vitæ genus,

Periculosæ plenum opus aleæ,

Ingrediendum non est, nisi precibus prius Deo commendatum fuerit, & benedictio exorata ab eo, qui solus cum effectu pronuntiat illud: *Crescite & multiplicamini*, ad exemplum Tobiæ, voluit antiquitas, ut preces lege aliqua imperarentur novis nuptiis, & simul Dei numen, in manum convenientibus introduceretur, utpote, quod suo interventu conjungat sociandos, ut loquitur Alexius Comnenus in sua Novell. *Si namq;, ait, alteram partem morte forte, aliove casu, aut mutato consilio recedere, aliamq; sibi conditionem quærere contingat, non exigua hinc absurditas consequetur, si præambulæ nuptiarum preces in sponsalibus peractæ pro nihilo, & quasi adhibitæ non essent, reputentur, & sine discrimine ea res intelligatur, quasi Deus inter personas, quæ conjungendæ sunt, per sponsalia introductus non esset.* Plato item Ethnicus *lib. 5. de ll.* nuptiarum inaugurationem fieri voluit per sacerdotes, adhibitis sacrificiis & precibus. Quò spectat etiam illud *Iuven. Sat. 11.* 11.

Veniet cum signatoribus auspex.

Solebat enim dos inter auspices consignari, *ut tradit Suet. in Clau.* Et Cic. ait *pro Cluen. Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus:* &c. qui & idem *auspiciorum nuptialium* mentionem facit. *1. de divin.* Nam Valer. apertè dicit: *Nuptiis etiamnum auspicia interponuntur, qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur. lib. 2. c. 1.*

Hæ causæ ostendunt, benedictionem coram Ecclesia non requiri 12.

 ad

ad Essentiam conjugii, sed accedere, tanquam testimonium publicum legitimè & non clanculum contractarum nuptiarum. Deductio verò ad domum ex nulla harum caussarum requiritur, sed potius, ut tradat sponsam in q: possessionem mariti, quemadmodum censet Cypræus *d. §.5. n.2.* & videtur innuere Pompon. *l.5. de rit. nupt.* quando *mulierem* ait *absenti viro nubere non posse, cum deductione opus sit in mariti domum, tanquam in domicilium matrimonij. l. cæterum § mulieri. de usu & habi-*
12. *tat. l. cum in te C. de donat. inter vir & ux.* Sed in hac ratione petitur principium, cum perinde dubium sit, utrum possessio mulieris faciat initium matrimonii, an verò maritalis affectio præcedens, ne dicam, quod jure Rom. mulier, etiam domum ducta, maneat sub potestate parentis, aut, quid? si mulier in domum mariti nunquam ducatur, sed ipse veniat in domum uxoris, ut objicit Gentil. *1. de nupt. c.5.* & sæpe fieri tradit Roll. *q. 16. de jur. dot.* Gloss. *in d. l. 5. in verb. deductione*, opus ait esse deductione, *ut sit sufficiens nuptiarum testimonium*, quod quidem ita esse in dubio
13. paulò post dicemus, sed ad propositum Pomponii non satis accuratè accommodatur, ut nec responsio Philipp: Matth. *ad l. nuptias 30 n.13. de R. I.* qui ait sermonem esse Pomponio, de muliere, quæ absenti nubit, quo casu consensum mutuum ita demum apparere, si in domum mariti mulier deducta sit. Negat enim omninò Pomponius fieri posse, ut absens mulier nubat, quia ad nuptias opus est deductione. Quod si deductionem accipiat pro signo, frustrà dixisset ea opus esse, cum signo non sit opus ad rem, sed ad notitiam rei, nec debuisset adjicere rationem, quod domus mariti sit domicilium matrimonii, & proinde deductione in eam opus esse. Item cum constare potuisset de consensu matrimoniali mutuo, per literas, per nuntium, per proxenetas, non opus erat præsumtione ex deductione, quia præsumtio cedit claris documentis. Adde sententiam Cinnæ, *in l. 6. de rit. nupt:* qui dicit *absentem accipi posse uxorem*, cui legi apertam vim infert Hotom. & Faber. *2. Sem. 25.* quando pro absentem, legit, *absens*. Minus solerter gl. *in d. l. 6. verb: absentem*, fingit, per amicos mulierem deductam in domum mariti absentis. Ergo mulier non erat absens, sed vir, & tamen retinet gl. receptam lectionem de absente muliere. Præterea, malè negavit Pomponius *in d. l. 5.* mulierem absentem duci non posse, quia in casu à gl. efficto, sine incommodo id fieri posset, sc: si mulier viro non præsente, per amicos ducatur, quemadmodum per legatos magni Principes solent sibi copulare uxores.

Quorsum opus deductione. [margin note beside "domum uxoris ... 16. de jur. dot." lines]

Propterea

Propterea distinguimus inter duas has phrases: *Accipi uxorem*, & *Duci uxorem*. Accipi potest etiam absens, sed non itidem duci, si vocabulum propriè accipiatur, & ea significatione, qua Romana lingua ipso primitùs uti cepit. A solennitate enim deductionis ad domum, ortam phrasin, ut uxorem ducere dicamur, annotat Brisson. *lib. 1 Select. ex jur. antiq.* & *ex eo Borcholt. de grad. Cypræ. de spons. c. 5. §. 5. n. 2.* Primùm n. dicebatur duci domum, *ut apud Plaut. & Terent passim.* Apud Tacit. *li. 12. Nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia*, apud Augustin. *6. de Civ. Dei c. 9.* qui inde Deum *Domiducum* denominatum addit, quod de ductioni felici auspicio præsideat. Mox cepit sine adjectione dici, *Duci.* Ex eadem tracta sunt nomina, *Nuptæ & uxoris.* *Neptunus*, inquit Varro, *quod terras & mare obnubit, ut nubes cælum, à nuptu, id est, opertione, ut antiqui, à quo nuptiæ & nuptus.* Consuetudo nubendi, seu velandi sponsam describitur à Festo & Plinio & Servio, nec non à Lucan. *libr. 2.*

Alud Accipi, quam Duci uxorem. 14.

Quid sit: Ducere uxorem. 15.

Unde dicatur Nupta & uxor. 17.

Timidum nuptæ leviter tectura pudorem.
Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Caput quippe obvolvebat nova nupta flammineo, seu velamine lutei coloris, quem inde præ cæteris honoratum putat Plinius, eoque ritu deducebatur ad domum mariti, bonis ominis gratia, quod Flaminica, seu Flaminis uxor non posset divortium cum viro facere. Usu receptum id quoque erat apud Iudæos, quandoquidem Rebecca, ad conspectum Isaaci, obvoluto capite projicit se in terram, *Gen. c. 24.* qui ritus etiam ab Ecclesia injungitur, *c. fœminæ. 3. q. 5. c. mulier. 33. q. 5. c. quæcunq. dist. 3.* in testimonium subjectionis, aut pudoris, licet Cypræ. *c. 1. de matr.* ab Hebræo vocabulum deductum velit. Ubi domum attigerat, inungebat postes adipe suillo, seu lupino, *ut tradit Massurius*, ne quid mali medicamenti inferretur. Inde nomen uxoris, quasi diceres, *Unxoris*, ita ut nomina, *nuptarum, nuptiarum, uxorum, nubendi & ducendi*, ex primæva origine, magis accipienda videantur de actu ipso festivitatis, quam contractu præcedente. Sic enim Iustinianus vocabulũ nuptiarũ explicat, *l. sancimus. 24. in pr. C. de nupt. Sancimus, si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicunq. pacto, quod ad dandum vel faciendum, vel non dandum, vel non faciendum concipitur, & sive nuptiarum tempus dixerit, sive nuptias nominaverit, non aliter intelligi, conditionem esse adimplendam, vel non*

 extenuandam,

17. *Nuptiæ duo significant.* *extenuandam, nisi ipsa nuptiarum accedat festivitas*, &c. Vocabulum quippe nuptiarum, interdum designat matrimonium ipsum, *ut in L.1. & l. 10. de rit. nupt. l.30. de R. I. l. cui fuerit. de condit: & demonstr. tot. t. Inst. de nupt:* interdum solennitates, quas omnes gentes ad consummandum matrimonium adhibere solitæ fuerunt, ut apud Cajum *libr.1. Inst:* nuptias legitimas esse dicentem, *cum Romanus Romanam, nuptiis intervenientibus, vel consensu uxorem ducit.* Aristot. *4. Ethic. cap. 2.* etiam si privatus homo non possit esse magnificus, quia virtutis splendor exigit personam splendidam, posse tamen, ait, quemvis magnificentiæ splendorem imitari, in nuptiis, quas oportet magnificè & sine sordibus institui.

18. *Gentes omnes consueverunt solemnes adornare nuptias.* Apud Athenienses quippe lege imperabantur symposia, sub auspitia nuptiarum, duplici de causa, tum Deorum nuptialium, tum testimonii causa, *ut tradit Athenæ. lib.5. & constat ex ratione legis Platonicæ libr.5. de Rep. & lib.5. de ll.* Demosthenes *orat. in Oenot.* id etiam propterea fieri putat, ut, cum liberi concredantur alienæ fidei, traditioni tam periculosæ assistant cognati ac maximè necessarii. Homerus nuptias filiæ Menelai instruit non tantum epulis, sed & cythara, & choreis, *Odyss. 4.* Alexander M. superato Dario, suas & octoginta amicorum, infinito luxu & lectorum multitudine, superbas nuptias per quinq; continuos dies, hilares habuit cum cantu, & Comicis, Tragicisque actionibus aliisq; Indorum regioni familiaribus præstigiis. *Ælian: lib.8. variar.* De Hebræorum consuetudine sufficiens testimonium præbent apparatus Labani, *Gen.29.* Samsonis, *Iud 14.* In Cana Galilæa, ubi & ad ebrietatem usq; solitos convivas potare, ex verbis liquet Strategi. Item, quod in parabolis, ubi nuptiis assimilatur regnum cælorum, adjiciatur mentio Epularum magnificarum, *Luc.14. Matth.22. Apocal. 19. &c. Perer. in c.29. Gen. vers.22. & ante eum Thostat: ibid.* Lycurgus in phiditiis voluit cœnare sponsum cum sponsa, ne sine solennitate ingrederetur nupta thalamum mariti, nec tamen ultra satietatem corpus gravaret, *ut ait Plut. in Lyc.* qui & alibi reprobat exorbitantem suæ ætatis luxum, qui non tantum depauperat novos nuptos, & à precibus destinatos animos avertit, sed etiam luxuriosæ soboli occasionem præbet, quemadmodũ Diogenes temulento juveni objecit: *Pater tuus te ebrius seminavit, Plut. de educ. liber.* Sed de hac re sermo nobis erit *in c. de Censor.*

19. *Solennitatis nuptialium descriptio.* modò demonstramus solitos fuisse à sponsis festo convivio excipi familiares & necessarios, ut de Persis apparet ex convivio Ahasveri. *Esth. c.1.* De Romanis, ex Lucani *lib.2.* de Catonis & Martiæ nuptiis agentis, qui ordine enarrans, quod sine Ceremonijs uxor ducta fuerit, hoc quoq; addit:

non more Sabino
Excepit tristis convivia festa maritus,
Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui.

Item ex Catulli Epithal. Ovid. *lib. 5. Metam in pr. libr. 6. de Ter. & progn.* & Stat. *li. 1. Sylv.* nec nõ ex *l. 6. de rit. nupt. l. penul. de donat. inter vir. & uxor.* Serv. & Don. *in 4. Æneid.* & qui ex recentioribus diligenter totam pompam deductionis collegerunt, & per minimas quasq; ceremonias descripserunt, unus ex alio. *Barnab. Brisson lib 1. sel. antiq: Conna. libr. 8. Comm. c. 3. Sigon. de antiq: jur: Rom: lib. 1. c. 9. Scalig: in Poet. passim & comm. in Catull. Calvin. in Lexic. Iurid. verb. Duci uxorem. Cypræ. de sponsal: c. 5. §. 4. & 5. Borcholt. tract. de grad. pag: 78. & seqq. Gothofr: ad rubr. C. de sponsal.* Invenio autem apud autores & ICtos triplicis deductionis mentionem fieri, 1. in hortos, 2. in domum, 3. in cubiculum. De prima quæstionem decidit ipse Scævola, in *l. pen. §. virgini de donat. inter vir. & ux.* quando virginem scribit *deductam in hortos mariti, ante diem tertium, quam ibi nuptiæ fierent, inq; separata diæta ab eo fuisse*, Et hanc negat ex deductione uxorem factam, & proinde ante nuptias data repeti & de dote, facto divortio, deduci non posse. Tertia autem deductio instituebatur à paranymphis, qui Græcis, autore Suida, dicebantur πάροχοι, *Brechaus in l. 239. §. 2 de verb. sign.* & tradebant sponsam ad lectum, post se surripiebant, puellamq; collocandam relinquebant fœminis pronubis, ut docet August. *6. de civ. c. 9.* Apul. *lib. 8. Metam.* Donat. *ad Ter. locum* : *Illam in lecto collocant.* & Catullus his versibus:

20. *Prima deductio in hortos.*

21. *Tertia in cubiculum.*

Mitte brachiolum teres
Prætextate puellæ.
Jam cubile adeat viri.
Vos unis senibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ
Collocate puellam.

Huic rei, ut deductioni ad domum *Domiduca*, ita *Vinnura pronuba* addita fuit, *ut ait Tertull.* aut Iuno, de qua Ovid. *lib. 6. Met.*

Non pronuba Juno,
Non hymenæus adest, illi non gratia lecto.

Saxones antiqui videntur ad matrimonii complementum hanc quoque deductionẽ requisivisse, quippe, quorum extat statutum, *libr. 1.* Landrecht. *art. 31. & 45. lib. 3. art. 45.* So bald der Mann des Weibes Bette beschreitet/ so ist er fehig worden / aller fahrenden habe/ so das Weib hinder sich lesset wenn sie stirbet. Item, der Mann ist auch seines Weibes Vormund ob er sie gleich nicht ebenbürtig ist/ vnd sie ist sein genossen / vnd thut ihm sein recht/ wenn sie in sein Bette trit. Nam quanquam *libr. 5. art. 45.* dicitur.

22. *Unde Saxones consummatũ conjugium æstimabant.*

Ein

Ein Mann wird seines Weibes Vormund zur Hand/ wenn sie jhme getrawet wird. id tamen Mauser. *in proœm. t. de nupt. Inst.* accipit de speciali casu, quando sponsæ infertur injuria. Nam pro hac tam agere potest sponsus etiam jure communi, quam pro injuria uxoris, ut probat *l. 2. l. 15. § sponsum quoq; de injur. § patitur. circa fi. Inst. Eod.* De cætero dissidet Ius Saxonicum à civili, *ut notat Zobel: diff. part: 3. diff. 11. Mauser. in proœm. t. de nupt. Inst: Beust. de matrim. c. 67. & ex ijs Cypræ. de matrim. c. 3. Nuptiæ enim completa dicuntur, & legatum sub conditione, si nupserit, debetur, quàm primum domum deducta est sponsa, etiamsi nondum in cubiculum mariti venerit. l. cui fuerit. 15. de cond. & demonstr:* ubi veram rationem assignat Vlpianus, *quia nuptias non concubitus, sed consensus facit, l. 30. ubi late Rævard: de R. I.* quod Cinna quoq; respondit, *l. 6. de rit: nupt. lugendum* scilicet *esse ab uxore, qui ipso die nuptiarum perijt, licet lectum genialem nondum conscenderit.* Ambrosius *c. 6. de Instit. virg.* idem docet his verbis: *Desponsata viro conjugis nomen accepit. Cum enim initiatur conjugium, tunc conjugii nomen adsciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pactio conjugalis. Deniq; cum jungitur puella, conjugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.* Augustin. *li. 2. de consens. Evang. c. 1.* idem probat exemplo Iosephi & Mariæ, *Unde* inquit, *Iosephum patrem eius appellat, nempe quia virum Mariæ rectè intelligimus sine carnis commixtione, ipsa copulatione coniugij. Et ob hoc Christi patrem, multò conjunctius, qui ex eius conjuge natus fuit, quam si esset aliunde adoptatus.* Hieronymi verba in eandem sententiam referuntur *in c. quod dicitur. & c. seq. de verb: signif:* Quod si concubitus, non facit matrimonium, nec lecti conscensio, quæ coitus gratia instituitur.

23. *Quod refutatur.*

24. *Media deductio ad domum.* *An necessaria?* 25. *Contra Hotomanni interpretationem.*

Solùm concertatio est inter ICtos de deductione media, *quā vocat Scip: Gentil. lib. 4. de donat. inter vir. & ux. c. 1.* utrum hæc apud Rom. fuerit necessaria ad perficiendam essentiam matrimonii, eò quod Pompon. *in d. l. mulierem,* neget mulierem posse duci absentem. Quod si Scævolam consulas *in d. l. pen. in pr. de donat. inter vir: & ux.* apertè negat matrimonium consistere in deductione, *cum ex consensu contractum intelligatur etiam ante tempus deductionis:* Hottoman. *lib. 5. observ. 6.* cum aliter effugere nesciret, vim infert literæ, & quia varias interpretationes affert Accurs. *in d. l pen. verb. attinuisse,* quasi is varias scripturas agnosceret, textum ipsum

ipſum in dubium vocat, & pro voce, *Non,* ſubſtituit, verbum *R N D I*, atq; ſenſum legis proſus invertit. Reſpondentem enim Scævolam introducit: *attinuiſſe, utrum in quærendo expreſſum eſſet tempus deductionis aut confectionis tabularum*, quod quidem ineptè reſponſum eſſet, cum in quæſtione tempus expreſſum ſit, & apertè propoſitum, *donationem factam, antequam Seja domum deduceretur, tabulaq; dotis ſignarentur.* Præterea ratio adjecta reſponſioni non patitur negativam particulam deleri, quando ait, *conſenſu matrimonium intelligi.* Nam ſi conſenſu contrahitur matrimonium, jam deductione non magis eſt opus, quam tabularum confectione, quam ſolam per nudum conſenſum excludi putat Hottom. cum tamen non tantum generaliter dictum ſit à Scævola, *ſolo conſenſu conſtare matrimonia*, ſed etiam ad quæſtionem ita accommodatum, ut deductio ad domum excluſa videri poſſit. Quæritur enim, *an donatio valeat Sejæ facta, antequam domum deduceretur & tabulæ dotis ſignarentur.* Reſpondet Scævola *nihil referre, utrum deducta ſit, vel tabulæ ſignatæ, cum hæc non rarò fieri ſoleant poſt contractum matrimonium, ſed ſpectandum eſſe principium matrimonij, quod conſenſu intelligitur.* Si reſpondere voluit Scævola ad quæſtionem, non minus per conſenſum deductionem excludere debuit, quam ſcripturam aut tabulas. Cæterum Hottom. nimis audacter hic in- 26. *In eundem.*
volat in textum, & abſurdæ reſponſionis accuſat Scævolam, ſicut & Tribonianum vitioſè & imperitè inter regulas Iuris referre addit hanc: *Nuptias nō concubitus, ſed conſenſus facit*, cum potius dicere debuiſſet: *In muliere domū deducta nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit*, quoniam Ulpianus *l. cui fuerit. de cond. & demonſtr.* unde hæc regula tracta eſt, loquitur de muliere jam domū ducta, & poſtea addit regulam, quam ex ſubjecta materia limitatam putat Hottom. quaſi non ſæpe generalis regula ſoleat ad particularem caſum accommodari, *ut l. 7. § quin imò. de pact. l. 3. de reb. cred. l. 25. de ſtat. hom.* nec rem ſuam confecit Hottom. etiamſi regulam ea limitatione eluderet, cum pluribus aliis in locis, quæ reſtri- 27. *Solum conſenſum conſtituere matrimonium.*
ctionem eam non recipiunt, Impp. & ICti æſtiment matrimonium ex ſolo conſenſu, ſeu affectione maritali, *l. cum hic ſtatus. 32. § ſi mulier. de donat. int. vir: & uxor: § 1. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. l. ult. in pr. C. de repud. ſeu γαμικῆ διαθέσει. Nov. 15. in fi. Nov: 22. 74. 117.* ſeu deſtinatione, ut de concubinatu loquitur Paulus *l. 4. de concub.* Nicolaus Papa *c. ſufficiat 27. q. 2.* ſuffi-

cere dicit solum consensum secundum leges eorum, de quorum conjunctione agitur. Sicut enim concubina, *l.pen.de concub.* & sponsa, *l.4.in pr.de sponsal.* ita & uxor ex sola animi destinatione censetur, quia aliis rebus opus non est in iis contractibus, qui consensu peraguntur, *l.4.de fid.instrum:* nisi probationis clarioris gratia, & huc faciunt tabulæ & deductio solemnis ad domum. Theodosius enim omnes Ceremonias à nuptiarum essentia abstrahit, *l.cum donat: 22.C.de nupt.* nec tamen inficiatur, quò minus nuptiæ æstimari possint ex ceremoniis, cum sint notæ & indicia consectarum, quemadmodum Aurelianus Imp. *in l.cum in te.C.de donat. ant: nupt:* donationem à marito factam videri respondet, postquam mulier deducta fuit, quia in dubio ad signa recurritur, & certas notas, quibus opus non fuisset, si aliunde de inito matrimonio, seu de maritali affectione constitisset. Nec enim ad signa recurrit Scævola, *in d. l. pen.* sed ad consensum, cum de consensu res certa esse proponeretur in quæstione. Vulgus ferè nuptias non aliter definit, quam ex iis, quæ in oculos incurrunt, adeò ut si hodie consulas aliquem ex vulgo, non prius censeat matrimonium contractum, quam sint celebratæ nuptiæ, ex quo diximus supra, Nuptiarum nomen dupliciter accipi etiam in jure, tum de festivitate consueta, tum de conjunctione maris & fæminæ. Quod si quis igitur quid legaverit, sub ea conditione, si ex familia nupsisset, impletam conditionem meritò censet Ulpianus statim, atq; uxor deducta fuit in domum, quia qui legavit, vulgato loquendi more, non tam consensum, quam solennitatem nuptiarum spectasse putandus est, quia verba accipienda sunt, secundum usitatam significationem, *l non aliter. 69. in pr. de legat. III. Socin. reg. 441. Eberh. in Top. loc. ab opin: vulg. num. 5.* prout in nostra controversia apertis verbis decidit Imperator, *in d. l. sancimus*, legatum sc. cum mentione nuptiarum non videri ante diem festivitatis nuptiarum deberi, seu ex more antiquo, ante deductionem in domum, quæ ultimam manum Ceremoniis nuptiarum imponebat, ideoq; pro complemento nuptiarum nominatur ab Ulpiano, *in d.l.cui fuerit.* & Pomponio, *in d. l.mulierem.* Quæritur enim illic, utrum absens mulier duci possit, seu an nuptiæ cum absente muliere celebrari possint, & negat Pomponius id fieri posse, quia nuptiarum solennitas, quæ deductionem præsentis mulieris requirit, cum absente expediri non potest. Deductionem igitur ad domum ne apud Romanos quidem ad essentiam matrimonii requisitam fuisse, ex dictis constat & asseritur. *ab Accurs. in d. l. 5. & 6. de rit. nupt. in d. l. cui fuerit verb. ducta, de cond.& demonstr: in d. l. cum in te 6. verb. retrahi, ubi fatuè ait ex ea* collig

28. Ceremonias adhiberi, ut notas & signa.

29. Vulgus per nuptias intelligit solennia. etc.

Deductionem non aliter esse necessariã, quã ut complementum solennitatum.

colligi, traductionem esse necessariam, C.de don.ante nupt. Bald. in l.28.de don: inter vir: & ux: l.5. de rit: nupt: Borcholt. de grad. mihi pag: 85. & seqq: Scip: Gentil: lib: 4. de donat: inter vir: & ux: c.1. Alber: Gentil: 2. de nupt: c.5. Phil: Matth: ad l.nuptias 30. n.10. & seqq. Duaren: c.2. solut: matrim. Anton: Faber t. 9.de nupt: princ.5. Illat. 12. & 13. Connan. lib. 8.comment: c.3. n.6. Betz.de pact: success: Illustr. fam: c.6. in pr.

CAPUT IV.
DE POLYGAMIA ET CONCUBINATU.

SUMMARIA.

1. *Quid per Polygamiam intelligatur.*
2. *An Polygamia sit probata vel concessa à sacris literis.*
3. *Polygamiam repugnare iuri naturæ.*
4. *Polygamia quot secum trahat incommoda.*
5. *De concubinatu Judæorum & Romanorum.*

SECT. I.

1. *Polygamiam propriè referri ad uxores.*
2. *Familia non patitur plures maritos.*
3. *Multitudo maritorum repugnat naturæ.*
4. *Polygamia successiva.*
5. *Quot modis possint multiplicari uxores.*
6. *Contra promiscuas uxores ex sententia Salviani.*
7. *Ad conjugium non admitti nisi duas personas.*

POstquam de iis, quæ ad essentiam Matrimonii requirit Politicus, actū est, sequitur, ut de numero personarum contrahentiū, & contractus indissolubili perpetuitate pro instituti nostri ratione videamus. Variè n. in utroq; non tantum ab Ethnicis, sed & Iudæis ipsis seu populo Dei, imò à Sanctissimis patribus & prophetis peccatū fuisse, multis videri posset: quæ ut ordine excutiamus, & de numero conjugū exordiamur, quanquā non minus quæri potest de multitudine maritorū, quā uxorū: tamē experientia & ex historiis cōstat, Polyg. propriè referri ad uxores. Britanni quidē multi multas simul ducebant uxores in cōmune, *ut refert Cæs.5.bell.Gall. & Bardes.* 1. *Polygamia respicit uxores.*

in lib. de fat. sed quod una uxor simul nupserit multis viris, nulla unquam in regione usu invaluisse compertum fuit, *August. 3. de doctr. Christ. cap. 12. Thom. 4. dist. 33. q 1 art. 1. ad 7. Martyr: in c. 8. vers. 31. Iudic: Montecat. 2. Polit. c. 4. in princ Schol.* nisi meretrices exceperis quæ corpore quæstum quidem faciunt, sed justarum uxorum loco non numerantur: aut Litvanorum perversos mores, quibus licebat nobilioribus matronis concubinos maritis suis adsciscere, seu, ut vocabant, matrimonii adjutores *teste Ænea Sylv. c. 26. descript. Euro.* Ratio quippe familiæ plura capita nõ admittit, licet parentium magnus possit esse numerus, *ut explicat Colon. Concil. de matrim. c. quod*

3. *incipit*: *Cæterum nec natura.* Nec procreationis ordo & natura aliter fert, quæ primarium conjugii finem constituit, quia semel tantum in anno mulier utero gerere potest, imò, si lactare infantem, ut à natura docetur, velit, longius ipsi spatium, priusquam iterum concipere queat, indulgendum est. Quorsum igitur tantus maritorum numerus, qui conceptus vel iteratis congressibus impedirent, vel frustrà agrum jam consitum ararent? Accedit incertitudo prolium & educationis neglectus, quæ omnia repu-

4. gnant naturali conjugiorum fini, *ut disputat. Lactant: lib. 3. div. Inst. c. 21.* Proinde, remissa ad alterum caput hujus disputationis bigamia, quando aut vir duas uxores ducit, aut uxor duobus pluribusve nubit viris successivè, sive post legitimum divortium, sive post alterutrius obitum, illud in medium proponimus considerandum, utrum excusari quodammodò pos-

5. *Polygamiæ species.* sint, qui plures simul ducunt uxores. Aut enim omnes in medio promiscuas habent mulieres, quemadmodum Scythas Nomades vixisse testatur Strabo, uxores, liberos, adeoq; omnia ad vitam pertinentia, præter ensem & cyathum, communia habentes, nec non Scotos sua ætate Hieron. *lib. 2. contra Iovin.* fæminis, prout sors quamq; obtulisset, misceri solitos: Aut multi multas, easq; certas colunt, ut de Britannis supra retulimꝰ. Aut unus plures in familiam transsumit, vel ut justas uxores, vel ut concubi-

6. nas, vel ut pellices. Contra priores satis disputatum est *c. 1. lib. 1. Pol.* quia

Sententia Salviani, contra promiscuas uxores. ex parte colludunt cum Platone, & coniugij sacra prorsus tollunt, contra quos adscribam saltem censurã Salviani *ex lib. 8. de gubern.* Dei, ubi ait: *Uxorem, inquit Socrates, propriam nullus habeat. Matrimonia enim cunctis debent esse communia. Sic namq; major erit concordia civitatum, si omnes viri fæminis sine discretione omnibus misceantur, & omnes fæminæ se omnibus viris sine distinctione substernant, ac sic fiant omnes viri omnium mulierum mariti, omnes fæminæ virorum*

omnium.

omnium uxores. Nunquid ullum unquam aut Phreneticum aut Dæmoniacum, varia insaniarum labe furiosum, tale aliquid locutum esse agnovimus? Tu dicis, maxime Philosophorum, hac ratione omnes viros esse fœminarum omnium maritos & omnes fœminas virorum omnium uxores & parvulos omnes omnium filios. At ego hac ratione dico, neq; ullum virum, ullius fœminæ maritum neq; ullam mulierem ullius mariti uxorem, neq; ullum pignus ullius parentis filium. Ubi enim promiscua omnia & confusa sunt, nemo est, qui suum possit aliquid venditare. Nec suffecit sapientissimo, ut quidam aiunt, Philosopho docere hoc, nisi ipse fecisset. Uxorem enim suam alteri viro tradidit. Scilicet sicut etiam Romanus Cato, id est, alius Italiæ Socrates. Ecce quæ sunt & Romanæ & Atticæ sapientiæ exempla: Omnes penitus maritos, quantum in ipsis fuit, Lenones uxorum suarum esse fecerunt. Sed vicit tamen Socrates, qui de hac re & libros condidit, & memoriæ hæc pudenda mandavit. Plus habet, unde gloriari sibi præceptis suis posset. Quantum ad doctrinam suam pertinet, Lupanar fecit mundo. Injustè damnatus dicitur à judicibus & verum est. Rectius enim hæc eum talia prædicantem genus damnaret humanũ, sicut absq; dubio damnavit. Nam cum in hac re doctrinam ejus omnes repudiaverint, omnes eam non solum sententiæ auctoritate, sed quod multo majus est, vitæ electione damnarunt. Hæc Salvianus, in quæ 7.
peccant & illi, qui in secundo ordine cum Britannis certas quidem, sed tamen multas multi in domos inferciunt, contra quos, cum prolixè disputatum sit *lib.1.Pol.c.1.sect. pen. & ult.* ne eandem cantilenam bis repetamus, pergimus ad tertium ordinem, & in genere prius demonstrabimus: Conjugij naturam adeò abhorrere multitudinem uxorum, ut sacrosanctum illud fœdus statim dissiliat, atq; plures, quàm duo in communionem adsciscuntur, quod ipsum etiam commodè retrò trahi poterit, ad impugnandam communionem Platonis & Britannorum.

An Polygamia sit probata vel concessa à sacris literis. Sect. 2.

1. *Conjugij veritatem & essentiam æstimandam ex intemerata prima origine:*

2. *Ex prima lege naturæ & divina conjugium fuisse conclusum inter duas personas tantum:*

Conjugij veritas æstimāda ex prima origine.

CONsideraturis autem totam hanc controversiam è fundamentis, reflectendi sunt oculi ad primam originem conjugii, de mandato ipsius Christi *Matth. 19. Marc. 10.* Licet enim per variarum gentium, quibuscum vivebant patres, inveteratos errores, lux naturæ quodammodo obscurata fuerit, & gentilem Polygamiam in suas quoq; familias pii homines admiserint,

miserint, tamen *ab initio non erat sic*. Res autem quævis fortior in principio, & dicente Tertulliano: *Verissimum, quodcunq; primum, adulterinum, quodcunq; posterius.* Corruptas Lacedæmoniorum leges pravis moribus, non melius putabat Agis Rex corrigi posse, quam si ad originem & jacta à Lycurgo primordia revocarentur. *Plutarch: in Agid: & Cleo.* Deus autem Adamo non junxit, nisi unam uxorem, quod sic interpretatur Christus, quasi eo ipso indicare voluerit, ne sint plures, quam *duo in carne una*. Esto, vocabulum, Duo non ponatur *Gen. c. 2. in fi.* ut objicit Ochin. *in dialog. pro Polygam.* tamen ex eo subintelligitur, quod cum propter sobolis propagationem maximè opus fuisset multitudine uxorũ, Deus tamen noluerit pellicem Evæ attribuere, sed *duos tantum creaverit in carnem unam*, ut totidem verbis verba Mosis repetit & exponit Christus *Matth. 19. Marc. 10.* & Paulus *Ephes. 5. ad fi.* adeò ut Ochinus blasphemiæ maculam hoc in loco vix effugere posse videatur, quando contineri negat in verbis Mosis, quod ibi contineri expressis verbis testantur Christus & Apostoli. Quin etiam singulos cum singulis uxoribus vixisse usq; ad Lamechi Caini trinepotis ætatem, qui duas sibi uxores accepisse dicitur, *Gen. 4.* verisimile est, cum generationes piorum omnes enarrare voluerit Spiritus S. nec tamen digamum quenquam inter eos faciat. Nam si in cæteris tacuisset, cur nominavit polygamiæ principium in Lamecho. Caini quidem damnatam sobolem odiosa curiositate in fastos referre non debuit, sed piorum patrum, ad cognoscendam propagationem Ecclesiæ, conjugia & posteritas taceri non potuerunt. Non damnatur quidem Lamech adulterii crimine apertis verbis, *Gen. c. 4.* ut præter fidem scripturæ assumit Menoch. *arb. jud. cas. 420. n. 7. 16. 23.* sed æstimandus nihilominus effectus ex natura autoris, nec aliud expectandum erat à posteritate Caini, postquam parens à facie Dei, seu Ecclesia egressus peculiarem sibi populum condere ceperat, quam ut parentis vestigia secuti, Dei & naturæ ordinem, seu instituta, præfractè & libidinosè perrumpere pergerent, *ut notat gl. Gen. 4.* Satis quippe non erat Lamecho, quod exemplo Caini, manus cæde incestasset, & in homicidio impune, quasi re probè gesta, triumpharet, Dei clementia tutiorem se futurum jactitans, quam olim Cainum, (si modò is sit sensus verborum Lamechi, quem inexplicabilem censet Catharinus) nisi & conjugii fœdus improbè distraxisset, & consuetudini, quæ post etiam bonis patribus imposuit, improbæ fenestram aperuisset. *Numerus conjugii*, ait Tertullian. *in lib. de exhort: castit: à maledicto viro incepit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in unam carnẽ effecit.* Prodie-

2. *Ex lege primæ conjug. astrictum fuit ad Duos.*

3. *Lamech primus bigamus.*

4. *Et quidem ex stirpe maledicta.*

Prodierunt quidem, *ut Ioseph.5. memorat,* ex ea digamia liberi ſeptuaginta ſeptem, quorum tres filii nominantur à Moſe, paſtoritia, Muſica, & fabrili arte nobiles. Verum ineptè hinc concludit Ochinus, multitudinem uxorum non diſplicuiſſe Deo, cum liberos inde natos inſignitos reddiderit artium præclararũ inventionibus, quaſi Hippocrates propterea etiam in Ethniciſmo ſuo placuiſſet Deo, quia parens Medicinæ, eius beneficio extitit. Multitudo ſobolis, numeratur inter benedictiones conjugij, *Gen.1. & 9. Pſalm.128.* nec non fortitudo ejuſdem, *Pſalm.127.* At quoties inceſti quoq; & illiciti concubitus fortem ſimul & numeroſam ſobolem progenerant? *Ingreſſi filij principum ad filias hominum, ait Moſes, genuerunt Nephilim potentes à ſeculo, & viros magni nominis. Gen. 6.* Salomonem elegit Dominus, præ omnibus filijs Davidis, *2. Sam.12. v. 24.* ſed adulterium cum matre ipſius præ omnibus ejuſdem operibus, extremo odio proſequebatur. *Ibid. v.10.* Ne dicam interim, artes filiorum Lamechi ad gulam potius, voluptates corporeas, & bellicam crudelitatem, quam ad Dei cultum & ſalutem Reipubl. reſpicere, ut *ad c. 4. Gen.* Theologi notare ſolent.

6. *Patres conſuetudine decepti.* Poſtquam inter gentes à poſteritate Caini introducta Polygamia, legem naturæ, Deiq; primævum ordinem, longa conſuetudine, obfuſcare & tantùm non penitus obliterare cepit, quid mirum, ſi Sancti quoq; patres, quod inculpabile videbant coram mundo, divina diſpenſatione ſibi licere putaverint? Nam & Electis imminere periculum, ſi vitiorum ſeges eos ubiq; circumſtet, innuit Chriſtus, *Matth.24.* & Noah, Loth, convivæ nuptiarũ, ebrietate laxaſſe animos leguntur, decepti præpoſtera conſuetudine, quos tamen, quis poſſet in integrum excuſare? In utramque

7. *An polygamia patrum excuſanda.* enim partem ſolent Theologi patrum hanc polygamiam diſputare, dum alij eos prorſus excuſant, diſpenſatione Dei peculiari tutos *Martyr: in c. 8. Iud: Oſiand: in lib:* von den verbottenen Heyratten. *Brent: q.4. lib.* wie in Ehesachen Chriſtlich zu handlen ſey. *Meiſner. ſect: 2.qq: c.5. q.1. quo inclinat Philipp. in Eth. c.gaudemus.§.nulli. de divort: Lombard: & Thom. 4. diſt.33. q.1.art. 2. Bellarm. de matrim. ſacr: 1. c.11. Alphonſ. de Caſtr. de hær. verb. Nuptiæ. Catha. 5. contr. Cajet. c.de ſacr. matr. Baſſol: d. diſt. 33. q. 1. ad princ. Turrecrem. in c.dixit Sara.n.6.& 7. 32. q.4. Menoch. arb. jud. caſ. 420. n.19. & ſeqq. Perer. c.16. Gen. diſp. 1. prolixè. Azor. lib.6. Inſtit. Moral. c. 13. q. 1.* alij, peccaſſe quidem contra primam Dei inſtitutionem, quam ignorare non debuiſſent, confitentur, ſed probabili ignorantia eoſdem excuſant. *Aretius loc.56. Beza de Polygam. in reſp. & arg. Danæ. libr. 2. Eth: Chriſt: c. 4. Geſner: c.4. Gen. q.11.*

Menzer.

[illegible] de persôn. Herbrandt [illegible] de conjug. Benft. par. 2 de matrim. [illegible] *Philipp. in* [illegible] *de conjug. &* [illegible] *idem arripere* [illegible] *part. 2.* [illegible] *de Matrim. can. 2.* Constat [illegible] inter utrosque par- 8.
[illegible] mores, & [illegible] ab Augustino *lib. 3. de doctr. Christ. c. 12.* si qui ex [illegible] plures ducerent uxores, non amore sobolis, sed vel libidinis gra- tia, vel ex alia aliqua causa minoris momenti, à peccato excusari non pos- se: quia libidini morem gerere, per se peccatum est, idque multò magis, si ejus gratia jus naturæ, aut honestas sive præceptum divinum violetur. Nec enim Salomon tot uxores & concubinas prolis [illegible] causa du- cere voluisse præsumitur, nec cum in finem Bethsabeam ex privatis ædibus extraxit David, imò ne Jacob quidem Rachelem propterea superinduxit, quod Lea sterilis esset, sed quod illius amore jam diu incensus esset, *Gen. 29.* Et si propter sobolis augmentum multiplicandæ essent uxores, cur hu- jus consilii memoria non subiit primos parentes, quorum ætate [illegible] erat propagatione generis humani quàm maximè, aut post eam opus num- quam erat? Qui verò pluribus consueverunt uxoribus prolis tollendæ gratia, quo fine uxores Jacobi, ipsi supposuerunt suas quæque ancillas, & 9.
Sara Abrahamo concessit Agaram, etiamsi in proposito non peccarunt, tamen vix est, ut excusari possint de modo. Nam & vago concubitu, qui vixerunt ante diluvium, creverunt & multiplicati sunt, sed Deus multi- tudini ex libidinibus [illegible] vehementer irascitur, *Gen. 6.* Filiæ Lothi, quòd putarent totum genus humanum interiisse, ut sibi reserva- rent ex patre [illegible] [illegible] quidem intentione, sed incestâ commix- tione [illegible] *Gen. 19.* Nec enim sufficit excusatio Ire- næi *lib. 4. c. 51.* [illegible] *in Gen.* Theodoreti *q. 69. in Genes.* quòd bo- na intentione, desiderio prolis parentem ad [illegible] induxerint, quia, *ut rectè* [illegible] *Augustin. lib. 22. contra Faust.* [illegible] *ad c. 46.* non so- lum quo fine, sed & quo modo quodque fiat, videndum est.

Multitudo verò uxorum, [illegible] primæ Institutioni divi- 10.
næ, tum juri naturæ, quorum neutrum ignorantia [illegible] unquam excusat à crimine. Licet autem Adami verba tantum referat Mos. *Gen. 2.* [illegible] Deo ipsi tribuit Christus *Matth. 19. & Marc. 10.* & hinc [illegible] conjugium unius viri & unius uxoris, duorum in carne una, [illegible] à Deo constitutum fuisse, cui nulla derogare quo- [illegible] facta fuere [illegible]. Non enim exem- plis [illegible] verba. Moses du- [illegible] Judæis [illegible] concessit, quemadmodum totus quadra-

 ginta

[illegible] moos, dicente Paulo *Act.* 3. [illegible] patienter, sed nunquam tamen probavit. Polygamiam vero ne [illegible] quidem

11. *Polygamia nusquam probata.*

concessit, nedum ut probaverit, adeo ut tota hæc [illegible] ducendi uxores licentia in factis consistat, non legibus. *August. lib. 16. contr. Faust.* Abrahamum sic excusat: *Quia tunc mos erat, peccatum non erat,* & *lib. 6. de civit. Dei c. 38.* lege nulla ait polygamiam multiplicandæ posteritatis causa prohibitam fuisse, quod prolixius repetit, *libr. 22. contr. Faust. cap. 47. Peccata alia sunt contra naturam, alia contra morem, alia contra præceptum. Si naturam consulas, non lasciviendi, sed generandi*

12. *Apologia pro patribus.*

causa illis mulieribus utebatur: (Loquitur autem de Iacobo) *si morem, illo tempore, & in illis locis hoc factitabatur: si præceptum, nulla lege prohibebatur.* Sic & Hieronym. *ad Gerunt.* excusat Iacobum, quod more gentili inter gentes seductus putaverit sibi id licere, quod liceret omnibus. *Habuit,* inquit, *duas uxores, sed in Mesopotamia & sub Labano,* & [illegible] eandem excusationem pro Abrahamo affert Ambros. quod ex Chaldæa [illegible] aliquid gentile, cum non desint, qui Abrahamum in Chaldæa ab [illegible] credant [illegible] servisse, ductu verborum *Ios. c.* [illegible] *Trans flumen habitarunt,* &c. *Philo in libr. de Abrah: Genebrard. in Chronol. Masius in d. c.* [illegible] *Ios.* Cæterum Abraham non accersebat sibi Agaram ultro, sed exoratus a Sara ob solam spem posteritatis: Iacobo vero & aliis probabilis imponere potuit ignorantia, *dicente Philipp. de conjug.* ut sibi licere crediderint, quod communi more cæteris gentibus licere viderent, & hinc piè excusari ex parte possunt, dubito verò an ex integro, quia contra jus divinũ agentẽ ignorantia nullũ securũ facit. Licet enim vox & lex Dei a Mose nondum consignata esset literis, quod intelligit August. quando polygamiam lege vetitam fuisse negat: tamen a sanctis patribus ignorari non potuit, præcipue cum ipsi naturæ a prima creatione quodammodo inscripta fuerit, ut mox dicemus.

Excipiunt verò, qui patrum polygamiam prorsus à vitio liberant, quod Deus præsumatur de lege potius propter sobolis multiplicationem

13. *Ignorantia iuris naturæ non excusat.*

dispensasse, quod fieri quidem potuisse non negamus, cum solus is, qui legem tulit, legem tollere queat, vel totam, vel in parte, sicut [illegible]

14. *Votum Dei dispensans [illegible]*

[illegible] Hebræi, ex Ægypto exituri. Verum, ut de potestate certi, ita de voluntate Dei prorsus incerti sumus, nec de ea quicquam afferri [illegible] *libr.* [illegible] *de matrim.* [illegible] præter repetitionem factorum [illegible] mirens, [illegible] cum [illegible] dispensasse Deum affirmat, *prop.* [illegible]

quod

quod vel ipsi Azorio displicet *lib. 6. c. 13. q. 1.*) quia, teste Augustino, apud eos, cum quibus vivebant Laban & Jacob, mos erat inculpabilis, nulla lege prohibitus, ducendi plures uxores, ac si Deum dispensasse contendat de cultu suo, quia mos erat apud gentes colendi Idola, loco veri Dei, & is quidem inculpabilis inter eos & nulla lege prohibitus. An vero conniventia & permissio Dei statim arguit dispensationem? Esau, inquit, multas accepit uxores, *Genes. 26. 28.* & scriptura eum non reprehendit. Scriptura non reprehendit defectionem decem tribuum, nec Lebnensium rebellionem, nec incestum Lothi, *Genes. 19.* quæ tamen a Deo per dispensationem non probantur. Circumstantias vero tales adjicit Spiritus S. *Genes. 28. a vers. 6. ad v. 10.* ex quibus non obscure quatuor ingentia Esaui crimina colliguntur, Epicureismus, religionis odium, [illegible], & hypocrisis. *Gesner. in c. 28. Dub. q. 2.* Et quorsum opus erat dispensatione divina inter gentes? Qui ad dispensationem Dei, quando de polygamia patrum agitur, confugiunt, causam accersunt ex promissis Abrahæ & Jacobo factis, de multiplicatione sobolis ad numerum stellarum, cui putant sine multitudine uxorum satisfacere Deum non potuisse, quasi non in prima nascentis mundi ætate sine polygamia repletus fuisset orbis terrarum, nec potuisset Deus tam fœcundam facere unam uxorem, ut duodecim vel etiam plures fœtus, benedictione singulari ederet. Cæterum causam concessæ polygamiæ alligant tantum populo Israelitico, quippe cui promissio facta erat, & quem, tanquam primitias hæreditatis suæ, maxime propagatam voluit Deus, sed quid hoc ad gentes? An ad Idololatrarum propagationem, quorum jam sic satis magna copia per medium orbem subinde spargebatur, debuit Deus jus naturæ relaxare, & præcepta sua revocare? Cur igitur extirpationem eorum semper ubique minitatur, & Canaanæos propter vagas & luxuriosas libidines e provincia sustulit, cum potius eorum multiplicandorum gratia debuisset suam legem e natura eradere, secundum Bellarmin. qui *d. prop.* 4. generalem facit Dei dispensationé, quia soboles nõ tantũ propagari debuit in populo Dei, sed & apud gentes: quasi vel Deus tam solicitus debuerit esse de posteritate infidelium, vel gentes tam paucæ extiterint, quot numeru fuerunt Patriarchæ, a quib. pendebat origo populi Dei, ut sine relaxatione legis naturalis in omnes oras sese diffundere & [illegible] suo orbem replere non potuerint. Quod si alteram *[illegible] ex Justin. colloq. cum Tryphone, Hieron. ad Gerunt: & Ambros. lib. 1. de Abrah. c. 4.* dispensatum esse a Deo cum bigamia Abrahami, quia debebant hoc suo uxorum genere typum duorum populorum in Ecclesia, ut explicat Paulus, *ad Galat. cap. 4.* adhuc continenda erit

15. **Bellarmini impudentia.**

16. **Apud Ethnicos non opus erat dispensatione.**

[illegible] intra cancellos Ecclesiæ, nec impunè licere [illegible] promiscuè, quod Deus toleraverit in primordiis [illegible] Ecclesiæ.

Vellem autem à Bellarmino intelligere, unde [illegible] à Deo [illegible] conjecturam habeant. Nam quæ sine autoritate scripturæ asseruntur eadem facilitate rejiciuntur, qua asseruntur. Elias quidem [illegible] habuit iram Dei in Quinquagenarios, *2. Reg. c. 1. v. 15.* per [illegible] Angelicum: Simeon contulit se in templum divino instinctu & occulta inspiratione Spiritus Sancti. *Luc. 2.* Rebecca Deum consuluit de causa collisionis infantium in utero, *Gen. 25.* Samuelem non piguit eosdem quærere revelationem de asinis Saulis, *1. Sam. 9.* Hebræos jubet Moses, voce & de mandato Dei, aurum & argentum Ægyptiorum subtrahere, *Exod. 12.* quamquam in eo nihil conceditur vel contra jus naturæ, quo sunt omnia communia, vel contra præceptum Decalogi de furto, cum Ægyptii deberent Judæis pro laboribus, & jura permittant etiam privatis hominibus, quæ per injuriam magistratus nancisci nequeant [illegible]. Sed quod Deus legem naturæ implantatam, & voce [illegible] revocaverit, seu de polygamia in gratiam patrum dispensaverit, id nullo sacræ scripturæ testimonio probatum reddi potest.

18. *Examinatur lex Deut. 21.* Licitam tamen passim fuisse polygamiam probat Bellarm. *l. prop. 4.* ex lege *Deut. 21. Si quis duas habuerit uxores, unam quam amat, alteram quam odit*, &c. Quanquam verò ex hac lege ne licentia quidem plures ducendi uxores evincitur, eo quod ista [illegible] potuerit esse repudiata: tamen, nihil inde sequitur, nisi Deum in populo suo, peculiarem in finem ad multiplicandam posteritatem Abrahæ, polygamiam tolerasse, licet ipsa sine peccato non fuerit. Tolerat Deus etiam vagos concubitus, quando jubet abstinere à fratribus & sororibus, sive [illegible], sive inter gentiles, *Lev. 18.* Videtur tolerare meretrices, quando [illegible] in [illegible] templi, *Deut. 23.* Quod autem toleratur, non statim [illegible].

19. *Item locum 2. Sam. 12.* [illegible] *d. c.* [illegible] Nathan à Deo [illegible] Saulis in sinum Davidis, *2. Sam. 12.* Martyr. [illegible] respondet, Deum simul legem suam continuisse. Quid [illegible] an simul præcepit Deus [illegible] quia uxoris sine Michal nova [illegible] potuerat David ducere, quam suam [illegible], cum [illegible] conjunctam [illegible]. Quamvis [illegible] Nathan [illegible] quod David Deus dederat in domum & uxores Saulis, [illegible] posset

pro-

[illegible], nemine prohibente. David enim nullam uxorum Saulis legitur [illegible] contubernium accepisse.

Affert [illegible] praeter superius [illegible] legem *Deuter. 25.* de ducenda vidua fratris, de qua acrem [illegible] excitavit divortium Henrici VIII. Angl. Regis & interpretes [illegible] in varia effugia conjecerunt duae diversae leges. *Levit. 18. & Deut. 25.* Alicubi enim prohibetur conjugium inter fratrem & fratris viduam, alicubi conceditur. Et quidem in simili casu, cum Grimoldus dux [illegible] Theodonis fratris viduam, VVillerudam duxisset, a S. [illegible] reprehensus legitur. *Henning. in [illegible].* Caeterum [illegible], & [illegible] *in lib. de matrim. Reg. Angl.* praesupponentes, quod latius [illegible] *2.q.105. art.4. Cajet. 22. q 154. art. 9 Sylvestr. in verb: Papa q.[illegible] Sot. [illegible] art. 3. Azorio lib. 6. In [illegible] Moral. [illegible] a Castr. 1. pot. [illegible] Bellarm. lib. 1 de matr. [illegible] c. 27.* [illegible] prohibitus gradus, lege [illegible] naturali prohiberi, pergunt inde demonstrare, facile potuisse [illegible] priori legi judiciali per posteriorem obrogari, & Bellar. ait *d. c. 27. § probatur [illegible].* *Quid absurdius, quam ut natura auctor contra naturam pugnet.* At qui oblitus erat, quod paulò ante *c. 11.* disputaverat, Deum in polygamiis patrum relaxasse jus suum & naturae. Annon tum quoq; autor naturae pugnavit contra naturam? Et si sibi relaxavit jus naturae, cur non tam potuit [illegible], quam jus judiciale [illegible], sicut hoc [illegible] in [illegible] Dei. Solum hoc objicit Bellarm. § *[illegible]*, quod dispensatio non facit legem. Pro lege igitur non habentur a Bellarm. *[illegible] § illi vero de jure l. [illegible] de legatum.* Aut an exceptio legem non facit? nec [illegible] Ciceroni, *lex de privato lata, quae juri communi [illegible] singulare. l. jura de ll. l. 1. §. 1. ad Munic. [illegible]* Solet enim [illegible] interdum in personis, interdum [illegible] singulare a communi regula excipi, & privata lege de novo confirmari, quemadmodum hoc casu factum censent August. *q. [illegible] in Levit. [illegible] c. 18. Levit. & [illegible] de repud. & divort. Martyr. in 8. Iud.*

20. *Jus Deut. 25.*

21. *Deo potest jus naturae relaxare.*

22. *Dispensatio facit legem.*

Per fratrem hoc loco intelligit [illegible] *Levit.* [illegible] *Clem. Alex. lib. 2 Strom. Domin. de Sot. 4. de just. & jur. q. 2 Cajetan. super [illegible]*

23. *Quid per fratrem intelligatur Deut. 25.*

 & 20.

[illegible] *Gen.* Saram pro genuina Abrahæ sorore habeant, item cognati Christi vocantur ejus fratres & sorores, *Matth.* 12. & sunt qui Athnielis cum Calebi fratris filia conjugium eo item effugio excusent, *Iud.* c. 1. licet ibi expressè mentio fiat, fratris minoris natu, qua phrasi alias scriptura, dum vagè nomen fratrum usurpat, uti non consuevit. Objicit Bellar. quæstionem Saducæorum, *Matth.* 22. qua producebatur mulier septem fratrum successive conjunx: item Iudæ judicium, *Gen.* 38. qui Thamaram tribus filiis uni post alterum elocabat, nec non verba Naomi nurus suas in patriam reverti ex itinere, quo se comitabantur, jubentis, frustraq. ex utero suo ab iis maritos expectatum iri addentis. *Ruth.* [illegible].

24. *Absurda interpretatio Ochin. & Bell.* Cæterum nos hanc litem suis autoribus relinquimus, & accipimus, secundum sententiam Ochini, Cajetan. Bellarm. ex lege *Deut.* 25. non tantùm polygamiam, sed & incestum imperari, contra quam sancitum fuit, *Levit.* 18. Quod si illi putant potuisse mulieris cum mariti fratre nuptias in hoc casu licitas fieri, dispensatione divina, cum tamē aliis quibuscunq; casibus id genus nuptiæ pro [illegible] & nefariis habeantur, quid [illegible] sequitur, si polygamiam hoc unico in casu Deus concessit, [illegible] deest [illegible]? Exceptiones enim à jure strictè interpretandæ sunt, & ad similia non transferendæ, nec potuerunt ex hac lege Pontificii quicquam subsidii petere pro dispensatione Papæ, quia, quod à Deo autore suarum legum factum est, homo, infra eas constitutus, imitari non potest, & quod

25. *Dei dispensatio non fuit imitanda homini.* Deus fieri voluit ob certitudinem stirpis in populo Iudæorum, & ad excitandum semen fratri præmortuo, ad alias causas dispensationum trahere nemini licet, quia amplianda non sunt, quæ fiunt contra præscripta Iuris.

26. *Commodior interpretatio Deut. 25.* Verum si sensum & verba hujus legis intimius paulò inspicere velimus, quicquid sit de incestu permisso, certè polygamia inde probari nō potest, nisi imbecilla ratiocinatione, quà præsupponitur, fieri posse, ut ducturus fratris uxorem jam suam sibi habeat. Interpretatio verò semper [illegible] da est, ne ducat ad absurdum. Absurdum autem est, [illegible] Deum, qui vetuit ad vitandum odium & injuriam uxoris, ejus superinducere sororem, *Lev.* c. 18. voluisse, ut causa prohibitionis non [illegible] matrimonii cum legitima uxore comiter consistentis [illegible] fratris uxor, a quo graviores timendæ essent rixarum & discordiæ [illegible] quam à sorore ipsa. Proinde verba, sub initium legis posita, [illegible] [illegible] & contrahunt ad fratres simul cohabitantes, indicant [illegible] cognatum esse, non de senatu, sed, qui, [illegible] [illegible] habitare poterant. Et huic interpretationi non tantum confirmet [illegible]

ex quo legem explicare solent, licet ante legem latã, ex errore magis, quã recto judicio, Judas nurum suam & filiis elocabat, & ignotam, non secus ac si id impune sine labe criminis licuisset, violabat, sed & quæstio Saducæorum, quia si ex septem fratribus quisquã binas habuisset vel plures uxores, captio ipsorum multo reddi potuisset intricatior, & difficilior dubitatio.

Proinde, cum polygamia nulla lege divina sit concessa, nec de dispensatione Dei speciali quicquã pateat ex sacris literis, in suspenso relinquimus, utrũ patres plures ducendo uxores peccaverint, quia id licere, probabili ignorantia & per Orientem recepta consuetudine decepti, arbitrati sunt. Multum quidẽ potest probabilis ignorantia ad excusandum peccatorem, sed contra legẽ Dei & jus naturæ, non præbet satis tutum refugium. Illo, perseveraverint patres in polygamia sine pœnitentia? Etiam duas sorores non repudiavit Iacob, nec Bethsabeæ nuntium remisit David: quorũ neuter in universum excusari potest. Non dubium tamẽ, quin iti in Patriarchæ cum Davide subinde oraverint, *Ab occultis mũda me. Delicta n. quis intelligat?* & quam multa quidem non recte fiunt, sed non satis erudita conscientia? quam multa eorum, quæ contra præceptum divinum gesta sunt, memoriam nostram fugiunt? Et tamen seriam de omnibus pœnitentiam agentibus, peccata remissurus est misericors Deus.

27. *Patriarcharũ polygamiã nõ posse ab omni labe vindicari.*

Ubi verò a veteri lege pergimus ad novã, de dispositione divina nemo cum Ochino dubitare potest amplius. Nam quod Bellarm. libr. 1. *de sacram. matrim.* [illegible] *in priori* [illegible] eundem errorem impegerit Luthero, sine ulla calumnia responsum est, libro germanico, *Pistory nugis opposito.* Christus enim Matth. 19. Marc. 10. sublata prava quacunq; consuetudine, revocat Judæos ad primam conjugii originẽ, ubi præceptum esse ait ab autore sexus humani, ut duo sint in carnẽ unam; & hinc texit argumentum, quo ipse quidẽ concludit, divortia ex prima conjugii institutione & de voluntate Dei esse illicita, sed & polygamia eadem opera prorsus tollitur & prohibetur. Infert n. Christus: Non licere cuiquam diverti ab uxore, quia factus est cũ ea una caro, & qui unitatẽ hanc dissolvit, dicitur solvere, quod Deus ligavit. Qui jam alterã uxorẽ superinducit primę, licet hanc nõ abjiciat in totũ, tamen separat se ab ea ex parte, quia animũ & corporis usũ ab illa transfert ad secundã. Separat igitur in parte, quod conjunctũ erat à Deo. Confirmatur per alteram sententiam Christi, Marc. 10. & Luc. 16. ubi adulterium committere dicitur, qui divortio facto cum uxore aliam ducit. Quod si liceat duas simul habere uxores, in quo consistit crimen adulterii? Non in dimissione, ut patet: Ergo, in eo, quod qui se

28. *Ex novo testamento.*

29. *Per dictum Matth. 19.*

30. *Marc. 10. & Luc. 16.*

totum

[illegible] debebat uxori primæ per fidem datum, rem habere cœpit cum alia, quod idem evenire necesse est, etiamsi prima uxor [illegible] [illegible] Covarr. par. 2 de matr. c. [illegible] §. [illegible] n. [illegible]. Paulus enim 1. Cor. 7. [illegible] [illegible] [illegible] alligari conjuges docet, ut nec vir, nec fœmina sui corporis potestatē
amplius habeat, postquam ejus usum in conjugis arbitrium deposuit. Si
31. [illegible] igitur sui potestatem vir non habet, nequidem ad alteram transferre potest, quod non habet, per vulgatam regulam, & quod semel donatum est, non potest iterum donari. Imò ne prioris quidem fœminæ consensus ad tollendum vitium bigamiæ sufficit, quemadmodum Sara supponit Abrahamo ancillam, & Comitis [illegible] uxor ad eandem admisit [illegible] [illegible] mulierem Sarracenicam, cujus ope liberatus fuerat ex carcere Tur-
32. Cur usus [illegible] [illegible] non tol- lat vitium polygamiæ. carum, quia contractus indissolubilis & perfecta unitas conditionem [illegible] [illegible] non admittit, & ut juri suo quis renuntiare licitè possit, non potest tamen renuntiare juri divino, quo sancitum est, ut duo in carnem unam [illegible] transeant, ut, dicente [illegible], ne fœdare quidem [illegible] possint [illegible], [illegible], ut sui corporis [illegible] [illegible] personas habeant, quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] conjunctum esse. Propterea, ne de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in dubio sit, addit Paulus 1. Cor. 7. Ad vitandā fornicationē [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Unicuiq; quoque fœminæ esto suus proprius maritus, Proprium autem quod ita est, ut possideatur plena potestate, quemadmodum virum dicat Apostolus [illegible] ab uxore, cui addita est viri quasi possessio, aliis communicari
33. Ex 1. Tim 3. non potest. Adde quod ad Episcopatum non admittat idem Apostolus nisi μονογάμον, 1. Tim 3. quia [illegible] cum infamis erat multitudo [illegible] & Episcopum describere volebat, sine macula & reprehensione; [illegible] quod in omni conjugio notet mysterium Christi & Ecclesiæ, ad Ephes. [illegible], & quæ præterea huc afferre solent Theologi.

Polygamiam repugnare juri naturæ.

1. Quam [illegible] [illegible] polygamia [illegible].
2. [illegible] [illegible] Romanorum, [illegible] Paganorum & Mahometis leg[illegible].
3. [illegible] [illegible] Parthos, Mau-ros, Ægyptios, Americanos, Græcos, [illegible].
4. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
5. [illegible] [illegible] jure naturæ [illegible].
6. [illegible] jus naturæ.

7. *Quædam animalia convitium faciunt vagæ hominum libidini & polygamiæ.*
8. *Polygamiam repugnare primo fini conjugii, sc. procreationi sobolis.*
9. *Item secundo, sc. mutuo adjutorio.*
10. *Polygamiam impedire perfectam amicitiam.*
11. *Item repugnare tertio fini, sc. compescentiæ libidinis.*
12. *Nec non quarto, qui consistit in typo Ecclesiæ.*
13. *Adversari etiam naturali Zelotypiæ.*
14. *Quanta sit vis Zelotypiæ.*
15. *Exemplis mulierum confirmatur.*
16. *Quasdam fœminas connivisse voluptatibus virorum.*
17. *Sed eas perquam paucas, cum multò plures amores virorum illicitos crudeliter vindicarint.*
18. *Polygamiam nulla consuetudine potuisse introduci.*

CONstat de lege divina: sequitur ut videamus, quantum repugnet polygamia, juri naturæ, moribus gentium, & commodis tam Reipubl. quam privatarum familiarum. De Iure naturæ variè certant Scholastici, dum durum censent esse, si primi parentes creduntur in jus naturæ deliquisse, imprimis, quando per totum Orientem hæc opinio, de uxorum multitudine ferè vagata legitur, & Occidentem quoq; sic infecerit, ut Tacitus scribat: *Soli ferè Germani singuli singulis uxoribus contenti sunt, præter paucos, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur*, Nam Ariovistum duas habuisse uxores, constat ex Cæs. *lib. 1. belli Gall. in fi.* ubi ait: *Duæ fuerunt Ariovisto uxores, una Sueva natione, quam domo secum adduxerat: altera Norica, regis Voccionis soror, quam in Gallia duxerat à fratre missam.* Imitatus idem in Romana Republ. Cæsar, legem quam Helvius Cinna Trib. pl. se scriptam & paratam habuisse confessus est, ferri jussit, cum ipse abesset, *uti uxores, liberorum quærendorum causa, quas & quot vellet, cuiq; ducere liceat*, *Sueton. in Cæs. c. 52.* idq; in eum finem, ut multiplicata sua conjugia prætextu alicujus legis excusaret, *Id. c. 50. 51. 52.* cum jam Sctum privatum de se edi curasset, ut, quot libuisset, fœminarum matrimonio uteretur. *Dion: li. 44.* Nec enim alio fine Euenus III. Scotorum Rex, lege lata dedit subditis licentiam ducendi uxores plures pro arbitrio, ne solus suæ libidini præter fas & æquum nimiū indulsisse videretur, cum ipse plus quam centum uxores in gynæceo aleret. *Buchan lib. 4. hist. Scot.* Cabades Persarum Rex itidem, cum pertæsus unius uxoris, lascivo impetu raperetur in va-

1. *Polygamia recepta apud multas gentes*

Germanos.

Romanos.

2. *Scotos.*

Persas.

gum libidinem, omnibus subditis communionem mulierum indulsit, *Cedren. in Zen.* quod & Mahometh fecisse putatur eo consilio, ne ætatem cogeretur frustrà deterere cum vetula. Inde enim à tempore Patriarcharum apud Orientales polygamiæ consuetudo invaluerat, prout de Judæis Joseph. *17. antiq: c.1.* & de Persis testatur Strabo. *15. libr. Marcel: libr: 23. Athen: lib: 13. ex Dinonis Persicis.* De Indis *Strab: 15. Solin. c.65. Onesicrit in vit. Alex:* de Parthis *Bardes: de fa. Clem. Alex: 9. Recogn. c.7.* De Cyrenaicis, *Mela lib.1.* De Pæonibus, *Herod in Terps.* De Thracib. *Mela lib 2.* De Iudæis patet ex libris Mosis & Regum *Iustin. in Trypho.* De Mauris & Numidis scribit Salust. *in Iugurth. Singuli Numidæ, & Mauriq; pro opibus quisq; plurimas uxores, denas alij, alij plures habent, sed Reges eò amplius.* De Ægyptiis Diodor. *lib.1. c.3.* quod sacerdotibus quidem unam tantum uxorem indulserint, cæteris verò pro facultate & voluntate plures, & quotquot vellent. Etiam apud Americanos hæc licentia invaluerat, & apud Reges Hispaniolæ, *Mart. 8 dec.3.* quemadmodum in unis Pacri Tyranni ædibus octoginta uxores offenderunt Hispani. *Id. 8. dec.2.* Dionysius quoq; Syracusarum Rex duas habuisse uxores legitur, *Ælian. lib.13. Var. c. 10.* & Cecrops morem vagarum libidinū apud ipsos Athenienses correxit, unde διφυής Athenæo, Biformis Iustino dicitur, quod duos tantum in unum conjugium coalescere vellet. Nec tamen tam strictè id observatum fuit in Republ. Atheniensium, quin cives, exhausto numero civitatis, cogerentur matrimonia duplicare, quemadmodum Socrates, Euripides & permulti alii ea lege familiam geminatis mulieribus onerarunt. *Laert. in Socrat. Gell. lib.15. c.20. Alex. ab Alex. 1. dier. Genial. c.34.*

Judæos, Ægypt: Indos, Græcos, Americ. &c.

4. *Pellicatus Romanor.*

Sed ut ad Romanos redeamus, etiamsi edicto prætoris infamis esset, qui duas duxisset uxores, *l.1. de hu qui notant. infam.* & Valentiniani senioris lex, qua bigamiam suam stabilire, & subditis quoq; licentiam parē indulgere volebat, *Niceph. libr. 11. c.33. Socrat. lib.8. c.11. Dracon. lib.11.* sua iniquitate, suffocata & extincta fuerit: tamen à pellicatu non abstinuerunt. Nec solus Nero, sed & Augustus, & Ælius Verus, & ante eos Cato & Scipio Africanus impunè cum pellicibus rem habuerunt, quemadmodum ex universa historia constat. Absit verò jus gentium, vel naturæ æstimemus potius ex corruptis moribus, quam ex principiis, animis hominum universim innatis, & hinc inferamus *cum Durand. 4. dist. 33. q. 1. Cajet. & quibusdam alijs,* polygamiam jure naturæ licitam esse. Sæpe enim fit, ut, *dicente Plauto,* mores redigant in potestatem suam non solum leges civiles, sed

5. *An polygamia jure naturæ licita.*

sed & eas, quæ ex ipsa naturæ luce ultrò erumpunt. Duplex enim jus naturæ constituunt Thom: *4. sen: dist.33. q. 1.* & qui cum eo sentiunt, alterū, ex ipsis naturā notis principiis, alterum ex conclusionibus inde deductis, quod Covarr. *part. 2. de matr. c. 7. § 3. n. 1.* vocat jus *quasi Naturale*, Philipp. *in Eth.* jus naturæ *Mutabile*, & hinc prodire censent polygamiam, quia absolute turpe & naturæ contrariū non est, multas haberi uxores, perinde ut naturæ repugnat, multos haberi maritos, *August. li. 1. de nupt: & concub. c. 9. lib. 3. doctr. Christ. c. 12. lib. de bon. conj. c. 7.* nec tamen ex naturæ principiis eductæ rationes id permittunt. *Vide Cæsarem Costam lib. 3. Ambiguit. jur. c. 3. Menoch. arb. jud. cas. 420. n. 88.* Sicut enim cædem naturaliter abhorremus, *ait Bonavent. 4. dist. 33. q. 1.* ita confusionem quoq; & multitudinem mulierum innato quodam odio detestamur, præcipue cum in hac re à multis brutorum animalium libidinem nostram corrigi sentiamus. Noti enim sunt omnibus columbarum amores, & matrimonia, quæ tanta fide servant, ut si quando adulterii suspitio incidit, *tum ira, tum crebri rostrorū ictus, & gutturum querulæ voces: mox in satisfactione*, inquit Plinius, *exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio.* Par pari gaudent, communemq; domum servant, nec eam nisi cœlebs & vidua relinquit. Cornicum etiam major pudicitia, & fidei retinentior animus, quæ, marito mortuo, defunctum lugent, & totam vitā, quæ novem ætatibus durare dicitur, viduam transigunt. Et quæ præterea in hanc rem eleganter disserit Connan. *libr. 1. Comment: c. 4. n. 5.* quæ licet jus inter bestias non procudant, principia tamen, ad honestatem ab hominibus deducenda aperiunt.

6. *Duplex jus naturæ.*

7. *Quædā animalia fugiūt multitudinē famellarum.*

Porrò ex finib. quos natura præfixit matrimoniis, idem jus deducitur à Montec. *2. Polit. c. 4. in princ.* Bellarm. *lib. 1. de sacr. matr. c. 10.* Ne autem fines matrimonii in nimis exiles minutias *cum Montecat.* dividamus, tres supra explicatos repetimus: Generationem & educationem liberorum, mutuum adjutorium, & compescentiam libidinis, & omnibus his ostendimus polygamiam repugnare. Quanquā n. copiosior soboles expectatur ex pluribus uxoribus, in familiis privatis: tamen tota Respubl. pauciores inde cives nanciscetur, quia dubium non est, quin sæpius procreaturæ sint fœminæ, si singulæ copulentur singulis, quam si denæ vel plures cogantur ab uno pendere marito. Præterea virtus viri finita & à natura ad certum terminum contracta, quo pluribus cogitur satisfacere, eò promtius evanescet, & citius generare desinet. Ubi verò non

8. *Polygamiam repugnare primo fini matrimonii.*

ſolum generationem, ſed & educationem liberorum reſpicimus, polygamia hoc fine prorſus evertitur. Propterea enim appetimus generare, ut in ſtatione noſtra cultores Dei, & membra Reipubl. imaginem noſtram gerentia relinquamus, à quibus in ſenectute non tantùm ſolatium, ſed & ſuſtentationis, ſi opus ſit, præmiũ expectare habeamus, quod quia obtinere non licet, niſi probè educatis liberis, non minori cura in educationem, quam procreationem incumbendum eſt. Quotus verò quiſq; eſt, qui tot liberis, quot ex denis vel pluribus matrimoniis tolli poſſunt, probè educandis ſufficiat, ſive curam domeſticam ſingulis impendendam, ſive opes, tanquam nervos rerum gerendarum relinquendas, reſpicere velis?

9. *Nec non ſecundo.* Alterũ finẽ collocat Moſes in Adjutorio, quẽ ex naturæ intentione deducit Ariſt. *8. Eth. c. 12.* quando ait: Ἀνδρὶ δὲ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν, & in quonam conſiſtat illa amicitia ſubjiciens, ait: *Aliis quidẽ animalibus eatenus communicatio eſt. At homines non ſobolis procreandæ cauſa tantùm ſimul habitant, ſed rerum etiam, quæ ad vitam ſpectant. Continuò enim officia diviſa ſunt, aliaq; ſunt viri & uxoris. Sibi ergò mutuo opitulantur, in commune* τιθέντες τὰ ἴδια. *Atq; ob id & utilitas & jucunditas eſſe in hac amicitia videtur.* Neutrum horũ ſperandum ex polygamia, quæ nec operas mariti facilitat, nec micam ullam voluptatis affert, cum amicitiam prorſus diſſolvat. Perfecta enim amicitia, ἡ τελεία φιλία, non patitur rivales, ſed ſocii impatiens eſt, ubi ad ſummum pervenit.

10. *In polygamia nulla perfecta amicitia.* Sive enim Damonis & Pithiæ, ſive Niſi & Euryali, ſive alias conſiderare velis perfectas amicitias, nunquam plures in commercium adoptatos præter duos invenies, ob rationes, quas aſſignat Ariſt. *8. Eth. c. 6.* Qui poſſit igitur in tanta multitudine mulierum, ſuus cuiq; amor conſtare? Addit Ariſt: permoleſtam eſſe amicitiam, quæ cum multis contrahitur, dum ſingulis momentis aliquem ex tot amicis ludos facit fortuna. Toties autem tangit amantem infortunium, quoties tangit amicum, quia amicorum ſive bona ſive mala ſunt communia. Vbi verò exulat amicitia, ibi ſuccedunt odia, rixæ & æmulationes, quemadmodum in multitudine uxorum ſive pellicum neceſſariò accidere experientia docet, & paulò poſt prolixius deducemus. Qui enim, ut ſeipſum, amare poteſt primam conjugem, qui, quam ſuperinducit, plùs amare præſumitur.

Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors. Horat. 1. Epiſt. 14.

Nulla igitur amicitia, nulla voluptas ſperanda ex multitudine, ſive uxorũ ſive pellicum, ſed nec laborum levamen, quia diſcordes boves nihil promovent.

movent, & quod multis curandum est, infectum plerunque relinquitur, dum vel ab altero id curatum iri quisq; sperat, *ut ait Arist. 2. Polit. c. 2. & 3.* vel suam quoq; partem corrumpi patitur, dum invidet alienæ. *l. 2. C. quando & quib. quart: pars det. ex bon. Dec.* Præterea adjumentum præstat uxor viro, non ut serva, sed ut socia & Domina, ut paulò post ostendemus. Plurium verò dominia se invicem impediunt, & per seditiones solent rerum summam ut plurimùm deducere ad interitum.

Tertium finem post sacras literas aperit ipsa honestas, & ex natura educta virtus, quia cum vagas olim rudis populus sequeretur libidines, & rationis scintillulæ è tenebris per doctrinam excitari & eluctari inciperent, tum, inquit Lucretius *11. Polyg. repugnare etiam tertio fini.*

Mulier conjuncta viro concessit in unum,
Castaq; privata Veneris connubia læta
Cognita sunt, prolemq; ex se videre creatam.

Huic verò tertio fini multitudo uxorum prorsus & è diametro adversatur; quod nemo nervosius & melius docere potuit, quam Apostolus ipse 1. *Cor.* 7. quando ait: *Vitandæ fornicationis gratia quisq; suam uxorem, & suum quæq; maritum habeat.* Ubi enim unus sufficit, quorsum opus est pluribus? Quomodo verò unus vir tot mulierum decadibus, ad compescendam libidinem, satisfaciet? quando sæpe plures non sufficiunt uni, quemadmodum illa

Delassata quidem, sed non satiata recessit.

Et sane nimis iniqua esset conditio miserarum mulierum, si illigarentur unius viri arbitrio, viro verò liberè vagari liceret per totum gynæceum, & ut Turcarum Imperator facere consuevit, sudariolum injicere, cui velit, quandoquidem par debeat esse ratio contrahentium, & vir non magis, quam mulier, sui habere potestatem dicatur Apostolo. Quod si adjeceris typum, quem gerit conjugium, Christi & Ecclesiæ, *ex Eph. 5.* ut prolixè disputat Hieron. *contr. Iovin.* nullo modo tolerari potest polygamia, nisi & Ecclesiam, *ut ait Hieron.* velimus scindere in conventicula. Propterea, licet potuisset Deus, & id multiplicationi generis humani maximè profuturum videretur, tamen ad repræsentandum mysterium, & indicandam conformitatem naturæ, noluit creare à principio, nisi masculum & fæminam, eosq; in perfectam unire societatem, quam mortales posteri, tanquam prototypum, imitari deberent. *12. Nec non Quarto.*

Præterea sicut Arist. 2. *Polit. c. 3.* naturæ adversam esse communionem

uxorum, liberorum, & bonorum, evincit ex eo, quod natura inseverit omnibus storgas quasdam erga suos, & studium conservandi propria: ita polygamiam repugnare naturæ, simili argumento demonstratur, ex Zelo, sive amore erga propriam uxorem & uxorum erga maritos. Nam si plures in hac societate voluisset natura congregatos, non indidisset cuique hunc affectum, quo uxores non patimur ab altero tangi sine invidia, nec mulieres maritos alienis implicari amoribus æquo unquã ferunt animo. Ita enim a natura educti sumus, tam viri, quam mulieres, ut omnia quidem inter nos communia habere velimus, exceptis uxoribus & maritis, cum hi sibi invicem sint ligti, se sibi totos debeant sine exceptione. Herodes uxorem secum vivam sepeliri voluit, ne quis ejus pulcritudine post se frueretur. *Ioseph. 15. Antiq. c. 4. & 11.* Lepidus ex mœrore animi mortuus est, cum incidisset in literas, ex quibus suspitionem de adulterio uxoris traxerat. *Plut. in Pomp.* Hungarus quidam gladio transadegit formosam uxorẽ, ne in manus hostiũ incideret. *Nicet. 4. Annal.* Hieronym. *in Amos c 7. libentius virum audire uxorem interfici, quam pollui,* scribit, & JCti, *in l. Lucius 18. §. matre. de leg. II. modestius ferri natorum mortem, quam uxoris adulterium censent. Ioh. Fab. in §. sciendum. Inst. de donat. Lucas de Pen. in l. 1. C. publ. læt. Iaf. in l. transig. not. 2. C. de transact. Ioh. Lup. in rubr: de donat. int. vir. & uxor.* Cotys rex Thraciæ, uxorem ex Zelotypia, suis ipsius manibus, a pudendo incipiens, mediam dissecuit. *Athen. lib. 12. c. 14. Suid. in Cot.* Mulieres verò eò impatientiores sunt consortium, quo plus affectibus naturalibus indulgent, adeò ut earum Zelotypiam furori Leonino rectè comparaverit Ovid. *2. de art. amandi.* Ecquid describi potuisset vel à Virgilio, super Didonis, *4. Æneid.* vel ab Ovidio, super Prognes, *6. Metam.* vel à Seneca super Clytemnestræ, *In Electr. & Agam.* Zelotyparum mulierum insaniam & furores? Quam incensam, quod minitatus erat, *Act. 5. Phor. scen. 8.* Nausistratam dederit Phormio, cum insperato nuntio obductam sibi à Chremete marito Lemniam pellicem detexisset, brevibus referri nequit. *Act. 5. scen. ult.* Ipse Chremes id sibi præsagiebat: *Act. 4. sc. 1.*

13. *Naturali Zelotypia adversari polygamiam.*

14. *Vis Zelotypiæ.*

Vereorq; ne uxor aliquà hoc resciscat mea,
Quod si fit, uti me excutiam, atq; egrediar domo,
Id restat. Nam ego meorum solus sum meus.

15. *Exempla mulierum Zelotyparum.*

Durius Olympias Philippi uxor, Alexandri M. mater, in ipsum maritum subornasse stupro incensum Pausaniam creditur, & multis conjecturis, vero

vero non absimilibus demonstrat Iustin. *lib. 9.* Thebe, præter causas à Plutarcho relatas, *in vit. Pelop. ad fin.* etiam pellicatum viri sui, Alexandri Pheræorum Tyranni, parricidio ejusdem vindicare voluit. *Cic. 2. off. Valer. lib. 9. c. 14.* Lemniæ mulieres maritos ad unum omnes trucidarunt, quod eos in captivarum amorem propensiores, quam fas esset, cernerent. *Apollon lib. 1. Argon. Stat. lib. 1. Thebaid.* Demetrio Antigoni filio Arsinoë uxor sicarium subornavit, quod cum Berenice socru stupri consuetudinem habuisset. *Iustin. lib. 26.* Demetrius Nicanor pari scelere exceptus fuit à Cleopatra uxore propter amorem Rhodogunæ, Phraatis regis sororis. *Appian. in Syr.* VVierus narrat *lib. 2. de præstig. Dæm. c. 50.* quomodo multæ mulieres maritis ob Zelotypiam Arsenicum propinarint, præsentaneumq; supplicium adire maluerint, quam invidiosis amoribus eos implicitos ferre. *Sylv: nupt: libr. 1. n 30. & seqq.* Et quis posset furiosas mulierum machinationes à Zelotypia excitatas omnes enarrare, quibus vel maritis, vel pellicibus, vel sibipsis exitium, totis verò familijs perpetuum infortunium attraxerunt. Est enim *Impatiens consortis amor*, & miraculi instar narrat Valer. *lib. 6 c. 7.* quod *Æmilia Africani prioris uxor mater Corneliæ Gracchorum, tantæ fuerit comitatis & patientiæ, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit, ne domitorem Orbis Africani fæmina, impudicitiæ reum ageret, tantumq; à vindicta mens eius absfuit, ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.* Ejus exemplo Livia non tantum connivebat voluptatibus Augusti, sed ijsdem fomitem suppeditabat, conquisitis undiq; pulcris & intaminatis puellis: & jam ante Stratonica uxor Dejotaro suaserat, ut Electram pro concubina sibi jungeret. *Plut. de Clar. mulier.* Cannibalum fæminas non minus studiosas esse, ut alliciant viros ad pellicum consuetudinem, quam nostræ sint ad prohibendum, testantur historiæ Indicæ, *d' autant, que c'est tesmoignage de la vertù du mary*, ut ait Mich de Mont: *livr: 1. des Ess. ch. 30.* Verum raræ hodie sunt, quæ æquo animo sibi patiantur æmulas obtrudi, ac non potius unguibus & manibus, si aliter non sit copia, in capillos, in faciem, in os denique obductæ involent, quemadmodum Amestris, Xerxis uxor, licet Persarum Reges jam ab infinita memoria plures admisissent uxores, per vices cubantes, *Herod li. 3.* Masistin, fratris Xerxis uxorem crudeliter, naso & aurib. multavit, quod Xerxes ejus filiæ Artayntæ amoribus implicitus videretur. *Herod. li. 9.* Mulieres Thessalę Laidē formosā meretricē ligneis testudinibus

16. *Quasdam fæminas conniviisse virorum pellicatui.*

17. *Sed easpaucas.*

in

in templo Veneris confoderunt, quod à Pausania Thessalo amaretur, ne eodem amore cæteros abriperet viros, veritæ. *Athen. lib. 13. c. 20.* Polyxena Tlepolemi uxor infelicem Helenam, cum in Rhodum aufugeret, ab Orestis filiis post mortem Menelai quæsita, de arbore suspendit, ne maritum suis amoribus inescaret. *Pausan. lib. 3. in Lacon.* Dirce, Antiopen puellam, quam suspicabatur à Lyco viro suo rege Thebanorum amari, collo bovis alligatam per omnia præcipitia egit, *Apoll. Rhod. lib. 1. Argon.* quanquam alii Antiopen quidem à Dirce in carcerem conjectam, sed inde elapsam per filios tale fatum Dirce procurasse scribant. *Jul. Hygin. c. 6. Tabul. ex li. 3. Eleg. 14. Propert.* Cum igitur instinctu quodam naturali suum vas sibi quisque soli reservatum cupiat, patet polygamiam naturæ prorsus adversari, & proinde malè decisum esse à Thoma *4. sent. dist. 33. q. 1.* quod consuetudine induci potuerit justa, plures ducendi uxores licentia, quia contra jus naturæ, etiam secundarium, nulla consuetudo, quantum latè diuq; dominetur, allegari potest.

18. *Consuetudine non potuit polygamia introduci.*

SECT. 4.

Polygamia quot secum trahat incommoda.

1. *Polygamiam scatere litibus, & rixosis æmulationibus.*
2. *Exemplo polygamiæ patrum.*
3. *Easq; lites inde prodire per se, non per accidens.*
4. *Amorem esse impatientem consortii.*
5. *Iustam esse iram uxorum contra pellices.*
6. *Non posse in polygamia omnibus satisfieri.*
7. *Quam multas uxores multi duxerint.*
8. *Quare mulieri utero gerenti non decrescat cupido, ut animantibus brutis.*
9. *Mulieres verbis non satiantur.*
10. *Contractus nuptialis quod debitum exigat.*
11. *Difficulter satiatur appetitus muliebris.*
12. *Concubitus concessus non tantum ad conceptum, sed & ad restinguendam libidinem.*
13. *Stultè & contra finem conjugii faciunt, qui in conjugio continentium perpetuam vovent.*
14. *Ex sterilitate unius uxoris & fæcunditate alterius nascitur nova seges litium.*
15. *Ad vitandas lites, veteres coacti fuerunt domicilia uxorum dividere.*
16. *Polygamiam tollere fixum conjugum amorem, sine quo conjugium stare nequit.*

Con-

17. *Contentiones & caedes liberorum ex polygamia.*
18. *Probantur exemplis Ottomannicorum Imperatorum.*
19. *Praecipuè, si spurius praeripit haereditatem legitimis.*
20. *In polygamia concurrere infinitas molestias.*
21. *Quot gentes polygamiam abhorruerint.*
22. *Caroli M. factum excusatur.*
23. *Bigamus de jure civili infamis.*
24. *Caroli V. poena capitalis in bigamos.*
25. *Romani ne concubinas quidem duas, aut concubinam cum uxore habere permittebant.*
26. *Quia concubina diligebatur pleno amore, & imitabatur matremfamilias.*

COnsequens est, ut videamus de incommodis, quae polygamia inducit tam in familias, quam in totam Rempubl. Nam ubi Zelotypia animos cohabitantium transversim agit, & suspitio amicitiae faedus divellit, quid ibi expectes praeter odia, dissidia, rixas, & in apertá ruinam desituras insidias? Documento nobis sint Sanctorum patrum matrimonia. Non prius enim conscenderat lectum Heri Agar, quam Zelotypia Sarae sese exerere ceperat, cum ancilla insolesceret, & sterilem heram prae se contemtim haberet, *Gen. 16.* donec, accedente Ismaelis insolentia, foras ejiceretur, ne quà ad haereditatem una cum Isaaco aspiraret. *Gen. 21.* Augetur enim ignominia, quando non justa aliqua uxor, sed pellex intercipit, quod uxorem capere oportebat, & metus incumbit suspitiosis animis, ne qua illegitimè quaesitus legitimo haeredi vel par reddatur, vel superior. Quod si Leam & Rachelem sorores, neq; pietas, neq; autoritas communis mariti, neq; cognationis faedus ab invidia & aemulationibus pravis, quas vana excusare distinctione frustrà laborat Lyra in c. 30. Gen. arcere valuit, quid superest praesumendum de Anna & Phennena, 1. Sam. 1. nec non de aliis, pietate & animi constantia non satis dotatis mulieribus, quas reverentia quidem nulla, nullus stabilis amor inter se devincit, sed infinitae discordiarum causae quotidiè distrahunt. Nihil est, quod fratrum quoq; nurus & socrus dissidia objicit Ochinus, quae non ex natura rei, sed pravitate Caini & Esavi, seu ex malitia eorum, qui intempestivas lites sine causa quaerunt, oriuntur. Polygamia verò ita habet innexa irarum & discordiarum semina, ut quantumvis sedulò extincta, clanculum tamen renascantur, & in funestum totius familiae incendium non raro exardescant. Nam

1. *Polygamiam scatere litibus.* 2. 3. *Et quidem per se.*

[illegible] debebat uxori primæ per fidem datam, tam habere coepit cum altera, quod idem evenire necesse est, etiamsi prima uxor [illegible] retineatur. *[illegible]* Paulus enim *1. Cor. 7.* [illegible] [illegible] conjuges docet, ut nec vir, nec fœmina sui corporis potestatem amplius habeat, postquam ejus usum in conjugis arbitrium deposuit. Si

31. *1. Cor. 7.* igitur [illegible] potestatem vir non habet, ne quidem *ad alteram transferre potest, quod non habet, per vulgatam regulam. Et quod semel donatum est, non potest iterum donari.* Imo ne prioris quidem fœminæ consensus ad tollendum vitium bigamiæ sufficit, quemadmodum Sara supposuit Abrahamo ancillam, & [illegible] uxor ad eundem admisit [illegible] mulierem Sarracenicam, cujus ope liberatus fuerat ex carcere Tur-

32. *[illegible]* carum, quia contractus indissolubilis & perfectæ unitas conditionem talem non admittit, & ut juri suo quis renunciare licite possit, non potest tamen renunciare juri divino, quo sancitum est, ut duo in carnem unam [illegible], ut, [illegible] quidem [illegible], [illegible], ut [illegible] personas habeat, quod cum [illegible] [illegible]. Propterea, [illegible] 1. Cor. 7. [illegible] fornicationes [illegible]. Unicuique [illegible] proprium maritum. Proprium autem quod ita est, ut possideatur plena potestate, quemadmodum virum dicit Apostolus

33. *Ex 1. Tim 3.* [illegible] ab uxore, cui tradita est viri quasi possessio, aliis communicari non potest. Adde quod ad Episcopatum non admittat idem Apostolus, nisi *μονογάμους, 1. Tim. 3.* quia [illegible] erat multitudo [illegible] & Episcopum describere volebat, sine macula & reprehensione: item quod in unitate conjugii notet mysterium Christi & Ecclesiæ, *ad Ephes. 5.* & quæ præterea huc afferre solent Theologi.

Polygamiam repugnare juri naturæ.

1. *Quam multis gentibus polygamia [illegible].*
2. *[illegible], Romanorum, [illegible] & Mahometis [illegible].*
3. *Item Indis, Indiæ, Parthis, [illegible], [illegible], Americanis, [illegible].*
4. *[illegible]*
5. *[illegible] polygamia [illegible] naturali [illegible].*
6. *[illegible] juri naturæ.*

7. *Quædam animalia convitium faciunt vagæ hominum libidini & polygamiæ.*
8. *Polygamiam repugnare primo fini conjugii, sc. procreationi sobolis.*
9. *Item secundo, sc. mutuo adjutorio.*
10. *Polygamiam impedire perfectam amicitiam.*
11. *Item repugnare tertio fini, sc. compescentiæ libidinis.*
12. *Nec non quarto, qui consistit in typo Ecclesiæ.*
13. *Adversari etiam naturali Zelotypiæ.*
14. *Quanta sit vis Zelotypiæ.*
15. *Exemplis mulierum confirmatur.*
16. *Quasdam fœminas connivisse voluptatibus virorum.*
17. *Sed eas perquam paucas, cum multò plures amores virorum illicitos crudeliter vindicarint.*
18. *Polygamiam nulla consuetudine potuisse introduci.*

COnstat de lege divina: sequitur ut videamus, quantum repugnet polygamia, juri naturæ, moribus gentium, & commodis tam Reipubl. quam privatarum familiarum. De Iure naturæ variè certant Scholastici, dum durum censent esse, si primi parentes creduntur in jus naturæ deliquisse, imprimis, quando per totum Orientem hæc opinio, de uxorum multitudine ferè vagata legitur, & Occidentem quoq; sic infecerit, ut Tacitus scribat: *Soli ferè Germani singuli singulis uxoribus contenti sunt, præter paucos, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur*, Nam Ariovistum duas habuisse uxores, constat ex Cæs. *lib. 1. belli Gall. in fi.* ubi ait: *Duæ fuerunt Ariovisto uxores, una Sueva natione, quam domo secum adduxerat: altera Norica, regis Voccionis soror, quam in Gallia duxerat à fratre missam.* Imitatus idem in Romana Republ. Cæsar, legem quam Helvius Cinna Trib. pl. se scriptam & paratam habuisse confessus est, ferri jussit, cum ipse abesset, *uti uxores, liberorum quærendorum causa, quas & quot vellet, cuiq; ducere liceat*, *Sueton. in Cæs. c. 52.* idq; in eum finem, ut multiplicata sua conjugia prætextu alicujus legis excusaret, *Id. c. 50. 51. 52.* cum jam Sctum privatum de se edi curasset, ut, quot libuisset, fæminarum matrimonio uteretur. *Dion. li. 44.* Nec enim alio fine Euenus III. Scotorum Rex, lege lata dedit subditis licentiam ducendi uxores plures pro arbitrio, ne solus suæ libidini præter fas & æquum nimiū indulsisse videretur, cum ipse plus quam centum uxores in gynæceo aleret. *Buchan lib. 4. hist. Scot.* Cabades Persarum Rex itidem, cum pertæsus unius uxoris, lascivo impetu raperetur in va-

[Margin notes: 1. *Polygamia recepta apud multas gentes* — *Germanos.* — *Romanos.* — 2. *Scotos.* — *Persas.*]

gam libidinem, omnibus subditis communionem mulierum indulsit, *Cedren. in Zen.* quod & Mahometh fecisse putatur eo consilio, ne ætatem cogeretur frustrà deterere cum vetula. Inde enim à tempore Patriarcharum apud Orientales polygamiæ consuetudo invaluerat, prout de Judæis Joseph. *17. antiq: c.1.* & de Persis testatur Strabo. *15. libr. Marcel: libr: 23. Athen: lib: 13. ex Dinonis Persicis.* De Indis *Strab: 15. Solin. c.65. Onesicrit in vit. Alex:* de Parthis *Bardes: de fa. Clem. Alex: 9. Recogn. c.7.* De Cyrenaicis, *Mela lib.1.* De Pæonibus, *Herod in Terps.* De Thracib. *Mela lib 2.* De Iudæis patet ex libris Mosis & Regum *Iustin. in Trypho.* De Mauris & Numidis scribit Salust. *in Iugurth. Singuli Numidæ, & Mauriq; pro opibus quisq; plurimas uxores, denas alij, alij plures habent, sed Reges eò amplius.* De Ægyptiis Diodor. *lib.1. c 3.* quod sacerdotibus quidem unam tantum uxorem indulserint, cæteris verò pro facultate & voluntate plures, & quotquot vellent. Etiam apud Americanos hæc licentia invaluerat, & apud Reges Hispaniolæ, *Mart.8 dec.3.* quemadmodum in unis Pacri Tyranni ædibus octoginta uxores offenderunt Hispani. *Id. 8. dec.2.* Dionysius quoq; Syracusarum Rex duas habuisse uxores legitur, *Ælian. lib.13. Var. c. 10.* & Cecrops morem vagarum libidinū apud ipsos Athenienses correxit, unde διφυὴς Athenæo, Biformis Iustino dicitur, quod duos tantum in unum conjugium coalescere vellet. Nec tamen tam strictè id observatum fuit in Republ. Atheniensium, quin cives, exhausto numero civitatis, cogerentur matrimonia duplicare, quemadmodum Socrates, Euripides & permulti alii ea lege familiam geminatis mulieribus onerarunt. *Laert. in Socrat. Gell. lib.15. c.20. Alex. ab Alex. 1. dier. Genial. c.34.*

Judæos, Ægypt: Indos, Græcos, American. &c.

4. *Pellicatus Romanor.*

Sed ut ad Romanos redeamus, etiamsi edicto prætoris infamis esset, qui duas duxisset uxores, *l.1. de his qui notant. infam.* & Valentiniani senioris lex, qua bigamiam suam stabilire, & subditis quoq; licentiam parē indulgere volebat, *Niceph. libr. 11. c.33. Socrat. lib.8. c.11. Dracon. lib.11.* sua iniquitate, suffocata & extincta fuerit: tamen à pellicatu non abstinuerunt. Nec solus Nero, sed & Augustus, & Ælius Verus, & ante eos Cato & Scipio Africanus impunè cum pellicibus rem habuerunt, quemadmodum ex universa historia constat. Absit verò Jus gentium, vel naturæ æstimemus potius ex corruptis moribus, quam ex principiis, animis hominum universim innatis, & hinc inferamus *cum Durand. 4. dist. 33. q. 1. Cajet. & quibusdam alijs,* polygamiam jure naturæ licitam esse. Sæpe enim fit, ut, *dicitur à Plauto,* mores redigant in potestatem suam non solum leges civiles, sed

5. *An polygamia jure naturæ licita.*

sed & eas, quæ ex ipsa naturæ luce ultrò erumpunt. Duplex enim jus naturæ constituunt Thom: *4. sen: dist. 33. q. 1.* & qui cum eo sentiunt, alterũ, ex ipsis natura notis principiis, alterum ex conclusionibus inde deductis, quod Covarr. *part. 2. de matr. c. 7. § 3. n. 1.* vocat jus *quasi Naturale*, Philipp. *in Eth.* jus naturæ *Mutabile*, & hinc prodire censent polygamiam, quia absolute turpe & naturæ contrariũ non est, multas haberi uxores, perinde ut naturæ repugnat, multos haberi maritos, *August. li. 1. de nupt: & concub. c. 9. lib. 3. doctr. Christ. c. 12. lib. de bon. conj. c. 7.* nec tamen ex naturæ principiis eductæ rationes id permittunt. *Vide Cæsarem Costam lib. 3. Ambiguit. jur. c. 3. Menoch. arb. jud. cas. 420. n. 88.* Sicut enim cædem naturaliter abhorremus, *ait Bonavent. 4. dist. 33. q. 1.* ita confusionem quoq; & multitudinem mulierum innato quodam odio detestamur, præcipuè cum in hac re à multis brutorum animalium libidinem nostram corrigi sentiamus. Noti enim sunt omnibus columbarum amores, & matrimonia, quæ tanta fide servant, ut si quando adulterii suspitio incidit, *tum ira, tum crebri rostrorũ ictus, & gutturum querulæ voces: mox in satisfactione*, inquit Plinius, *exosculatio, & circa Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio.* Par pari gaudent, communemq; domum servant, nec eam nisi cœlebs & vidua relinquit. Cornicum etiam major pudicitia, & fidei retinentior animus, quæ, marito mortuo, defunctum lugent, & totam vitã, quæ novem ætatibus durare dicitur, viduam transigunt. Et quæ præterea in hanc rem eleganter disserit Connan. *libr. 1. Comment: c. 4. n. 5.* quæ licet jus inter bestias non procudant, principia tamen, ad honestatem ab hominibus deducenda aperiunt.

6. *Duplex jus naturæ.*

7. *Quadã animalia fugiũt multitudinẽ fæmellarum.*

Porrò ex finib. quos natura præfixit matrimoniis, idem jus deducitur à Montec. *2. Polit. c. 4. in princ.* Bellarm. *lib. 1. de sacr. matr. c. 10.* Ne autem fines matrimonii in nimis exiles minutias *cum Montecat.* dividamus, tres supra explicatos repetimus: Generationem & educationem liberorum, mutuum adjutorium, & compescentiam libidinis, & omnibus his ostendimus polygamiam repugnare. Quanquã n. copiosior soboles expectatur ex pluribus uxoribus, in familiis privatis: tamen tota Respubl. paucióres inde cives nancisicetur, quia dubium non est, quin sæpius procreaturæ sint fæminæ, si singulæ copulentur singulis, quam si denæ vel plures cogantur ab uno pendere marito. Præterea virtus viri finita & à natura ad certum terminum contracta, quo pluribus cogitur satisfacere, eò promtius evanescet, & citius generare desinet. Ubi verò non

8. *Polygamiam repugnare primo fini matrimonii.*

ſolum generationem, ſed & educationem liberorum reſpicimus, polygamia hoc fine prorſus evertitur. Propterea enim appetimus generare, ut in ſtatione noſtra cultores Dei, & membra Reipubl. imaginem noſtram gerentia relinquamus, à quibus in ſenectute non tantùm ſolatium, ſed & ſuſtentationis, ſi opus ſit, præmiū expectare habeamus, quod quia obtinere non licet, niſi probè educatis liberis, non minori cura in educationem, quam procreationem incumbendum eſt. Quotus verò quiſq; eſt, qui tot liberis, quot ex denis vel pluribus matrimoniis tolli poſſunt, probè educandis ſufficiat, ſive curam domeſticam ſingulis impendendam, ſive opes, tanquam nervos rerum gerendarum relinquendas, reſpicere velis?

9. *Nec non ſecundo.* Alterū finē collocat Moſes in Adjutorio, quē ex naturæ intentione deducit Ariſt. *8. Eth. c. 12.* quando ait: Ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν, & in quonam conſiſtat illa amicitia ſubjiciens, ait: *Aliis quidē animalibus eatenus communicatio eſt. At homines non ſobolis procreandæ cauſa tantùm ſimul habitant, ſed rerum etiam, quæ ad vitam ſpectant. Continuò enim officia diviſa ſunt, aliaq; ſunt viri & uxoris. Sibi ergò mutuo opitulantur, in commune* θέντες τὰ ἴδια. *Atq; ob id & utilitas & jucunditas eſſe in hac amicitia videtur.* Neutrum horū ſperandum ex polygamia, quæ nec operas mariti facilitat, nec micam ullam voluptatis affert, cum amicitiam prorſus diſſolvat. Perfecta enim amicitia, ἡ τελεία φιλία, non patitur rivales, ſed ſocii impatiens eſt, ubi ad ſummum pervenit.

10. *In polygamia nulla perfecta amicitia.* Sive enim Damonis & Pithiæ, ſive Niſi & Euryali, ſive alias conſiderare velis perfectas amicitias, nunquam plures in commercium adoptatos præter duos invenies, ob rationes, quas aſſignat Ariſt. *8. Eth. c. 6.* Qui poſſit igitur in tanta multitudine mulierum, ſuus cuiq; amor conſtare? Addit Ariſt: permoleſtam eſſe amicitiam, quæ cum multis contrahitur, dum ſingulis momentis aliquem ex tot amicis ludos facit fortuna. Toties autem tangit amantem infortunium, quoties tangit amicum, quia amicorum ſive bona ſive mala ſunt communia. Vbi verò exulat amicitia, ibi ſuccedunt odia, rixæ & æmulationes, quemadmodum in multitudine uxorum ſive pellicum neceſſariò accidere experientia docet, & paulò poſt prolixius deducemus. Qui enim, ut ſeipſum, amare poteſt primam conjugem, qui, quam ſuperinducit, plus amare præſumitur.

Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors. Horat. 2. Epiſt. 14.

Nulla igitur amicitia, nulla voluptas ſperanda ex multitudine, ſive uxorū ſive pellicum, ſed nec laborum levamen, quia diſcordes boves nihil promovent.

movent, & quod multis curandum est, infectum plerunque relinquitur, dum vel ab altero id curatum iri quisq; sperat, *ut ait Arist. 2. Polit. c. 2. & 3.* vel suam quoq; partem corrumpi patitur, dum invidet alienæ. *l. 2. C. quando & quib. quart: pars det. ex bon. Dec.* Præterea adjumentum præstat uxor viro, non ut serva, sed ut socia & Domina, ut paulò post ostendemus. Plurium verò dominia se invicem impediunt, & per seditiones solent rerum summam ut plurimùm deducere ad interitum.

Tertium finem post sacras literas aperit ipsa honestas, & ex natura educta virtus, quia cum vagas olim rudis populus sequeretur libidines, & rationis scintillulæ è tenebris per doctrinam excitari & eluctari inciperent, tum, inquit Lucretius 11. *Polyg. repugnare etiam tertio fini.*

Mulier conjuncta viro concessit in unum,
Castaq; privata Veneris connubia læta
Cognita sunt, prolemq; ex se videre creatam.

Huic verò tertio fini multitudo uxorum prorsus & è diametro adversatur; quod nemo nervosius & melius docere potuit, quam Apostolus ipse 1. *Cor.* 7. quando ait: *Vitandæ fornicationis gratia quisq; suam uxorem, & suum quæq; maritum habeat.* Ubi enim unus sufficit, quorsum opus est pluribus? Quomodo verò unus vir tot mulierum decadibus, ad compescendam libidinem, satisfaciet? quando sæpe plures non sufficiunt uni, quemadmodum illa

Delassata quidem, sed non satiata recessit.

Et sane nimis iniqua esset conditio miserarum mulierum, si illigarentur unius viri arbitrio, viro verò liberè vagari liceret per totum gynæceum, & ut Turcarum Imperator facere consuevit, sudariolum injicere, cui velit, quandoquidem par debeat esse ratio contrahentium, & vir non magis, quam mulier, sui habere potestatem dicatur Apostolo. Quod si adjeceris typum, quem gerit conjugium, Christi & Ecclesiæ, *ex Eph.* 5. ut prolixè disputat Hieron. *contr. Iovin.* nullo modo tolerari potest polygamia, nisi & Ecclesiam, *ut ait Hieron.* velimus scindere in conventicula. Propterea, licet potuisset Deus, & id multiplicationi generis humani maximè profuturum videretur, tamen ad repræsentandum mysterium, & indicandam conformitatem naturæ, noluit creare à principio, nisi masculum & fæminam, eosq; in perfectam unire societatem, quam mortales posteri, tanquam prototypum, imitari deberent. 12. *Nec non Quarto.*

Præterea sicut Arist. 2. *Polit. c.* 3. naturæ adversam esse communionem

uxorum, liberorum, & bonorum, evincit ex eo, quod natura inseverit omnibus storgas quasdam erga suos, & studium conservandi propria: ita polygamiam repugnare naturæ, simili argumento demonstratur, ex Zelo, sive amore erga propriam uxorem & uxorum erga maritos. Nam si plures in hac societate voluisset natura congregatos, non indidisset cuique hunc affectum, quo uxores non patimur ab altero tangi sine invidia, nec mulieres maritos alienis implicari amoribus æquo unquā ferunt animo. Ita enim a natura educti sumus, tam viri, quam mulieres, ut omnia quidem inter nos communia habere velimus, exceptis uxoribus & maritis, cum hi sibi invicem sint ligii, se sibi totos debeant sine exceptione. Herodes uxorem secum vivam sepeliri voluit, ne quis ejus pulcritudine post se frueretur. *Ioseph. 15. Antiq. c. 4. & 11.* Lepidus ex mœrore animi mortuus est, cum incidisset in literas, ex quibus suspicionem de adulterio uxoris traxerat. *Plut. in Pomp.* Hungarus quidam gladio transadegit formosam uxorē, ne in manus hostiū incideret. *Nicet. 4. Annal.* Hieronym. *in Amos c 7. libentius virum audire uxorem interfici, quam pollui*, scribit, & JCti, *in l. Lucius 88. §. matre. de leg. II. modestius ferri natorum mortem, quam uxoris adulterium censent. Ioh. Fab. in §. sciendum. Inst. de donat. Lucas de Pen. in l. 1. C. publ. lat. Ias: in l. transig. not. 2. C. de transact. Ioh. Lup. in rubr: de donat. int. vir. & uxor.* Cotys rex Thraciæ, uxorem ex Zelotypia, suis ipsius manibus, à pudendo incipiens, mediam dissecuit. *Athen. lib. 12. c. 14. Suid. in Cot.* Mulieres verò eò impatientiores sunt consortium, quo plus affectibus naturalibus indulgent, adeò ut earum Zelotypiam furori Leonino rectè comparaverit Ovid. *2. de art. amandi.* Ecquid describi potuisset vel à Virgilio, super Didonis, *4. Æneid.* vel ab Ovidio, super Prognes, *6. Metam.* vel à Seneca super Clytemnestræ, *In Electr. & Agam.* Zelotyparum mulierum insaniam & furores? Quam incensam, quod minitatus erat, *Act. 5. Phor. scen. 8.* Nausistratam dederit Phormio, cum insperato nuntio obductam sibi à Chremete marito Lemniam pellicem detexisset, brevibus referri nequit. *Act. 5. scen. ult.* Ipse Chremes id sibi præsagiebat: *Act. 4. sc. 1.*

13. *Naturali Zelotypia adversari polygamiam.*

14. *Vis Zelotypiæ.*

Vereorq; ne uxor aliquà hoc resciscat mea,
Quod si fit, uti me excutiam, atq; egrediar domo,
Id restat. Nam ego meorum solus sum meus.

15. *Exempla mulierum Zelotyparum.*

Durius Olympias Philippi uxor, Alexandri M. mater, in ipsum maritum subornasse stupro incensum Pausaniam creditur, & multis conjecturis, vero-

vero non absimilibus demonstrat Iustin. *lib. 9.* Thebe, præter causas à Plutarcho relatas, *in vit. Pelop. ad fin.* etiam pellicatum viri sui, Alexandri Pheræorum Tyranni, parricidio ejusdem vindicare voluit. *Cic. 2. off. Valer. lib. 9. c. 14.* Lemniæ mulieres maritos ad unum omnes trucidarunt, quod eos in captivarum amorem propensiores, quam fas esset, cernerent. *Apollon lib. 1. Argon. Stat. lib. 1. Thebaid.* Demetrio Antigoni filio Arsinoê uxor sicarium subornavit, quod cum Berenice socru stupri consuetudinem habuisset. *Iustin. lib. 26.* Demetrius Nicanor pari scelere exceptus fuit à Cleopatra uxore propter amorem Rhodogunæ, Phraatis regis sororis. *Appian. in Syr.* VVierus narrat, *lib. 2. de præstig. Dæm. c. 50.* quomodo multæ mulieres maritis ob Zelotypiam Arsenicum propinarint, præsentaneumq; supplicium adire maluerint, quam invidiosis amoribus eos implicitos ferre. *Sylv: nupt: libr. 1. n 30. & seqq.* Et quis posset furiosas mulierum machinationes à Zelotypia excitatas omnes enarrare, quibus vel maritis, vel pellicibus, vel sibiipsis exitium, totis verò familijs perpetuum infortunium attraxerunt. Est enim *Impatiens consortis amor*, & miraculi instar narrat Valer. *lib. 6. c. 7.* quod *Æmilia Africani prioris uxor mater Cornelia Gracchorum, tantæ fuerit comitatis & patientiæ, ut cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit, ne domitorem Orbis Africani fœmina, impudicitiæ reum ageret, tantumq; à vindicta mens eius abfuit, ut post mortem Africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.* Ejus exemplo Livia non tantum connivebat voluptatibus Augusti, sed ijsdem fomitem suppeditabat, conquisitis undiq; pulcris & intaminatis puellis: & jam ante Stratonica uxor Dejotaro suaserat, ut Electram pro concubina sibi jungeret. *Plut. de Clar. mulier.* Cannibalum fœminas non minus studiosas esse, ut alliciant viros ad pellicum consuetudinem, quam nostræ sint ad prohibendum, testantur historiæ Indicæ, *d' autant, que c'est tesmoignage de la vertù du mary*, ut ait Mich de Mont: *livr: 1. des Ess. ch. 30.* Verum raræ hodie sunt, quæ æquo animo sibi patiantur æmulas obtrudi, ac non potius unguibus & manibus, si aliter non sit copia, in capillos, in faciem, in os denique obductæ involent, quemadmodum Amestris, Xerxis uxor, licet Persarum Reges jam ab infinita memoria plures admisissent uxores, per vices cubantes, *Herod li. 3.* Masistin, fratris Xerxis uxorem crudeliter, naso & aurib. mulctavit, quod Xerxes ejus filiæ Artayntæ amoribus implicitus videretur. *Herod. li. 9.* Mulieres Thessalę Laidē formosā meretricē ligneis testudinibus

16. *Quasdam fœminas connivisse virorū pellicatui.*

17. *Sed eas paucas.*

in

17. *Contentiones & cædes liberorum ex polygamia.*
18. *Probantur exemplis Ottomannicorum Imperatorum.*
19. *Præcipuè, si spurius præripit hæreditatem legitimis.*
20. *In polygamia concurrere infinitas molestias.*
21. *Quot gentes polygamiam abhorruerint.*
22. *Caroli M. factum excusatur.*
23. *Bigamus de jure civili infamis.*
24. *Caroli V. pœna capitalis in bigamos.*
25. *Romani ne concubinas quidem duas, aut concubinam cum uxore habere permittebant.*
26. *Quia concubina diligebatur pleno amore, & imitabatur matremfamilias.*

COnsequens est, ut videamus de incommodis, quæ polygamia inducit tam in familias, quam in totam Rempubl. Nam ubi Zelotypia animos cohabitantium transversum agit, & suspitio amicitiæ fædus divellit, quid ibi expectes præter odia, dissidia, rixas, & in apertã ruinam desituras insidias? Documento nobis sint Sanctorum patrum matrimonia. Non prius enim conscenderat lectum Heri Agar, quam Zelotypia Saræ sese exerere ceperat, cum ancilla insolesceret, & sterilem heram præ se contemtim haberet, *Gen. 16.* donec, accedente Ismaelis insolentia, foras ejiceretur, ne quâ ad hæreditatem unà cum Isaaco aspiraret. *Gen. 21.* Augetur enim ignominia, quando non justa aliqua uxor, sed pellex intercipit, quod uxorem capere oportebat, & metus incumbit suspitiosis animis, ne qua illegitimè quæsitus legitimo hæredi vel par reddatur, vel superior. Quod si Leam & Rachelem sorores, neq; pietas, neq; autoritas communis mariti, neq; cognationis fædus ab invidia & æmulationibus pravis, quas vana excusare distinctione frustrà laborat Lyra *in c. 30. Gen.* arcere valuit, quid superest præsumendum de Anna & Phennena, *1. Sam. 1.* nec non de aliis, pietate & animi constantia non satis dotatis mulieribus, quas reverentia quidem nulla, nullus stabilis amor inter se devincit, sed infinitæ discordiarum causæ quotidiè distrahunt. Nihil est, quod fratrum quoq; nurus & socrus dissidia objicit Ochinus, quæ non ex natura rei, sed pravitate Caini & Esavi, seu ex malitia eorum, qui intempestivas lites sine causa quærunt, oriuntur. Polygamia verò ita habet innexa irarum & discordiarum semina, ut quantumvis sedulò extincta, clanculum tamen renascantur, & in funestum totius familiæ incendium non rarò exardescant. Nam

1. *Polygamiam scatere litibus*

2.

3. *Et quidem per se.*

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt, Sen. in Agam. Act. 2.
4. & nunquam

Impatiens consortis amor.

Benè cum socijs regna Venusq; manent. Ovid. 2. art. am.
Quicquid tument Tragœdiæ, est contemtus uxorum & pellicum, ait Hieron. lib. 1. in Iovi. circ. fin: Cui enim obducitur rivalis ante oculos an non justam de injuria conquerendi cum Lea causam per se paratã habet? *Abstulisti mihi maritum meum, nunc etiam cætera ablatum redis.*
5. Gen. 30. Ferresne, ait Ægisthus ad Clytemnestram, *thalami victa consortem tui? At illa nolet, Ultimum est nuptæ malum, Palam mariti possidens pellex domum.* Sen. in Agam. act. 2. Augetur injuria, quando, quæ obducitur, justæ uxoris loco esse nequit, sed furtivis amoribus transfert in se animum mariti, quia, qui pellicem adjungit uxori, non potest, quin eam impensius amet, quam uxorem, quemadmodum & Jacob ferventiori amore prosecutus est Rachelem, quam Leam, Gen. 29. Helkana Annam, quam Phenennam, 1. Sam. 1. Herodes Mariamnem, quam cæteras. Ioseph. 15. Antiq. Iud. Aut si non amet, tamen uxor sibi injuriam fieri semper putat, quando, quod totum sibi debebatur, cum pellice divisum accipere cogitur. Hinc iræ primum in pellicem, aut sociam uxorem, mox in maritum ipsum.

Flamma medullas & cor urunt æmulum,
Mistus dolori subjicit stimulos timor,
Invidia pulsat pectus: hinc animum jugo
Premit cupido turpis, & vinci vetat.
Et inter istas mentis obsessæ faces
Fessus quidem & dejectus & pessundatus

6. *Pudor rebellat*, ut de sua ipsius Zelotypia narrat Clytemnestra, apud Sen. in Agam: Act. 2. Ut enim omnibus in tanta uxorum & pellicum multitudine satisfiat ab uno viro, fieri nunquam potest, quando non solum septem, ut David, 2. Sam. c. 3. & 12. quem numerum Iudæorum quidam negant per legem superare licuisse, aut novem, ut Herodes, Ioseph. libr. 17. Antiq: c. 1. aut octoginta, ut Pacrus Tyrannus Hispaniolæ, aut viginti quatuor, ut VVartislaus I. princeps Pomeranorum, Cram. part. 1. Chron. c. 9. sed tercentum, cum Commodo, quingentas, cum Vlodimero Muscovita, septingentas cum Salomone, aut etiam multò plures quà uxores, quà concubinas multi duxisse leguntur. De rege Mexicano tradunt historiæ, quod, licet quater indies solitus fuerit mutare vestem, nunquam

Non posse in Polyg. omnibus satisfieri.

nunquam tamen eandem bis induerit, nec ulla supellectile utensilive usus fuerit, nisi nova. *Mich. de Montaign. lib. 1. c. 35. de Ess.* De Neronis magnifico luxu idem refert Sueton. *in Ner.* quod nulla veste se iterum indui passus fuerit. Heliogabalus verò concubinas, non alio, quam utensilium ordine habuit, quippe quarum nullam unquam, excepta uxore, reiteravit. *Lamprid. in Heliog.* An hic omnibus satisfactum putes? cum dicente Lucret. *lib. 8.* 7. *Quam multas uxores multi duxerint.*

Tot fœmineis complexibus unum
Non laxat nox tota virum.

Sanè licet paucissimis satisfieri possit quoad generationem, non tamen quoad libidinem, quia soli mulieri dedit hoc natura, ut cupido coëundi, postquam uterus impletus est, non expleatur, cujus rationem ex voluptatis sensu accersebat Populia Marci filia, cum rogata, quid esset, quapropter aliæ bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri, responderet: *Bestia enim sunt. Macrob lib. 2. Sat. c. 5. in fi.* Mulieres à mollitie derivat Bald: *in rubr: de cohab. Cler. & mul.* & facile pati stimulos carnis dicit Præpos. *in c. 1. de frig. & malef.* quibus ut satisfaciant, nihil recusare scribit Neviz. *in sylv. nupt. lib. 1. n. 110.* Vbi verò non accipiunt homines, quod se accipere debere putabant, aut minus, quam sibi deberi sciebant, in simultates primùm incidunt, deinde jurgiis & contentionibs se mutuò impetunt, ut ait *Arist. 5. Eth. c. 4. & 2. Polit. c. 2. & 3.* transfert ad communionem uxorum & bonorum. Nulla enim communio sine querelis & jurgiis diu subsistere nata est, ut exemplo servorum ejusdem familiæ & unà peregrinantium ostendit Aristoteles. *2. Pol. c. 3.* Pyrrhus ut multis affinitatibus sibi vires augeret, plures conquisivit undiq; uxores, sed eo eventu, ut, postquam inter Gynecæi parietes sese mutuò diu oppugnassent, tandem unius instinctu & rogatu Demetrius Macedoniæ Rex in Corsicam insperatus irrumperet. *Plut. in Pyrrh.* Ælius Verus Imperator, incusatus ab uxore, quod, ut Artemona conqueritur *apud Plaut. in Asin.* *alienum fundum araret, proprium incultum relinqueret*, respondit: *Patiatur se per alias, suas exercere cupiditates. Uxorem dignitatis esse, non voluptatis nomen. Æl. Spart. in Adrian.* quod & Nero Octaviæ consuetudinem aspernatus corripientibus sese eo nomine amicis, respondit: *Sufficere illi debere uxoria ornamenta. Sueton. in Ner. c. 35.* Sed nec verba sufficient expostulationibus mulierum, nec fidem, in contractu conjugali promissam, liberabunt. Vehementer enim incusat

8.

9.

continentiam vovent, vel conjugium transigunt in perpetuo divortio, quemadmodum Carolus Crassus, cum per Archiepiscopum Vercellensem divortium ab uxore peteret, juratus affirmavit, sibi cum ea nihil unquam commercii fuisse, quod & ipsa candente ferro manu apprehenso attestata est. *Sigon. 5. hist. Ital. Gill. in Annal. Car. Craß.* Henricus S. Cunigundam uxorem, à se nunquam compressam reddidit fratribus, Theoderico Episcopo Metensi & Henrico duci Lotharingiæ, *Sigon. libr. 8. hist. Ital. Car. lib. 4.* Stephanus rex Ungariæ, ducta uxore ex Germania, mutato consilio de ejus consensu cælibatum vovit, & ambo pariter in Sanctorum numerum transscripti sunt. *Gill. in Eud.* Eodem errore Cunigundis Belæ regis Ungariæ filia & Boleslaus, Rex Polon. Pudicus inde dictus, unanimi consensu, ex conjugibus evaserunt Monachi, & quod verbis & animo contraxerant matrimonium, re ipsa & contraria abstinentia disruperunt. *Michov. libr. 3. c. 38.* Eduardus Confessor, Rex Angl. Edgitham uxorem, Godvvini Comitis Cantuensis filiam, nunquam tetigit, sive ex voto castitatis, sive odio soceri, sive quod ex tam improba stirpe nollet sibi posteritatem procreatam. *Autor incert. vit. Eduar. & Ingulph.* Amœbeam Citharœdum tantæ continentiæ prædicat Ælian. *3. var. c. 30.* ut, licet uxorem haberet venustissimam, ejus voluptatem nunquam degustaverit. Proinde, qui debitum naturali conjugi denegat, & in Deum, conjugii autorem, & naturam, idipsum exigentem peccat, & præter hæc injuriam facit uxori, & fidé ab initio promissam perfidé dissolvit: Vnde justa mulieri nascitur expostulandi occasio, quemadmodum ex hoc capite Thietberga Lotharium maritum in foro Pontificio reum egit, *Sigon. 5. Ital. Car. lib. 4.* & Eleonora, Henrici II. Angli conjunx, cum aliud remedium ad manus non haberet, filiis autor fuit, ut seditionibus in odium patris regnum agitarent & de illicito pellicatu tacitâ vindictam exercerent. *Holinsh. in Henr. II.* nec ea causa est per accidens, ex luxuria aut perversa mulieris libidine, *ut objicit Ochinus*, sed per se, quia sine injuria primæ & legitimæ uxoris, nequeunt plures adjici vel matres familias, vel cócubinæ. Quod si accesserit inæqualis amor viri, quia impossibile est, ut plures quisquam pari & summo prosequatur affectu, ampliatur materia litium, quæ & exardescit magis, quando fæcundior una est altera, quæ res initium jurgiorum dedit, inter Saram, & Agar, Rachelem & Iacobum, Annam & Phenennam. Deniq; ubi suspitionis & æmulationis plena sunt omnia, quantilla causa sufficit, ad saucium & præter occasionem seu plausibilem prætextum nihil expectantem animum extimulandum, & in furias intemperiesve agendum? cujus

13. *Stultum est in conjugio vovere continentiam.*

14. *Nova causa litium.*

15. *Propter quas divisæ habitationes.* cujus incommodi vitandi gratia scribit Epiphan. *contra Massalianos*, veteres, qui plures habuerint uxores, nunquam eas aluisse simul, quod ex eo fortasse conjecit, quod Laban, cum persequeretur Iacobum, filias ostenderet in distinctis tentoriis. *Gen.31.* Persarum quoq; mulieres in vices Regem accedebant, ut ex historia Smerdis patet, ubi Otanes, suo tempore ad Regem admittendam filiam instruit de dolo ex detruncatis auribus deprehendendo: *Herod.lib.3.* & Dionysius cum duas haberet uxores, altera in bellum euntem comitari consuevit, altera redeuntem excepit. *Ælian. lib.13. var. c.10.*

Est hoc incommodum satis perniciosum quieti & felicitati tum privatæ, tum ex consequenti publicæ, quando incendia domestica sæpe totam inflammant civitatem, *ut in corrupt: causis dicemus*: Verum quæ sequuntur, prioribus, quoad malitiam, nihil cedunt. Nam compages & salus conjugii consistit in amicitia, quam utilitas & voluptas confirmant: *8.Eth. c.12.* Constans verò & fixus amor mariti, qui in tot objecta divellitur, esse non potest, nec mulieres eum unicè redamabunt, à quo sese unicè non redamari sciunt. Amor enim conjugalis plurimum alitur jucunda conjugum commistione. At quæ voluptas potest superesse in tanta frequentia. *Quod rarum, carum est,c.legimus.dist.93.* quotidiana vilescunt, & abundantia parit fastidium. *Pica, licet sit pulcra avis, conspicitur tamen sine admiratione, quia semper se offert conspiciendam. Naviz: in sylv: nupt. lib.2.n.52.*

16. *Polyg. tollit suum amorē.*

Hoc est, uxores quod non patiantur amari,
Conveniunt illas, cum voluêre viri. Ovid.3. art. amand.

Salustius expressit hoc incommodum, de Maurorum & Numidarum polygamia loquens, *in Iugurt. Ita animus multitudine distrahitur: Nullam pro socia obtinet, pariter omnes viles sunt.* Nec non Marcellin. *lib.23.* Persarum morem improbat, *quod charitas per diversas libidines dispersa torpescat*: & Claudianus ait, *de bello Gildon.*

Connubia mille
Non illis generis nexus, non pignora curæ,
Sed numero languet pietas.

17. *Pugna liberorum ex polygamia.* Deniq; quid referam ex tam diversis & inter se discrepantibus matribus natorum sive clandestinas æmulationes, sive apertas cædes, dum alter alteri, quam invidet, hæreditatem præripere gestit, operam suis quaq; filiis sedulam

ſedulam afferentibus matribus Mavult enim ſuę quæq; quam alterius ſoboli paterna bona relicta, quemadmodum Sara ait: *Eÿce ancillam cum ſuo filio. Nolo hereditatem adeat cum meo.* *Gen. 21.* Non repeto filiorum Davidis, tum in ſe, tum in patrem tentatas rebelliones, ne regnum transferret in unum Salomonem, ſicut Deo viſum fuiſſe ſciebat. Prætereo perniciem familiæ Herodis, ex filiorum diſſenſionibus ſubnatam, dum alter alteri regnum præripere properabat, antequam id in dilectioris uxoris ſtirpem pater, excluſis primogenitis, amoveret, quæ res in imperio Ottomannico ſæpe turbas dedit, imprimis, quando accedebat adjumentum maternum. Nam licet Muſtaphæ, tanquam primogenito, de jure gentium ſucceſſio deberetur, effecit tamen Roxolana apud Solimannum patrem, ut illo per inſidias, ficti criminis prætextu, cum filio trucidato, ex ſe genitis Selymo & Bajazethi imperium vacuum relinqueretur. *Auger. Busbeq. Epiſt. 1.* Eaq; injuria tum gravior evadit, quando ex pellicibus quæſiti, juſtos & legitimos hæredes de ponte præcipites dant, & loco amovent, ſicut Iugurtha duobus fratribus regnum Numidarum ademit. *Saluſt. in Iugurth.* Gyllus rex Scotorum totidem legitimos hæredes regno depulit, *Buchan. 4. hiſt. Scot.* & Friganus frater Canis grandis Scaligeri ex cocubina, abſente Cane, Veroniæ Tyrannidem occupavit. *Velat. lib. 4.* Nihil non egit Albertus Landgravius Thuringiæ, quò Thuringiam in ſpurium Apizium abalienaret, excluſis legitimis hæredibus, Friderico & Dieterico, Marchionibus Miſniæ. *Rivand. in Chron. Thuring.*

18. *Exempla ex Ottomannico imperio.*

19. *Spurij præripiunt hæreditatē legitimis*

Poſtremò, ut rem in pauca contraham, Paulus. *1. Corinth. 7.* dicit, nupturam puellam multas carnis habituram tribulationes, & conjugium *in toto illo cap.* deſcribit infinitis moleſtiis obnoxium. Quod ſi ab una uxore tantum expectatur moleſtiarum, quantum expectandum erit à tam multis? Omnibus enim malis Punicis ineſt aliquod granum putridum, & Gallus quidam, qui quatuor uxores ſimul duxerat, rogatus à Carolo rege, cur id feciſſet, reſpondit, ſe ab initio non deſideraſſe niſi unam ſolam, eámq; probam, poſtquam verò ea ſpe, ducta primá, decidiſſet, periculum voluiſſe facere cum ſecunda, tertia & quarta, ſed poſteriorem ſemper deprehendiſſe priore pejorem. *Æg. Boſſ. 1. de coitu damn. n. 78.* Propterea Laban, licet ipſe binas filias uni elocaſſet Iacobo, rogat tamen abeuntem, ne filias ſuas affligat, neve alias iis ſuperinducat uxores. *Gen. 31.* Euripides etiam, quantumvis bigamus, bigamiam tamen improbat in Androm.

20. *Concurſus moleſtiarum in polygam.*

ude

οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἕν ἡνίας ἔχειν.
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν κύπριν
Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλοι.

21. *Quæ gentes abhorruerint polygamiam.* Consentiunt monogamiæ omnes meliorum gentium leges, & si quæ præ ruditate & ignorantia exorbitarunt, facilè ad meliorem sensum redierunt, quia prolapsus ad naturam & principia proclivis est. *German.* Germanorum severitatem, Romanis moribus congruentem, commendat Tacitus, *de mor. Germ.* Nec est, quod Carolo Magno id vitii quidam improperare velint, quasi duas uxores simul habuisset, Longobardam & Suevam, quia 22. *Carolus M. excusatur.* illam per dispensationem, suasum & jussum Pontificis, tanquam suæ Majestati non satis dignam, seu potius, ut affinitate soluta abduceretur Carolus à fœdere Longobardorum ad partes Pontificis Romani, repudiavit. Qua quidem in re licet nimis papaliter sit dispensatum, *ut demonstrat Mornæ. in myst. iniquit.* eò quod causæ, quæ in Epistolio Pontificio allegantur, nimis levis sint ponderis, ad tantum præjudicij negotium, Carolum tamen eò magis excusatum habemus, quò probabilius putavit, Pontificis 23. *De jure civ: bigamus infamis.* sententiæ in causis matrimonialibus standum esse. Iure prætorio apud Romanos bigamus infamis erat, *l. 1. de iis, qui not. infam. l. 2. C. de incest. nupt.* hoc est, qui binas nuptias, seu bina sponsalia constituta habebat, commixtione carnali nondum subsecuta. Tum enim, qui sic peccat, stupri reus 24. *Caroli V. pæna.* fit, *l. Eum qui duas. C. de adult.* cujus pœnam declarat Iustinianus. *§ Item lex Iulia. Inst. de publ. jud.* Hodie per pœnalé constitutionem Caroli V. *c. 112.* commutata fuit in pœnam adulterii, seu gladii, quam retinent Stat. Lubec. *lib. 4. t. 6. art. 1. Vide Coth. cons. 29. cum seq. libr. 1. Speckhan. Cent. 1. q. 70.* Non rectè enim Roman. *sing. 531.* deceptus forte autoritate Theophili *in § Affinitatis. Inst. de nupt.* Romano quoq; jure censuit morte plectendum fuisse duabus nuptiis implicatum, cum pœna stupri etiam in vilibus per- *Hispan.* sonis relegationem non superet. Iure Hispanico stigma fronti illorum imprimitur; quod, quale fuerit ab initio, dubium est. Hodie literam Q. pro signo tam infami receptam testatur Covarr. *part. 2. de matr. c. 7. §. 3. n. ult.*

25. *De concubinatu Rom.* Imò licet apud Romanos concubinatus *per leges nomen assumsisset, & extra legis pœnam esset, ut Marcellus lib. 7. Digest. scripsit:* Tamen durante matrimonio, fas non erat matrifamilias concubinam adjungere, *l. unic. C. de concub.* ac ne duas quidem concubinas simul habere, *Novell.*

18. de

28.*de trient.& semiß. c.5.* §. *consideremus. vers.sicut enim. Nov.74. quibus mod. nat.effician. leg. in fin. gl.in l.un. C.de Concub.* quia Concubina non differt à matrefamilias nisi dignitate *l.item legato.49.§ parvi autem.de legat.* III. & affectione maritali.*l.donationes de donat.* sicut Turcarum Imperatores, qui à tempore capti Bajazethis concubinis potius uti, quam uxoribus consueverunt, ex concubinis efficiunt matresfamilias, si dotem iis constituant, *referente Busbeq. Epist.1.* Diligitur quidem & concubina pleno honore, ut Papinianus refert de quodam Coccejo Cassiano, *l. cum tabulis.16.§.1. de his, qua ut indign.* quemadmodum Commodus Martiam, non secus ac uxorem & diligebat & honorabat, sed intra terminos tamen concubinatus, adeò ut nunquam ipsi ignem præferri passus fuerit. *Herod.lib.1.* Dignitas enim facit matremfamilias, *l pronuntiat.46.§. 1. de V. S.* sive honestas, & boni mores. *l.3. §.fin. de lib.exhib. l. probrum. 41. l. palam.de rit.nupt. l.mater autem famil. ad l.Iul.de adult.* Honestè autem vivere non censetur, quæ in concubinatu hæret, *l.1.in pr. l. 3. de concub.ubi Dd.* nisi liberta cohabitet patrono, *d. l. probrum.de rit. nupt.* quam & reverentia erga patronum & necessitas juris excusat, *l.1.l.2.de concub.*

De concubinatu Judæorum & Romanorum. Sect. 5.

1. *Concubina semiconjunx & imitatrix uxoris.*
2. *De concubinarum origine Leonis sententia.*
3. *Honestius putabatur Romanis habere concubinam, quam uxorem.*
4. *Meretricem haberi voluptatis, concubinam servitij, uxorem sobolis causa.*
5. *Romanos tolerasse meretrices.*
6. *Concubinas verò etiam probasse.*
7. *Vtrum distinguendæ sint concubinæ Romanorum à concubinis Judæorum.*
8. *Sacras literas appellare concubinas nomine uxorum.*
9. *Et uxores aliquando nomine concubinarum.*
10. *Concubinas extitisse veras uxores.*
11. *Ideoq; toleratas in primitiva Ecclesia sub Impp.*
12. *Per concubinas in Iure Can.intelligi uxores sine solennitate ductas.*
13. *Sed de ijs non loqui Iustinianum.*
14. *Bezam injustè reprehendere quosdam Canones.*
15. *Concubinatus Rom.improbatur.*
16. *Concubinam non esse scortum.*
17. *Quid sit meretrix.*
18. *Publica vel domestica.*
19. *Quid pellex.*

1\. QUia verò concubinæ, quæ in cæteris legitimæ uxoris typum imitatur, unde & ἡμίγαμι© Zonaræ, & semiconjunx dicitur Cujac. *in parat. de Concub: & lib: 3. obs. 18.* à matrefamilias distinctionem introduxit jus civile Romanorum, paucis etiam de hac ejus sive concessione, sive

2\. *Leonis sententia.* constitutione considerandum. Leo I. *Epist. 92. c. 4.* longius accersit originem Concubinatus, inquiens: *Nō omnis mulier juncta viro, uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum a. fœdera inter ingenuos sunt legitima & inter æquales: multo prius hoc ipsū Domino constituente, quam initium Rom. juris extitit. Itaq; aliud est uxor,*

3\. *aliud Concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera.* Honestius enim dicitur patrono libertam habere concubinam, quam matremfamilias, *l. 1. vers. quippe cum. de Concub:* propter inæqualitatem personarum, quam solitos fuisse Romanos plurimùm spectare supra diximus, adeò ut Apulejus impares nuptias condemnet inter illegitimas, & Boët. *ad Top: Cicer:* ex impari conjugio natos scribat non patrem, sed matrem secutos fuisse. Naturales enim ex concubinis ad hæreditatem patris non admittebantur, *l. 24. de stat: hom:* quia tum demum, cum legitimæ nuptiæ factæ sunt, pa-

4\. trem liberi sequuntur. *l. 19. Eod.* quò spectat & illud Demosth. *contra Neær: Meretrices alimus, causa voluptatis: Concubinas propter quotidiana ministeria & curationem corporis: Vxorem propter ingenuos liberos suscipiendos, & fidelem rei familiaris administrationem & custodiam.* Græcè sic loquitur Demosthen. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν: τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος: τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν.

5\. Sunt qui jus civile sic excusent, quod toleret quidem, sed non probet concubinatum. *Bart: l. 1. de rit. nupt. Castrens. l. 7. de ll.* Meretrices quidem tolerat, dum donationes iis factas valere, *l. affectionis. de donat: l. 2. C. de don: inter. Vir: & uxor:* & rescindi non posse statuit, *l. idem. § sed quod mere-*

6\. *trics. de condict. ob turp. caus:* imò etiam mercedem pactam deberi & jure à paciscente exigi posse disputant Cyn. & Sal: *in d. l. idem. Bart: & Alex: in d. § sed quod meretr: Covarr: part: 2. relect. c. peccat: § 2. n. 1. & 2. Dom: à Soto libr: 4. de just. & jur. q. 7. a. 1. quem* ἀσώτως ἔχειν *dicit Scip: Gent: lib: 1. de donat: inter vir: & ux. c. 9.* licet Accurs: Jason. Zas: & alii contra disputent & præ cæteris Hottomann: *in disput: de donat: Martyr. in cap. 16. Iud.* Sub Tiberio *Senatus decreto,* ait Tacit. *3. Ann. in fi. coërcita fœminarum libido, non*

ut nulla, sedne illa corpore quæstū faceret, cujus avus aut pater, aut maritus Eques Rom: fuisset. Sed Marcellus ipse.7. *Digest:* testatur, quod per leges nomen concubinatus assumserit, & paulò ante dictum fuit, quod concubinatus dicatur honestior matrimonio, *l.1.de concu: l.41.de rit: nupt:* sit consuetudo vitæ licita, *l.si qua illustri. C. ad S.Ct. Orfic:* & stuprum vocari nequeat. *l.3.§ 1.de donat: inter vir.& ux. l.stuprum.ad l.Iul. Adult.* Leo deniq; concubinatum tollens, indicat eum legibus fuisse præscriptum. *Leo Nov: 91. Harmenop: 4.t.7. in fin. Palæott: de noth: c.12. Hottom: de nupt. Alber: Gentil: de nupt: libr: 1. c. 4. Godd. ad l.144.de V S.*

Propterea de rationibus, ex quibus vel permitti debuit, vel prohiberi, paucis videndum superest. Datas esse concubinas Jacobo ab utraq; uxore, & Abrahamo a Sara, ex sacris revelationibus notum est: Sed Martyr: *Iud: c 8.* distinguit concubinas Iudæorum à Romanis, quanquam parum interesse videtur, quia concubinæ tercentum Salomonis non extiterunt omnes servilis conditionis, & scortorum loco non magis erant, licet aliis uxoribus superadditæ, quam concubinæ Romanor. Nam cum polygamia infamis esset jure Rom. impunè non licebat plures una vel uxore vel concubina, cuiquam habere: sed cum usu recepta esset apud Iudæos, ut impunè liceb at plures uxores, ita & concubinas unà cum uxoribus habere. Sacræ literæ eas nunc concubinas appellant, nunc uxores, ut notat Lombard. *4. sent: dist: 23. ex August: lib.1. qq super Gen. c. 90.* & apparet ex ingressu Abrahami ad Agar, quam dicit Moses datam ipsi à Sara in uxorem: *Gen: 16.* Item ex nuptiis Kethuræ, de quibus dicitur: *Genes: 25. Abraham iterum accepit uxorem*, & tamen *in eodem cap:* tam hæc, quam Agar concubinæ nominantur, quando Abraham bona sua omnia reliquit Isaaco, Liberis concubinarum distribuit dona. Concubinæ enim differunt à matribusfamilias, non jure, aut conjugali consuetudine, sed dignitate & hæreditate. *Perer: in c. 16. Gen. disputat: 1. in sol. rati. 4.* Jacob tamen admisit ad hæreditatem etiam natos ex ancillis, quæ concubinæ vocantur. *Genes: 35.* Addit Augustin. veras & cum solemnitate nuptiarum ductas uxores, nunquam concubinas appellatas fuisse, quod probat Covarr: *part: 1.de matr: c.4. in pr: n. 9. Alber.Gent. d. c. 4. libr: 1.*

7. *Nil differt concubina R. & à Judæa.*

8. *Sacræ literæ appellant concubinas uxores.*

Verum Bellarmin: & his uxoribus attribui nomen concubinarum probat *ex c: 19. Iud.* ubi incertum est, an, quæ ubique nominatur Concubina, solemniter ducta fuerit à Levita. *de matrimon: libr: 1. cap: 11.*

9. *Uxores vicissim concubinæ.*

Ductam fuisse testatur principium capitis: sed & Agar ab Abrahamo, & Kethura ab eodem dicta dicitur, sed absq; solemnitate & spe successionis.

10. *Concubinæ fuerunt veræ uxores.* Et cur id genus concubinæ non appellentur meritò uxores, cum revera coram Deo uxorum loco fuerint, *ut tradit Thom. 4. sent. dist. 33. q. 1. art. 3. ad 3. Martyr. ad c. 16. 21. Gen. ad c. 8. Iud. Gesner. c. 16. q. 4. Gen. Aloys. Lippoman. super Gen. c. 22. Ioh. Azor. lib. 5. Instit. Moral. c. 13. q. 2.* qua ratione concubinas à jure civili concessas excusant etiam Duaren. Alber. Gent. *d. c. 4.* Hottom. *ult. de nupt.* & non impiè putantur toleratæ fuisse etiam in Ecclesia tempore Justiniani. *l. un. C. de Concub. tot. t. ff. de Conc. Novell. 12. 18. 28. 74. 117.* Nam

11. *Ideoq; tolerata ab Impp.* quod objicit Alexand. *in cons. 59. n. 3. lib. 4.* concubinatum sublatum esse *in § & neq; uxori. § prius autem. Nov. 6. Quomod. oport. Episc. Nov. 123. de sanctiss. Episc: §. 1. §. Cleric: & alibi,* fallitur, quia exceptio in uno firmat regulam in altero, *l. cum ita. 63. § videamus. de cond: & demonstr. l. 18. § cui fund: l. 12. §. Idem respondit, de instruct. & instrum. Dd. in l. 1. de R. I.* Prohibetur usus concubinarum Clericis. Ergo cæteris, in quibus nihil corrigitur, antiqua

12. *Concubina sine solemnitate ducta.* libertas relinquitur. Contius *ad l. 1. de Concub:* & Palæott. *de Spur: c. 12.* interpretantur nomen concubinarum de iis, quas sine dotalibus instrumentis, & cæteris solemnitatibus, à jure civili introductis, nupsisse constat. Hoc enim sensu concubinas accipi *in c. Is, qui non habet, dist. 34.* à Gratiano *ex c. omnibus & c. seq. dist: Ead.* ostendunt Catell. Cotta, *in Memorab. verb. Vxores:* Forster. *de success. ab intest: lib. 4. c. 8. n. 17.* Palæott. *c. 12. de Spur.* Covarr. *par. 1. de spons. c. 4. in pr: n. 9.* Goddæ. *ad l. 144. de V. S.* Hieronymus enim *in Epist. ad Ocean.* quorundam meminit, qui ancillas in concubinatu, affectione maritali retinebant ad vitanda onera & minuẽdas impensas, quas tamen, ad ampliores evecti divitias, etiam uxorum non tantum nomine &

13. *De qua non loquitur Justin.* dignitate, sed & jure dignabantur. Verum, quod Iustinianus de talibus concubinis non loquatur, descriptio earum & constitutio Leonis, *Nov. 91.* planum faciunt. Ab iis enim *non modo religionis, sed & naturæ injuria, secundũ divina Christianisq; conveniẽtia præcepta nos prohiberi* ait, Beza *de repud: & divort: pag. 250. & seqq.* concubinatum traducit, quasi manifestam fornicationem, eò intolerabiliorem, *ut ipse Panormit. ait,* quò

14. *Canones injustè reprehensi à Beza.* diutius tenet infelicem animam sine pœnitentia illigatam, cui consentit Godd. *d. l. 14. Axiom. 3.* & inde invehitur Beza *in Canonem 2. & 3. dist. 34.* quibus concubinæ permitti & Concubinarii Digamis præferri videntur, cum tamen paulò ante dixerimus tam Concilium Toletanum, quam Isidorum, loqui de alio genere Concubinarum, quam quibus licentiæ fenestram.

stram aperuerunt jura Romana. Hæ enim, quæ sola solemnitate & dignitate distinguũtur à matribus familias, uxorum numero eximi, & inter scorta detrudi nequeunt: Cæterum Romanorum concubinæ, quia poterant sine divortio dimitti, *l. si concubin. rer. amot.* & adulterium cum iis non perpetrabatur, nisi in matrimonio patroni hærerent, *l. si uxor. ad l. Iul. de adult.* jure à Leone *d. Nov: 91. & Harmen: 4. t. 7. in fi.* à Republ. semotæ sunt, cujus constitutioni subscribit jus Canonicum, *c. Concubinæ. 32. q. 2. c. nemo. c. dicat aliquis c. meretrices & seq: 32. q. 4.* & universa Germaniæ consuetudo. Nam *quicquid in ea, quæ non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur*, ait Ambros. *lib. 1. de Abrah: c. 4. citatus à Grat. 32. q. 4.* Paulus enim *1. Cor. 7.* fornicationis unicum remedium præscribit conjugium. Quod si concubinatus fornicatio non esset, eum unà cum conjugio nominasset, nec fornicationi immediatè opposuisset solum conjugium. Leo ait: *Et quidem cum fontem habeas, sobriè inde haurire divino præcepto moneare, qua ratione, cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis? Tum tametsi fontem non habeas, rebus tamen vetitis uti non potes. Cæterum vitæ consortem invenire difficile non est.* Salvian. *lib. 4 guber. Dei. Ad tantam res impudentiam venit, ut ancillas suas multi uxores putent, atq; utinam, sicut putantur esse quasi coniuges, ita sola haberentur uxores. Illud magis tetrum ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti, alias sibi rursum servilis status conjuges sumunt, deformantes sancti conjugij honorem, per degeneris contubernij vilitatem, non erubescentes, maritos se fieri ancillarum suarum: præcipitantes fastigium nobilium matrimoniorum, in cubilia obscœna servarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio.* Nec obstat personarum inæqualitas, quia ea, cum servorum & libertorum ordine, ferè expiravit: inquinatas autem personas & inhonestas ad thori communionem asciscere turpe est. Tum etiam Ambros. monet *apud Grat: præsta concubinæ tuæ libertatem, & nomen uxoris, ne adulter sis potius verus quam maritus.*

15. *Concubinatus improbatur.* *ab Ambros.* *Paulo.* *Leone.* *Salvian.*

Interim Concubinæ, quæ non libidinis gratia, sed constanti & conjugali amore in perpetuum vitæ consortium cum uno marito consentiunt, non sunt scortis impuris aut meretricibus vel æquiparandæ, vel in gradu criminis anteponendæ, quia crimina æstimantur ex animo, seu ut

16. *Concubina non est scortum.*

de concubinatu loquitur Paulus *l. 14. de Concubin.* ex *destinatione*. Concubina autem, in unius viri leges & arbitrium se constringi passa, scortandi animo ipsius thorum non accedit, sed ut quasi in matrimonio cum ipso vivat, sola dignitate & successione, legitima uxore inferior.


17. *Quid sit Meretrix.* Meretricem definit Covarruv. *part. 2. de Matrim. c. 8. §. 11. num. 4.* quæ passim libidinem exercens, quæstum facit, seu cujus turpitudo publicè venalis est, *per l. palam. de rit. nupt:* ubi ait Ulpianus: *Quæ cum uno & altero se, pecunia accepta, commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere.* Gloss. *in c. vidua. verb: Multorum. dist. 34.* Eam demum pro meretrice habendam ducit, *quæ rem habuit, cum viginti tribus millibus virorum.* Strictius Abbas & Præpol. *in c. inter opera char: de spons.*

18. *Publica & domestica.* ex duobus tantum quæstus gratia admissis, argui aliquam meretricij posse credunt, quos redarguit Covarruv. *ex d. l. palam*, quia ibi, quæ uni & alteri, id est, *interprete Valla libr. 3. Eleg: c. 59.* duobus saltem se, accepta pecunia admiscuit, palam quæstum facere negatur. Sed Connan. *8. Com. c. 13.* *Meretricis*, ait, *& scorti nomine appellantur omnes, quæ alterius, quam mariti consuetudine utuntur*, & Lucas de Pen. *in constit: Neapol: l. 43 libr: 3.* meretricibus accenset etiam eam, quæ quæstus gratia unum tantum admisit virum, ut ea, cum qua rem habuit Simson, *Iud. 16.* quam quidam *Cauponam* fuisse nugantur, quia *Deut. c. 23.* præcipitur, ne sit ulla meretrix aut prostituta in Israël. Distinguendum enim est inter meretricem publicam seu publicum scortum, quæ palam quæstum facit, & inter impudicam mulierem, quæ vel libidinis, vel quæstus gratia volutat se in thoro illicito. Inter secretas & publicas meretrices, ait Nervis: *sylv: nupt. libr. 1. n. 19.* tantum interest, quantum inter milites & grassatores, justumque bellum & latrocinium, quorum alter palam in aciem prodiens committit prælium, alter verò, quia ei tantum non est animi, clanculum sine signis latrocinatur. Concubina verò nec quæstus, nec vagæ libidinis gratia, uni saltem viro, instar justæ uxoris cohabitat, cujus munia etiam exequitur.

19. *Quid pellex.* Antiquitus eam dictam fuisse *pellicem*, à Græco, παλλακίς, testatur Masurius Sabin. & Cn. Flaccus *in l. 144. de verb: signif.* quæ scilicet *cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat*, seu ut ait Flaccus, *quæ uxoris loco sine nuptiis in domo est.* Sic Plinius *libr. 35.* Campsacem vocat pallacem Alexandri, & Sueton. *in Vespasian.* ait *Vespasianum in locum defunctæ Canidis multas pallacas substituisse*, quo-

quorum sermonem nimis redolere antiquitatem dicit Connan. Festus tamen Pompejus pellicem appellat, *quæ alienis uxorem habentibus succumbit*, a *pelliciendo*, in fraudem, vel *pellendo*, à marito, nominis derivationem accersens. Gellius *libr: 4. c.3.* etiam antiquissimo sermone, *pellicem appellatam probrosamq; habitam, quæ juncta consuetaque esset cum eo in cujus manu mancipioq; alia matrimonij causa foret*, hac *antiquissima lege* ostendit, *quam Numæ Regis fuisse accepimus. Pellex ædem Junonis non tangito: si tangit, Junoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito.* Concubina enim, uno viro permissu legum contenta, tam probrosè à sacris & templo Junonis abacta non fuisset. Flaccus tamen significationem hanc posteriori tempore accessisse putat, eamque pluribus probat Laurent. Valla *libr: 6. Elegant. cap. 48.* Ex quibus omnibus apparet, quantum intersit, inter meretricem, pellicem, concubinam, quæ uno capite pariter condemnandæ non sunt, quia concubina, quoad Essentiales actus conjugii, non differt ab uxore, & propterea concubinæ Sanctis Patribus, conniventia Dei, perinde permissæ fuerunt, ut plures legitimæ uxores.

CAPUT



CAPUT V.
DE SOLUTIONE MATRIMONII.

SUMMARIA.

1. *De conjugalis contractus perpetuitate.*
2. *Utrum Matrimonium morte solvatur.*
3. *De Reiteratis nuptijs.*
4. *Utrum viduis liceat nuptias intra annum luctus repetere.*
5. *Utrum ducenda vidua, & de incommodis secundarum nuptiarum.*
6. *Secundas nuptias honestas esse, & nullo vitio laborare.*
7. *Vtrum vinculum matrimonij in hac vita solvi possit.*
8. *De adulterio quid sit, & utrum capitis supplicio puniri debeat.*
9. *Vtrum maritus rectè faciat, si uxorem, culpa adulterij remissa, retineat, & viceversa, si uxor marito cohabitare pergat.*

SECT. I.

De conjugalis contractus perpetuitate.

1. *Conjugij contractum perpetuum esse & indissolubilem.*
2. *Cujus sponsos nexu quodam intricato monere voluerunt Romani & Turcæ.*
3. *Quo pertinent verba in definitione: consortium omnis vitæ.*
4. *Quid sibi velint verba: Omnis vitæ.*
5. *Matrimonium non esse perfectum, nisi contrahatur eo animo, ut sit perpetuum.*
6. *Quid significet vocabulum: Omne.*

Conjugij contractus perpetuus.

MAtrimonii contractum, quem huc usq; secundum Essentiam, & personas stipulantes, pertractavimus, perpetuum & indissolubilem esse, tum prima ejus in Paradiso institutio, qua duo jubentur abire in carnem unam, *Gen.* 2. tum evidentia Christi, & Apostoli Pauli præcepta, *Matth.*

Matth: 5. & 19. Marc: 10. Luc. 16. ad Rom: 7. 1. Cor: 7. docent, quando mœchari dicitur, quicunq; dimissa uxore aliam ducit, aut qui dimissam ab alio ducit, nisi in casibus *Matth: 5. & 1. Cor. 7.* exceptis. Apud Romanos olim sponsa cingebatur nodosissima ex lana Zona, sponso magna cura solvenda, ut, dum illi solvendæ incumberet, quam indissolubili nodo sponsæ annexus esset, admoneretur, *Panciroll: lib: 1. Memor.* cujus rei causa Turcæ etiamnum hodie novas nuptas ocreis perplexis & corrigiorum inextricabilibus involutionibus induunt, nexusq; perpetui sponsum signo hoc admonitum volunt. *Menav: in hist: Turc:* Bœoti axem, quo vecta erat sponsa in domum mariti, comburebant, sicut Scipio naves ad littora Aphricæ, ne milites aliquò oculos animumq; reflectendi, & desperatis per ignaviam rebus sese recipiendi copiam haberent, nec deducta mulier, unde venerat, redeundi viam sibi relictam arbitraretur. *Plutarch: in probl: Rom: c.28.* Antiquitus post benedictionem conjuges una vitta, quasi vinculo copulabantur, ut autoritate divina sub idem jugum se coactos intelligerent, non distinguendos ab invicem, nisi ejus nutu, qui copulam injecerit, *ex Isid: 2. de off: Eccl: c.15. c. fœminæ. 3.q.5.*

2. *Cu us signa ex h storia Roman: Turcor. Ecclesia pri. mit: Bœotor.*

3. ICtus in definitione nuptiarum id expressisse putatur per hæc verba: *Consortium omnis vitæ*, nisi per vitam accipere malis, victum, & fortunam, & vitæ genus, ut uxor consors fieri cogatur omnium eorum, quæ marito obveniunt, sive bona, sive mala, *l. si cum dotem 22. §. si maritus. solut: matr:* quia de jure civili Roman: licebat vel viro ab uxore, vel uxori à viro divortium facere quavis levi de causa. *Borcholt: de grad: in princ:* Sed licet Modestinus vinculo perpetuo non potuerit conjuges illigare, reclamante recepto ejus ætatis more, tamen quid vetet, si eum ad destinationem animorum respexisse dicamus, *cum Cujac: in not: post: ad Inst. 1. de patr: potest. per l.1. de jur: dot: junct: l. 24. sol: matr: cum ibi not:* quia nisi in perpetuum vinculum consentiant conjuges, perfectum matrimonium inire nequeunt, sicut nec perfectum divortium accipit Cajus, *l.2. de divort:* nisi in æternum dissentire sibi proposuerint, *Anton: Fab: Iurisprud: Pap: t 9. de nupt: princ: 2. Illat: 16.* Ad tempus enim matrimonium non contrahitur, quod Majores nostri, *dicente Cicer: 6. de Rep:* firmiter stabilitum esse voluerunt. Rectè hanc sententiam assecutus videtur Theophilus, quando *individuam vitæ consuetudinem promitti* ait, & Justinianus item vocavit conjugium *Individuam vitæ consuetudinem*, scil: ex intentione & animo contrahentium. Nam quod divortia ex conniventia prætorum

4. *Quid sibi velit: Omnis vitæ.*

5. *Matrimonium non contrahitur ad tempus.*

per accidens accesserint contractus naturæ, ex animo per se æstimandæ nihil detrahit. Connanus tamen *lib. 8. Comm. c. 4. n. 1.* Vocabulum *Omne* huic interpretationi repugnare dicit, cum eo sensu Modestinus dicere debuisset: *Totius vitæ*. Cæterum, quod Arist: *5. Metaph: text: 31.* apud Græcos πᾶν sæpe usurpari pro ὅλῳ dixit, id usus confirmavit etiam in lingua Latina, ut ex Cicerone demonstrat Fonsec. *in com. d. tex. 31.* Sic enim Virgilius dixit: *Et nunc omnis humo fumat Neptunia Troja*. Item. *Omne mihi visum considere in ignes Ilium*. Sic Horatius: *Non omnis moriar, multaque pars mei vitabit Libitinam*. Sic rectè ni fallor, dicimus; *Omnem* vitam nostram transigi in calamitatibus, pro *tota*, quam diu durat, vita.

6. *De vocabulo Omne.*

Vtrum Matrimonium morte solvatur.

SECT. 2.

1. *Opinio quorundam, qui negant conjugium morte extingui.*
2. *Quibus consentit nimius quarundam mulierum amor.*
3. *Intemperantiæ signum esse reditum ad nuptias.*
4. *Cur voluerint vel coacta sint Indorum mulieres viris commori.*
5. *Error Montani.*
6. *Rejicitur.*

1. *Opinio eorũ qui conjugiũ protendunt ultra mortẽ.*

REquiritur igitur ad matrimonium perpetua vitæ conjunctio, quemadmodum Anchises Venerem in thorum accipit cum his verbis: *Mea mulier vocaberis diebus omnibus*, *apud Hom: in hym. Ven.* sed vitæ tantum. Nam qui nexum conjugii extendunt in infinitum, & obligare putant etiam post mortem, vana superstitione & pii amoris prætextu veritati & sacris literis illudunt, quemadmodum Dido, perfidia Æneæ inflammata, pœnitentiaq; temerarii amoris ducta, *apud Virg: 4. Æn.* ait:

2. *Didon.*

Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores
Abstulit, ille habeat secum servetq; sepulcro.

Artemisia.

Artemisia, quæ Mausolum virum amasse fertur supra omnes amorum fabulas, ultraq; affectionis humanæ fidem, cum luctui atq; desiderio vita defuncti satisfacere nesciret, ossa cineremq; eius, mista odoribus, contusaq; in pulveris faciem, aquæ indidit, ebibitq;, multaq; alia violenti amoris indicia fecisse dicitur, non tantum, quod preciosius sepulcrum suo corpore sesenon posse excogitare crederet, sed etiam, ut mortuus in corpus

pus consumeretur, qui vivus ipsi tantùm cohabitarat. *Gell.lib.10.c.18.* Portia Catonis filia, Bruti uxor, postquam maritum gladio incubuisse resciverat, cui se non concubinam, sed uxorem, omnis fortunæ participem, datam noverat, nullo conatu averti potuit à proposito, comitem sese viro addendi, & cum ferrum & venena negaret amicorum sollicitudo, vivis prunis animo satisfecit suo, *Plutar: in Brut: Deliberata morte ferocior, ut ait Horat. de Cleopatra, lib.1. Od.37.* quæ & ipsa, sive ut eodem cum Antonio conderetur tumulo, sive invidens Portia.

Privata deduci superbo
Non humilis mulier triumpho, non muliebriter

expavit asperos serpentes;

ut atrum
Corpore conbiberet venenum. **Plutarch. in Anton.**

Senecam quoque comitari voluit uxor, *Grüt: in vit. Sen:* & consimilia exempla plurima suppeditat omnis historia. *Existimabant enim,* ut ait Valer. *li.2.c.1. eum præcipuè matronæ sincera fide incorruptum esse animum, qui deposita virginitatis cubile pudicum egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi legitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes,* Portia Catonis filia, laudantibus quibusdam mulierem, quæ secundò nupserat, *Tacete,* inquit, *Nam neq; felix, neq; benè morata, aut pudica potest esse fœmina, quæ secundò nubit.* Qua de causa & ipse *li. 2. c.6.* & Ælian. *libr. 7. c. 18.* Indicas mulieres commendat, quarum amorem & consuetudinem sic expressit Propert. *libr. 3. Eleg. 12.*

3. Reditus ad nuptias nota intemperantiæ.

4. Cur Indorum mulieres voluerint viris commori.

Ubi mortifero jacta est fax ultima lecto
Uxorum fusis stat pia turba comis,
Et certamen habent lethi, quæ viva sequatur
Conjugium, pudor est, non licuisse mori:
Ardent victrices & flammæ pectora præbent,
Imponuntq; suis ora perusta viris.

Strabo tamen originem vivæ hujus sepulturæ refert non ad conjugalem amorem, sed legem à Diodor. Siculo quoque relatam *libr: 17.* qua id injunctum fuisse scribit fœminis ad supprimendũ usum Veneficiorum, quibus solebant uxores maritorum vitis insidiari. *lib. 15.*

5. *Error Montani.* Affectum hunc & fidem, quam vocant, conjugalem, tanti faciendum putarunt multi ex Christianis, ut licet voluntariam mortem nemini imperarint, liberum tamen à fide stipulata & vinculo matrimonii alterum conjugum negarint, quam diu alter superstes in hac vita esset. Nam ne morte quidem, licet sit ultima linea rerum, & omnia finiat, nodum conjugii dissolvi, quem errorem Tertull. *de Monogam.* Hieron. *Epist: 9.16.11.* ex Montani schola arreptum, ad sententiam contra secundas nuptias pronuntiandam, adhibuerunt. Cur enim sub titulo honestæ fornicationis traducantur, si vinculum matrimonii morte ruptum, & ad primam libertatem relapsa est persona superstes? Paulus præcipit viduæ, ut nubat in Domino: *1. Cor. 7.* An verò præcipit honestam fornicationem,

6. *Rejicitur.* quæ necessariò perpetratur cum persona alterius fidei per promissa matrimonialia illigata? Aut quomodo nubet in Domino, cui Dominus vinculum nubendi non relaxavit? Disertè verò addit Apostolus, promissa de fide servanda uni viro expirare & soluta esse per mortem, adeò ut sine omni probro adulterii sui potestatem novo proco vidua facere queat, ut latius explicat idem, *ad Rom: 7. in pr: 1. Timoth: 5.* quæ loca adeò manifesta sunt, ut posteriores, licet secundarum nuptiarum infamiam inde introductam probarint, amore cælibatus & odio conjugii: callidè tamen fundamentum hoc occultarint, & nuptiarum reiterationem ex alio capite, legitimæ scilicet intemperantiæ, damnare maluerint, de quo consequens est, ut subinde videamus, cum ejus opinionis reliquiæ in Papatu non obscurè effloreseant, licet ejus ascriptitii aliud agere videri sedulò velint.

SECT. 3.

De reiteratis nuptiis.

1. *Condemnationem secundarum nuptiarum ortum traxisse ab Ethnicis.*
2. *Explicatur locus quidam Publij & Martialis.*
3. *Ethnici repulerunt bis nuptos à sacerdotijs.*
4. *Unde irrepsit error in Ecclesiam.*
5. *Cui frustrà manum supponere nititur Bellarm:*
6. *Qui ex patribus durius locuti sint in bigamos.*
7. *Bellarminus inurit secundis nuptiis notam turpitudinis.*
8. *Ideoq; redarguitur.*
9. *Non possunt damnari secundæ nuptiæ, quin damnentur & primæ.*
10. *Interdictum secundum nuptiarum probatum ab Impp. Orientis, & Muscovitis.*

Secundæ

SEcundæ & tertiæ nuptiæ ceperunt primùm apud Ethnicos, mox etiam in Ecclesia intemperantiæ infamia laborare. Pausanias enim *libr. 2. Gorgo* ait, *prima secundas nuptias inyt. Ante sanctum habitũ, ne quã iterum nuberent.* Tacitus *de morib: Germ: Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum Virgines nubunt, & cum spe votoq; uxoris simul transigitur, sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamq; vitam: nec ulla cogitatio ultra, nec longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.* Valerius *lib. 2. c. 1. n. 3. Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur.* Notum est illud Publii, *quod huc affert Gentil: libr: 6. de nupt: c. 22.*

1. Ethnici ceperunt primum secundas nuptias dãnare.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Sed videtur taxare potius crebra divortia & post ea nuptias iteratas, dum addit:

Mulier, quæ nubit multis, multis non placet.

Easdem enim insectatur Martialis *libr. 8.*

Julia lex populis ex quo, Faustine, renata est,
Atq; intrare domos jussa pudicitia.
Aut minus, aut certè plus quam vigesima lux est,
Et nubit decimo jam Thelesina viro.

Zasius *in l. divortio. 19. de V. Oblig:* Gallam uno die à septem maritis, quibus se supposuerat, divertisse ex Epigrammatibus Martialis scribens, videtur respexisse ad hoc distichum *lib: 9. Epigr. 80:*

2. Explicatur locus Martialis.

Funera post septem nupsit tibi Galla virorum,
Picentine, sequi vult, puto, Galla viros.

Quibus tamen versibus non fit mentio divortij, sed insectatur Poëta Veneficum, cui Galla Venefica itidem post septem virorum sua arte procuratam necem tandem nupserat, & nunc illi addit expectandum, quo erga maritos peccaverat. Alibi vero reiteratas nuptias vocat adulterium legitimum *lib: 6. Epigr: 7.* dum ait:

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est,
Offendor mœcha simpliciore minus.

Corneliam Gracchorum matrem laudat Plutarch. *in Gracch:* quod experta à Ptolomæo maluerit vidua manere, quam regina fieri. Viduitas enim *genus pudicitiæ* dicitur, *Quint. declam. 306.*

3. Sed ut ad rem redeamus, & secundarum nuptiarum ignominiam ex suis Autoribus pertexamus, Servius notat, bis nuptos ab Ethnicis repulsos fuisse à sacerdotio, *in ill. Virgil: Huic uni forsan poteram succumbere culpæ*, nec dubitant Pighius & Bellarm. hoc exemplo uti ad stabiliendum interdictum concilii Tridentini de digamia sacerdotum. Hieron. apertius: *lib. 2. contr. Iovin. Vnicubæ semper inter mulieres habitæ fuerunt. Per quas fortunæ muliebri sacra fierent: Nullum sacerdotem digamum, nullum flaminem bimaritum leges.* Nefas enim erat Flamini ab uxore divertere: quin etiam ea mortua sacerdotii se sanctitate abdicabat, ut ex Plutarch. citat Connan. *libr. 8. c. 7. n. ult.* & ratione addit ex sua suspitione: *Quia nec illi sine uxore, nec eidem rursum cum secunda uxore sacerdoti licebat esse.* Marcellinus interpres Hermogenis περὶ σάσεων ait: Νόμος, τὴν τρὶς γαμηθεῖσαν, ἄτιμον εἶναι. Ex hac radice enatus fuit error Montanistarum & Novatianorum *Theod. libr. 3. de fab. hær.* damnatus in Concilio Nicæn. *Can. 8.* quod secundæ, & multò magis tertiæ quartæque nuptiæ infamia incontinentiæ laborent, & repleant domum funestis calamitatibus, quas graphicè exaggerat Hieron. *ad Furiam.* Tertullianus *in libr. de Monogam.* id sibi unicè propositum habet, quo sub crimine intemperantiæ reiteratas nuptias traducat & proscribat, cujus vestigiis reipsa & argumentis, insistit Hieron. *contra Iovin:* licet verbis dissentire velle videatur. Protestatio enim hæc: *Non damno bigamos, imo nec trigamos.* &c. *ad Pammach.* Item: *Damnamus secunda matrimonia? minime. Abijcimus de Ecclesia Digamos? Absit, ad Geront.* contraria facto est & verbis ubiq; sequentibus, *libr. 2. contr. Iovin. & ad Salvin. Immundis* n. *animalibus, & serpentibus in arca Noæ, vasis dedecoris & matulis* comparat digamos, *ad Geron.* & ubicunq; nuptias repetentem se *prostituere* scribit & *pænitentia egere. In Iovin.* Audacter autor ille, qui sub Chrysostomi nomine circumfertur, *hom: 32. in c. 19. Matth: relatus in c. hac ras 31. q. 1. licet ob incontinentiam hominum secundas nuptias præceperit Apostolus, quod tamen re ipsa sint vera fornicatio.* Non potest

4.

5. *Bellarmini vanus prætextus.* Bellarm. *c. 9. de Matrim:* antiquam gl. hic repetere, quasi sermo sit de nuptiis reiteratis, viva priore uxore, quia eas Apostolus non præcepit. Nec apposite eandem accommodat, *ad Can. 3. & 7. Concilij Neocæsariensis*, ubi per longū tempus pænitentia indicitur secundis nuptiis, & celebritati earum prohibetur presbyter interesse, quia de adulteriis gravius statuendū esset,

esset; & Concilium Laodicenum, *Can.* 1. mitigaturum severitatem Neocæsariensis, legitimas quidem sancit esse iteratas nuptias, seu, *ut Hieron. ait*, licitas aut extra legis pœnam, pœnitentia tamen expiandam illarum intemperantiam. Adulteria verò, seu plurium simul uxorum cohabitatio nunquā probata, licita, aut concessa fuit ab Ecclesia. Cogitur deniq; quod res est, confiteri, patrum quosdam secundas nuptias scandalo & incontinentiæ nota non carere arbitratos fuisse: quemadmodum ex *Hieron: contr. Iovin: ad Salv: Fur: Geront:* abundè patet. Origenes ait *in Luc. Non ignoramus, quod tale conjugium,* (intelligit secundum, tertium) *rejiciat nos de regno Dei.* Clemens 3. *Strom.* secundò contrahentem non peccare quidem dicit contra legem, cum Paulus id ex venia concedat, *non tamen implere perfectionem Evangelij.* Liber Clementi ascriptus *de Cann. Apost. lib.* 3. *Can.* 2. cum dixisset, secundas nuptias post ἐπαγγελίαν, id est, postquam vidua fidem suam firmarit servitiis Ecclesiæ, illegitimam, alias licitam esse, addit: Τριγαμία δὲ ἀκρασίας σημεῖον. Τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν τριγαμίαν προφανὴς πορνεία καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολος. Ὁ γὰρ θεὸς μίαν γυναῖκα ἑνὶ ἀνδρὶ ἔδωκεν ἐν τῇ δημιουργίᾳ· ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. quasi non hac ratione conjunctio ipsa secundarum etiam nuptiarum tolleretur & tertiò, quartòve conjuges non essent una caro &c. Athenagoras *in Apol. pro Christ.* ait; εὐπρεπὴς μοιχεία, ὁ δεύτερος γάμος. Nazianz. & Ambrosij dicta profert Cujac. *de sec. nupt.* Illius *ex orat: in dict: Evang: Primæ nuptiæ legis, secundæ indulgentiæ, tertiæ prævaricationis, & vile est, quod ultra est.* Hujus vero: *A Deo primæ nuptiæ sunt, secundæ verò permissæ sunt. primæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundæ autem, & in præsenti carent gloria.* Idem quando dicit, indignum ad sacerdotium fieri digamum, & ob hanc causam etiam, quod licitū est, propter sublimitatē ordinis, à futuro Episcopo sperni vult, 1. *Tim.* 3. turpitudinē secundarum nuptiarum satis prodit, quam dissimulare Bellarm. tandem non potuit, quando eas quidem sacramento prorsus non carere, sed perfectione Sacramenti scribit, *c.* 9. *de matrim: in fi:* In *c.* 24. verò *de Clericis*, apertè inter crimina, quæ reprehensibilem aliquem faciunt, digamiam numerat, & eam postponit adulterio & concubinatui, quia ex sua natura signum est incontinentiæ magis diuturnæ, firmiusque inhærentis. In omni enim conjugii repetitione præsupponit incontinentiam, quam deteriorem fieri diuturnitate in conjugio, quam in adulterio & concubinatu, sceleste docet, cum hac ratione

6. *Patrum quorundam sententia, de bigamis.*

7.

8.

ex

ex professo damnetur omne conjugium, & pejus habeatur adulterio & concubinatu, quia Paulus incontinentes, seu qui continere nequeunt, illigat conjugio. Si durante conjugio, illi non cessant esse incontinentes, tanto gravius peccant, quantò diutius incontinentiæ in conjugio frena laxant. Quod si verò desinunt manere incontinentes, postquam ustionis flammam honesto sacroq; matrimonii refrigerio extinxerunt, quid causæ cur non eundem effectum habeat secundum conjugium, quod Paulus, tam viduis, quam cælibibus, loco remedij præscribit. Improbè igitur Bellarmin. Incontinentes vocat & crimine probroso notat, qui ad restinguendam incontinentiam, remedio divinitus præscripto utuntur. Quantò magis adulteris & concubinariis, ex hac Bellarmini sententia, deteriores erunt sacerdotes Pontificii, qui, cum dono continentiæ destituantur, sine matrimonio, vagis libidinibus animum & fortasse etiam corpus pascunt, quia, quam diu vegeto vivunt corpore, naturaliter generationem appetunt, & internis cum cupiditatibus intemperanter luctantur.

9. *Cum secundis nuptijs damnantur simul primæ.*

Qui enim sic vivunt, incontinentes vocantur, non qui appetitui legitimis remediis satisfaciunt. Rectè igitur Beza, *de polygam.* secundas nuptias moraliter improbari posse negat, quin simul improbentur primæ, idque patere puto ex disputatione & fundamentis Hieronymi, & ex solutione argumentorum Tertulliani *de Monag: & libr. ad uxor.* Nihilominus opinio hæc, de incontinentia reiteratarum nuptiarum, ita pervagata est Orientem, ut Leo *Nov: 90.* secundis utcunq; conniverit, tertias verò, ut sordes, prohibuerit. *τὸ πρῶτον συνοικήσιον, νόμος, τὸ δὲ δεύτερον, συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία χοιρώδης: τὸ τέταρτον, θηριώδης βίος.* Citat Andradius Constantini Porphyrogenetæ constitutionem, qua tertiis nuptijs

10. quinquennalis excommunicatio imponitur. Et multos Imperatorum à Patriarchis excommunicatos fuisse, quod ad tertia vota properarent, *ex Zonar: in Roman: Diog. & passim in hist. Item ex Diac: patet.* Nicephorum Phocam Patriarcha Polyeuctus à nuptiali benedictione repulit, nisi prius pœnas subiret repetiti matrimonii. *Zon: in Niceph: n. 2.* Unde cum religione error hic defluxit ad Muscovitas, apud quos ad secunda vota utcunq; transire fas est: tertia non patent, nisi ex causa ardua: quarta verò habentur pro hæreticis. *Sigism: Baro in relig: Muscov:*

SECT. 4. Utrum Viduis liceat intra annum luctus nubere.

1. Libido in repetitis nuptijs meritò damnatur.	*2. Festinatio ad secunda vota ante annũ luctus multatur infamia à ll. & CC.*

3. Ratio

3. *Ratio interdicti, ne turbetur sanguis.*
4. *Cui princeps derogare potest.*
5. *Canones delent infamiam, quam inusserunt ll. civiles.*
6. *Sed inauspicatò ducuntur ex sacris literis.*
7. *Aut ex libertate matrimonij.*
8. *Legibus civilibus subscribit publica honestas.*
9. *Malè præsumitur de mulieribus facilè ad secunda vota properantibus.*
10. *Nec facilè connivendum nimiæ mulierum levitati.*

NOs verò ut aliorum opiniones tandem ad calculos revocemus, libidinem, quæ se prodit temeraria festinatione, seriò damnandam putamus, cum eadem improbanda quoq; sit in primis nuptiis: & leges Imperatoriæ nubentem mulierem intra annum luctus infamia notant. *l.2.C. de sec.nupt: Harmenop.4.t.6.* quod & antiquis Canonibus videtur, *c.2.3 q 7.* licet posteriores infamiam detrahant. *c.pen.& c.fin.ubi Panorm: de sec: nupt.* Canuti Daniæ regis legem Anglis olim latam recenset Guil. Lambert. *in Archaon. Mulieres viduæ bis senos menses exigunto, atq; tum demũ, cui volent, nubant. Si qua ante annum nupserit, dote multetur, fortunis omnibus à priore viro relictis privetur. Eaq; omnia cognatione proximus habeto.* Divus Adrianus virum, qui alienã uxorem in domũ deduxisset & inde marito eius repudiũ misisset, etiã in trienniũ relegavit. *l.8. de divort.* Julius Cæsar nuptias diremit prætorii viri, qui digressã à marito, post biduum statim duxerat, quod inter severas Cæsaris sententias refert Sueton. *in Cæs:* cum ex jure communi infamia matrimonium notari potuisset, sed non dirimi. Eadem autem ratio vetat mulierem decem menses, aut annum expectare, sive divortio, sive morte viri soluta sit, *l. consensu.C. de repud.* ne scilicet turbetur sanguis, dum ipsa virum admittit, utero forte gerens. Dubium quippe erit, utri soboles adjudicari debeat, & neutrius fore censet Alciatus, quæ utriusq; esse potuit. *9.Parerg. c.12. & 3.præsum. 37.* Hanc enim rationem leges ipsæ assignant, *propter incertum uterum*, & proinde Imperatores sumserunt sibi licentiam intra legitimũ tempus concedendi potestatem repetendi nuptias, si gravida peperisset, & reconvaluisset, *l.10.& 11.de his, qui not. infam.l.15.C.de caus. ex quib: infam. irrog.* Eamq; respexerunt Pontifices, *consulti ab Augusto per ludibrium, ut ait Tacit. an concepto, nec dum edito partu Livia Drusilla, ex matrimonio Tiberij Neronis abducenda ritè nuberet, cum responderent: Id ita licere, si, partus cujus esset, non dubitaretur*, Dion.in August. Sueton.

1. *Libido in repetitis nuptiis meritò damnatur.*

2.

3. *Ratio interdicti, ne turbetur sanguis*

4. *Cui derogare princeps potest.*

ron.c.62. Caligula item cum justitium edixisset, ut omnes interessent spectaculis, & luctus omnium prohibuisset, facta etiam copia mulieribus nubendi intra legitimum tempus, excepit, *dum ne essent gravidæ. Dion. lib. 57.* quod tamen ipse sibi imperare non potuit, cum è thalamo Pisonis, calentem à marito Cæsoniam, & utero gerentem raperet, summumq; sibi matrimonium diceret exemplo Romuli & Augusti. *Sueton. in Calig.c.25.* imò etiam Pompeij, qui Æmyliam, *Plut. in Pomp.* & Antonii, qui Octaviam, *Dion. in Ant.* ea conditione accepit, & Tiberii, qui Agrippinam gravidam dimittere coactus fuit, cum sibi Julia Augusti filia obtruderetur. *Sueton. in Tib.c.7.* Sed exemplis vivendum non erat, verum legibus, quæ ob turbationem sanguinis, ne illam quidem ante tempus luctus, quod anno definitur, *l.2.C. de secund. nupt. Sen: Epist.63.* nubere sinunt, quæ virum ob maleficium elugere non tenetur, *l. liberorum de his. qui not: infam:* Nam remisso luctu, non statim remissum est interdictum de non nubendo, quod ille ad amorem & honestatem, hoc ad suum cuiq; sanguinem illibatum servandum pertineat.

5. *Canones revocant infamiam.* Nec video, quomodo ex dicto Apostoli *Rom.7. & 1. Cor. 7.* Canones *c. Euphemium 2.q.3.c. cum secundum. de sec: nupt.* pænam hanc, sive notationem revocatam esse contendant, quam communẽ opinionem dicunt Abb. *in c. Ecclesi: de constit: in repet: n. 20.* Johan: Garonis *in rep: rubr. C. de sec. nupt: Sylva Nupt: lib: 2. n.78. Covar: part. 2. de Matrim: c.3. §. ult. n.6. & 7. Corras: 3. Miscell. c.1. n.6.* & eruunt ex *Panorm. Innoc: Iohan: Andr: Praepos. in c.*

6. *Malè deducti ex sacris literis.* *fin: de sec. nupt. gl. fin. in c. fin: 2.q. 3.* Paulus quippe viduæ facit libertatem nubendi, cui voluerit, ᾧ θέλῃ, non quando voluerit. Sed fac ab eo potestatem nubendi concedi, etiam quo tempore voluerit, semper tamen publica honestas præsupponenda est, contra quam Apostolus nihil voluit disponere. Nec enim patri, fratri, aut aliis ex vetitis gradibus nubere licet mulieri, quia Apostolus dixit: *Nubat, cui volet.* Et ad hoc argumen-

7. tum Canonistarum, de impedita libertate matrimonii per pœnæ hujus irrogationem, quo pugnat Alphons. de Castro, *de hæres: verb: nupt.* Covar: *d. §. ult: n.6.* jam supra respondimus. Nulli enim libertatem matrimonii audacius tollunt, quam qui eam frequentius in ore ferunt. Si enim libera debent esse conjugia, & ἐλευθέρα ἐστὶ γυνὴ, ᾧ θέλει, γαμηθῆναι, cur tot gradus à Canonibus pro vetitis habentur? cur cognatio Spiritualis, & professio religionis matrimonia dicuntur impedire? cur sacerdotibus interdicitur hodie nuptiis prorsus, cum olim tantùm impuræ haberentur tertiæ & quartæ? imò cur ipsæ secundæ in sacerdotibus traducuntur, ut

illicitæ

illicitæ, & Laicis ipsis vitio vertuntur, tanquam imperfectione Sacramenti & vitio morali suspectæ, ut nullus eorum diffiteri potest, qui contra Digamiam sacerdotum scribunt. Hoc certè est sine causa libertati matrimoniorum insidiari, cum interim leges, intra annum luctus ad nuptiarum novarum repetitionem, præproperam festinationem, ex causa optima damnent, scil. ut vitetur commixtio sanguinis, & constet de prolis certitudine, cui robur & firmamentum adjicit altera ratio, ex publica honestate petita. Baldus enim festinantiam hanc vocat *evidens malorum morum argumentum*, l. 2. C. de sec: nupt: & Canonistarũ sententiam improbat, *l. 1. C. Eod: & in l. liberorum. §. 1. de his qui not. infam: Corneus. consf: 21. in 1. vol: col: 3. Salic: in l. decreto. C. ex quib: cauf: infam: irrog. Molin: ad Alex: consf: 3. consf: ult. Connan: libr: 8. comm: jur: civ: c. 7. n. 4. Cujac: de sec: nupt. 21. obs: 12. Alber: Gentil: lib. 6. de Nupt. c. 22. Cypr. de Sponsf: c. 13. § 91. 92.* Seneca *Ep: 63.* quando ait: *Viris certum lugendi tempus non præfinitum, quia nullum honestum*, ob honestatem ad luctum compelli mulieres, subindicat. 8. *LL. civiles probantur ex publica honestate.*

Rarò enim absunt præproperæ nuptiæ, à suspicione stupri, aut veneficii, *ut ait Connan.* aut, *ut Gentil. præsumitur libasse antea, qui tantopere festinat.* Ingrata quoq; est mulier, quæ memoriam & familiam primi viri tam temerè obliterat, imo injuriam infert defuncti manibus, *Cerras: lib. 3. Miscell. c. 1. n. 15.* & contristat animam in sepulchro. *Novell. 22.* Nec amasse ex animo eum præsumitur, cujus memoriam effert cum cadavere. Valeria, Messalæ soror, cum à propinquis rogaretur, cur amisso viro nulli nuberet: *Virum sibi semper vivere* respõdebat, & Portia Catonis filia, *neq; felicem, neq; benè moratam, aut pudicam posse esse fœminam, quæ secundò nuberet*, dixit. Nimis quidem duriter, si cuivis mulieri ex sua severitate legem ponere voluerit, sed piè & verè, si nos id trahamus ad nuptias nimium festinatas. Nam quæ sic festinat, neq; honestè agit, neq; pudicè. Pudica unum virum unicè diligit. Unicè autem non dilexit, quæ in alienum amorem tam facilè se induit, nec honestatis rationem habet, quæ sudorem adhuc calentem viri lugendum offert obducto rivali. Mobiles esse & in quamcunque partem flexibiles animos mulierũ Seneca docet *d. Epist. 63.* *Quam mihi ex mulierculis dabis, vix retractis à rogo, vix à cadavere revulsis, cui lachryma in totum mensem duraverint?* Levitatem autem hanc si confirmaveris licentia; qui omnes sumus deteriores, quota quæque mulier 9. *Mala præsumtio ex facili nuptiarũ repetitione.* 10. *Nec connivẽdum levitati muliebri.*

non paciscetur nuptias novas antequam paret tumulum marito, aut iisdem oculis, quibus deflet tumulandum, alliciet in thalamum noviter succenturiandum? quod an honestè fiat vel sine probro, nolim aliunde æstimare, nisi ex publica fama, & quæ vulgo circumferuntur in id genus præcoces nuptias, dicteriis.

SECT. 5.

Utrum ducenda vidua, & de incommodis secundarum nuptiarum.

1. *Duplici se labore onerat, qui viduam ducit.*
2. *Viduæ nunquam desunt querelæ.*
3. *Iocosa ratio Flacci.*
4. *Quare potius ducenda Virgo, quã vidua.*
5. *Quia Virgines mores facilius assuefiunt.*
6. *Senectutem esse morosam & amicitiæ ineptam.*
7. *Vetulas & senes in conjugium ferè asciscì non ex amore, sed lucri gratia.*
8. *Ad secunda vota transeuntem inferre liberis prioris matrimonij injuriam.*
9. *Novercas rarò benè velle suijpsius, nedum mariti ex priore matrimonio liberis.*
10. *Ius civile punire mulieres, quæ per secundas nuptias præjudicant liberis.*
11. *Nec id revocari à jure Canonico.*
12. *Incommoda alia secundarum nuptiarum ex Hieron.*
13. *Vtrum ob enarrata incommoda à nuptijs secundis prorsus abstinendũ.*

1. *Viduam ducens, duplici se onerat labore.* ALterum, quod in hac controversia concedimus Hieronymo, est de incommodis secundarum nuptiarum. Duplici enim se onerat labore, qui viduam ducit, quemadmodum Timotheus Musicus duplicem mercedem exigebat, à discipulis, alio præceptore ante se usis. Dedocendos enim prius dicebat, post docendos. Difficulter autẽ dediscitur, quod lõga assuetudo quasi vertit in naturã. Viduæ, inquit Liban. *in Ep. ad Phrem.*

2. *Viduæ querulæ.* *nunquam desunt querelæ, se primo marito fuisse cariorem.* Sicut autẽ rivalem æmulum naturali odio aversamur: ita nihil ingratius audimus, quam virtutes primi mariti nobis commemorari.

Nam istac commemoratio

Quasi exprobratio est, Terent. in Andr: Act. 1. Scen. 1. & contentioni novercali non rarò occasionem præbet. Atheniensium Rex Sacrificulus non poterat, nisi Virginem ducere, propter verba, quæ ab ipsius uxore in sacris erant pronuncianda, *Demosth.* κτ̃ νεαιρ. credo etiam, ut pacatius viveret, & minus infelici matrimonio cæteris scandalo esset. Iocosam

ſam cauſam aſsignare ſolebat Verrius Flaccus Iuris Pontificii peritiſſimus, *quare viduas magis quam virginibus idoneas eſſe ferias ad nubendũ vetuſtas crediderit, ſiquidem nuptijs copulandis Kalendas, Nonas & Idus religioſas, id eſt, devitandas cenſuerunt, quod hi dies prater Nonas feriati eſſent: Quia ſcilicet ferijs tergere veteres foſſas liceret: novas facere jus non eſſet. Macrob. 1. Satur. c.15. in fin. Alex: ab Alex: genial. dier: lib.2.c.5.* Germani dicere ſolent. *Foſſam ſacram eſſe, qua vivum hominem abſorpſit, nec facilè tentandum gurgitem, in quo quem ante te periclitatum videris.* Joſephus *4. Antiq: c.8.* ex lege Moſaica obſervat ducendam eſſe Virginẽ, quod adeò notum & ab omnibus conceſſum putat Euſeb. *5. præpar. Evang.c.10.* ut Apollinem rideat, qui quærenti alicui, *utrum Virgo potius, quam vidua ducenda*, quaſi magnum quid ex tripode reſponſurus, Virgini palmam dederat præ vidua. Heſiodus *libr.2.Oper.& dier.* rationem adjicit, quam repetit & explicat *Ariſt.1.Oecon. c.3.* Ait enim: 3. *Jocoſa ratio Flacci.* 4. *Cur potius ducẽda virgo.*

παρθενικὴν ὃ γαμεῖν, ὡς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.

Sequax enim eſt juvencularum, & nulla conſuetudine præoccupatarum ingenium, quod inſtar ceræ mollis, leni digitorum appulſu, in quamcunque efformari poteſt effigiem, & mobili ſtat loco, inclinaturum, quò primo impulſu trahitur, quemadmodum Ulpianus ratiocinatur de mancipiis novitiis, quando ait: *Venditores plerumq; vendere veteranos pro Novitijs. Præſumtum enim eſſe, ea mancipia, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora & dociliora, & ad omne miniſterium habilia: Trita verò & veterana difficile eſſe reformare & ad ſuos mores aptare. l.37. de Ædil: edi: & redh: Pſyttacus Junior*, ait Apul. *in Flor: tantum diſcit: Senex indocilis & obliviosus eſt*: & notum eſt adagium de ſene Pſyttaco, quod negligat ferulas. Virgil. ex eadem ratione monet. *3. Georg:* 5. *Sequax eſt animus virginum.*

Jam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi,
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.

Philo *in libr. de Monarch:* tertiam hanc rationem affert, quare Pontifex Max. jubeatur tantum Virginem ducere: *Levit. 2. ut facilius moribus accommodaretur.*

Accedit, quod ſenectus ſuo ingenio ſit intractabilis, & ut ait Horat. *11.Od. 9. Moroſa*, eaq; de cauſa ad amicitiam, quæ non ſubſiſtit ſine volu- 6.

 ptate,

prate, minus idonea, ut docet Arist. *8. Eth. c. 3.* οἱ τοιοῦτοι, οὐδὲ συζῶσι μετ' ἀλλήλων. ἐνίοτε γὰρ οὐδ' εἰσὶν ἡδεῖς. οὐδὲ δὴ προσδέονται τῆς τοιαύτης ὁμιλίας, ἐὰν μὴ ὠφέλιμοι ὦσιν. Item, quod vetulas & ſenes rarò ex amòre perſonarum expeti videamus, ſed lucri gratia. Ex lùcro verò captata benevolentia non durat diutius, quam ſpes lucri avaro animo affulgeat, *ut docet ibidem Ariſtot.*

7. *Vetulas non ex amore, ſed peti ob lucrũ duci.*

Poſtquam jam in vetulæ ſinu pingueſcit laſcivus juvenis, & ſuæ poteſtatis fecit idipſum, cujus gratia amorem ſimulaverat, argentum quidem retinet, ſed odioſam uxorem dimiſſam cuperet. Quam cito enim aſpernati ſunt Romanus Diogenes Eudociam, Michaël Paphlagonius Zoën, Nicephorus Theophanonem, *Zonar: in hor: vitu*, Ottocarus rex Bohem. Margaritam Auſtriacam, *Munſt 3. Geogr:* licet integra Imperia & regna uxorum nomine lucrati eſſent. Henricus VI. coactus fuit bibere venenum, quod ipſi Conſtantia, quinquagenaria ex cœnobio extracta, propter adulteria propinaſſe creditur. *Cario libr. 4.* Solon vel ea de cauſa ex pingui vetulæ matrimonio reducendum putabat juvenem, ne otio inutili torpeſcens ſe ſaginaret, & neq; Reipubl. cives utiles propagaret, neq; eidem operis ſuis inſerviret, *Plutarch. in Sol:* Non deduco incommoda ex ſenum nuptiis confertim ſcaturientia, quorum nonnulla jam ſuperiùs tetigi, & *in priori edit. Polit: lib. 1. c. 3. pag 89. 90. 91.* ſed ad alterum progredior, quod his nuptiis improperat Hieron. *ad Furiam:* videlicet ad injuriã, quam ſecundis votis ſolet mulier liberis prioris conjugii inferre, de qua ſocerus quoque quædam accuſat nurum, *apud Caſſiod. libr. 4. var. Ep. 12.* quod *mariti poſtpoſita dilectione, novum matrimonium ſibi conſtituerit & dum ornatior cupit novis thalamis apparere. ſtuduerit prioris viri facultates evertere.* Juſtinianus dicit: Mulierem ad nuptias ſecundas tranſeuntem tria negligere & obliviſci: *Deum, memoriam defuncti, & amorem liberorum. Auth. de nupt.* Propterea & idem à tutela liberorum abigit mulieres, poſtquam ipſæ in autoritatem & tutelam novi mariti ſeceſſerunt, *§. quia verò. Vt ſine prob: mat: deb: col. 7. Auth. ſacramentum C. quando mul. tut: off. fung.* quia iis non amplius confidit, *l. lex quæ tutores. C. de adminiſtr. tut.* cujus rationem reddit Minerva *apud Homer: Odyſ: 15.* quod *oblita mulier liberorum & defuncti mariti, quærat tantum prodeſſe illi, cui cupit placere.* Cui enim non notum eſt *Novercale odium*, quod jam diu in proverbium abiit, Item, quod diem Novercam

8. *Digamã injuriam inferre liberis.*

9. *Novercale odium.*

eam, pro iniqua & infida dixit Poëta. Etearchum eò usque abalienarat noverca à filia, ut eam mercatori in mare demergendam tradi consentiret: *Herod. libr. 4.* quam ob rem, cum Pisistratus secundas meditaretur nuptias, meritò intercesserunt liberi & deprecati sunt: *Se virtuti operam daturos, ne quid in se desideraret*, quos tamen ille tacita commendatione delinitos, & quietos reddidit, cum responderet: *Nihil in vobis desidero, sed potius vos facto collaudo, quod plures mihi quæsitum eam tales liberos. Plutarch. in Apophth.* Antoninus Philos: quantumvis enitente Fabia, ut præmortuæ Faustinæ in conjugio succederet, concubinam tamen sibi tantum ascivit, procuratoris uxoris suæ filiam, ne liberis superinduceret novercam. *Capit: in Anton. Phil. in fin.* Usq; adeò *omnes*, ait Lucian. *in Abdic. arbitrantur privignos esse invisos novercis omnibus, etiamsi probæ fuerint.* Avus *apud Sen. libr. 4. Contr. 28.* cum rapuisset ex patris ædibus filium, suum nepotem, causam abductionis satis arduam hanc allegat: *Hic puer matrem perdidit, Novercam habet.* Nam ejus veneficio jam par fratrum amiserat. Pernitiem igitur certam, aut non dubium periculum inducit liberis, qui iis novercam, aut vitricum inducit. *Spernis quos genuisti*, ait Valerius *Nubis effœta*: Et Hieronymus: *Superducit mater filijs, non nutritium, sed hostem: non parentem, sed Tyrannum: Inflammata libidine obliviscitur uteri sui, & inter parvulos suas miserias nescientes lugens dudum, nova nupta componitur.*

Propterea Leges quoque civiles injuriam hanc liberorum, in muliere nuptias repetente, graviter vindicant, *l. fœminæ. C. de sec: nupt: l. fin: ibi not: & Dd. C. de bon. mat. Authent: cui relictum. C. de ind: vid. toll: Auth. quod locum. C. si mulier. sec. nup.* nec eas pœnas revocat jus Canonic: quia de communi opinione non revocat, nisi pœnas, matrimonii contractum impedientes: quibus verò prospicitur commodis liberorum, ne defraudentur, relinquit integras & illæsas. *Abb. Felin: Dec: in c. Ecclesi: de Constit: Garron: l. 1. C. de secund. nupt. Corras: lib: 3. Misc: c. 1. n. 6. Covarr. 2. de matr. c. 3. §. 9. n. 6. 8. 9. 10. & seqq:* Pergit autem Hieronym. alia incommoda deducere ex eo, si ex novo conjugio subnascatur nova soboles. *Si evenerit*, inquit, *ut ex secundo marito habeas filios domesticos, oritur pugna, intestinum prælium. Nō licebit tibi amare liberos nec æquis aspicere*

10. *Animadversio juris civil.*

11. *Juris Canon.*

12. *Alia incommoda secundarum nupt.*

aspicere oculis, quos genuisti. Clam porriges cibos, invidebis mortuo. Et nisi oderis filios, adhuc eorum videberis amare patrem. Quod si vir de priore uxore sobolem habens domum te introduxerit, etiamsi clementissima fueris, omnes Comœdi & mimographi in novercam sævissimam declamabunt. Si privignus languerit, & condoluerit caput, infamaberis ut venefica. Si non dederis cibos, crudelis: si dederis, malefica diceris, &c.

13. *Utrum ob incommoda abstinendum à secundis nupt.* Quia verò nec sine incommodis uxor secunda duci, nec sine ea omninò vivi potest, de consilio Metelli Numidici, in gratiam salutis publicæ, & vitandi majoris mali ergo, quicquid id est incommodorum, modesto animo devorandum potius est, quam res tota, propter adhærentia mala, damnanda. Corrasius *d. c.1. n.3. lib.3. Misc.* Juditham scribit laudari, *c.15. Iud.* quod viduam transdegerit vitam sine reiteratis nuptiis. Ego viduitatem eius narrari, quidem video, *c.16.* sed laudes adjectas non video. D. Paulus verò *1. Corinth.7.* ait, *Melius habere viduas, si maneant, quemadmodũ sint,* ne iterum ad Eundem. Nam ex nuptiis expectari multas tribulationes ibidem subjicit, & ex eo sententiam Pauli jam ante explicuimus, & ostendimus, propter molestias non esse nuptias fugiendas, nisi propter easdem velimus nos abdicare mundo.

SECT. 6.

Secundas nuptias nullo laborare vitio, sed honestas esse.

1. *Duplex ordo prohibentium secundas nuptias.*
2. *Contra quos instituitur disputatio.*
3. *Calumnia Bellarmini & contradictio.*
4. *Pontificios, velint nolint, improbare secundas nuptias, perinde in Laicis, ut Clericis.*
5. *Secundas nuptias sanctas, honestas & à Deo esse, perinde ut primas.*
6. *Bellarminum non tollere vim argumenti.*
7. *Nuptias tam primas, quam secundas damnari inter res sua natura malas.*
8. *Iterum de honestate secundarum nuptiarum.*
9. *Pontificios damnare remedium cũ morbo.*
10. *Non omnes nuptias iniri ad restinguendam libidinem.*
11. *Uxorem duci posse ob multos fines.*
12. *Qui reiterat nuptias ad fornicationem vitandam, illum non peccare.*
13. *Injuria Pontificiorum in Digamos sacerdotes.*

14.

14. *Altera ratio Bellarm. ex significatione & à sacramento.*
15. *Quam leviculo errore Pontificiis natum sit septimum sacramentum.*
16. *Refutatur ratio Bellarmini.*
17. *Qua non tam secundæ nuptiæ, quam cælibatus ipse damnatur.*
18. *Replica Bellarmini.*
19. *Rejicitur.*
20. *Cælibatum constituendū à Pontificiis octavum sacramentum.*
21. *Concubinatū non minus evertere vim sacramenti, quā secundas nupt.*
22. *Digamiam non exhaurire vim typicam conjugii.*
23. *Quis sit typus secundarū nuptiar.*
24. *Neq; primi quidem matrimonii typum per omnia posse convenire unioni Christi & Ecclesiæ.*
26. *Lapsus Innoc. II. & Clem. Rom.*
25. *Bellarmini instantia ad hanc solutionem rejicitur.*
26. *Respondetur legi ex Levit. 21.*
27. *Pontificios præposterè interpretari loca Pauli, ad digamiæ sacerdotum interdictum inde eruendum.*
28. *Dum πρώτην legunt pro μίαν.*
29. *Ad locum similem ex 1. Tim. 5.*
30. *Objectio Pighii & Bellarmini.*
31. *Iudæos, tempore Pauli nondum destitisse à polygamia.*
32. *Nec Græcos & alias gentes.*
33. *Itaq; voluit Paulus hoc vitium in presbytero non tolerare.*

VEnimus tandem ad Cardinem controversiæ, Utrum secundæ nuptiæ inhonestæ sint, aut vitio tali laborent, ut vel Laicis in universum, 1. *Sententia duplex damnantium secundas nuptias.* qui fuit error Tertulliani *de Monog. & ad Vx.* Epiphan. *lib. 2. Tom. 1. hær. 48. & 59.* Hieron. passim, si sententiam ejus magis, quam verba, spectemus, Concilii Neocæs. *c. 3. & 7.* Laodic. *c. 1.* vel Clericis, quæ est hæresis Pontificiorum, interdici debuerint. Totam rem sic disputabimus: Si sunt illicitæ nuptiæ secundæ, aut repugnant bonis moribus, aut speciali alicui 2. *Argum: contra interdict. secūdar. nupt.* Christi & Apostolorum dispositioni & ordini. Neutra verò de causa prohiberi & illicitæ censeri possunt. Ergo nec ullo verisimili argumento condemnari. Bellar. *lib. 1. de Matrim. c. 9.* calumniæ accusat Chemnitium, quod *part. 2. Exam. Conc. Trid.* Pontificiis affingat, quasi nuptias secundas 3. *Calumnia Bellarm.* probro insectentur, cum non secundæ solum, sed & tertiæ & quartæ ab ipsis permittantur. In *lib. 1.* verò *de Cleric. c. 24.* causam primam, ex qua Clericorum digamiam improbat, facit moralem; videl. *suspitionem incontinentiæ*, & §. *Vt igitur respond. in fi.* digamiam addit signum esse *incontinentiæ magis diuturnæ, firmiusq; inhærentis, quam in concubinatu & adulterio.* Ex quo necessariò sequitur: Cum moralis causa omnes homines ex æquo complectatur, quod non minus in Laicis, quam Clericis improbandæ sint nuptiæ. Nec est, quod majorem requiri per-

 fectionem

4. *Et Laicis quoque taxari secundas nuptias à Pontificiis.*

fectionem respondeat in his, quam in illis, quia non de perfectione, sed de debito sermo est. Ad continentiam enim ex debito omnes obligantur, & non licet magis in hanc partem peccare hominibus è vulgo, quam de Ecclesia.

Sed quod idem præsupponit: *Nuptias secundas ex ratione morali improbari, quia designant incontinentiam, tantò diuturniorem & firmius inhærentem, quantò diutiùs nuptiæ durant,* quod ferè suis disputationibus fulcri loco substernere solent Tertullian. & Hieron. partim sacris literis adversum est, partim contra dignitatem & castitatē etiam primi conjugii pugnat, partim ad propositum perperam accommodatur.

5. *Honestas, sanctas & à Deo esse secundas nuptias.*

Omne n. *conjugium* vocatur *honorabile & cubile impollutū, ad Hebr. 13.* Et si vas suum quisq; possidere potest in sanctitate, & honore, *1. Thess. 4.* si sanctificari cum uxore; *1. Cor. 7.* si manere in fide ac dilectione & sanctimonia cum castitate, *1. Tim. 2.* durantibus primis nuptiis, quid causæ, cur non sanctè, castè, honestè & ille vivere judicandus sit, qui pari cum dilectione & fide secundas colit. Non magis has, quam illas per divortium dirimi patiuntur Pontificii, ex hac causa, quia conjunctio divina ab homine tollenda non est, *Matth. 19.*

6. *Bellarm. nugæ.*

Si igitur Deus conjunxit secundas nuptias, qua calumnia dicuntur incontinentes? an fomitem incontinentiæ, si non turpiorem, saltem deteriorem, *ut ait Bellarm. d. c. 24.* adulterio, aut concubinatu, sua institutione fovebit Deus? quanquam nodū objectionis Bellarm. non solvit, quia & Concubinarius volutari potest in luto lasciviæ perpetuùm, perinde ut maritus in honesto amore consenescit, nec tamen à sacris propter inhonestam incontinentiam mordicus repellitur, perinde ut exesse jubetur castus & honestus amor. Aut pone: Concubinarium sæpius mutare concubinam, non exigitur à sacris propter concubinatus repetitionem, cum exigatur maritus propter repetitionem conjugii. Nec verò video, quomodo continentior sit, qui quinquaginta continuos annos se defatiget in uno conjugio, quam qui annum unum atq; alterum infortunata conjuge gaudeat, mox post aliquot annorum inducias, novam nuptam sibi vicissim eligat in Domino. Si Bellarmini ratiocinationi standum, sic ejus ductu colligam: Quo diutius incontinentiæ quis frena relaxaverit, eò deterius peccat. Diutius autem relaxat, qui in uno continuo matrimonio sibi indulget, quam qui è longo intervallo ad intermissam Venerem redit. Omnia enim conjugia præsupponit iniri ex incontinentia, aut si prima putet alio fine experi, cur

cti, cur non & secunda eodem expetantur. Aberrant autem plurimùm à veritate, qui sic ratiocinantur: Conjugia ineuntur ad vitandam fornicationem. Ergo vitanda sunt, tanquam signa incontinentiæ. Tertulliani verba sunt in hunc sensum: *Quale quæso hoc bonum est, quod mali comparatio commendat, ut ideò melius sit nubere, quia deterius sit uri. Sic dicitur, melius est uno oculo carere, quam duobus.* Si ita est, Tertulliane, cur non una & eadem litura inducis omnia, tam prima, quā secunda matrimonia, quemadmodum hoc tuo argumento usus est Hieron. *in Iovin.* Sed si minus malum est conjugium, quam scortatio, quia comparativum præsupponit positivum, certè malum est, & hujus mali primus & immediatus, autor Deus. Ex contrario vero Apostolus *1. Tim. 4.* interdictum matrimonii dicit proficisci à Diabolo: mandatum à Deo, qui nequit, nisi Bonæ Rei autor esse. Paulus mulierem à viro per mortem solvi dicit, & recuperare libertatem nubendi, cui velit, *Rom. 7. 1. Cor. 7.* imò vult, sive jubet. *1. Timoth. 5.* ut juniores viduæ nubant & sobolem propagent. Nihil autem jubebit, quod adulterio aut concubinatui sit in malitia anteferendum. Imò ex illa ratione sequetur, omne conjugiū incontinens esse dicendum, quia ob incontinentiā initur, &, ut ait Apul. *lib. 7. de asin. aur. Plerunq; luxuria puerilis pedicis nuptialib. illigatur.* Nihil autem absurdius, quam remedium damnare propter morbum. Plato dixit multitudinem Medicorum in Repub. pravam præbere suspitionem, quia multi Medici arguunt multos morbos, multi morbi luxū & studium gulæ. An igitur Medicorum professio unà sententia proscribenda cum fomite morborum luxuria? Conjugium verò præscribitur ab Apostolo remedium incontinentiæ seu ustionis, nec simul propterea damnandum cum ipsa ustione, quia ustio cessat in conjugio, & refrenata cupido, concessioneq; divina per conjugium probata, quatenus in sanctitate & caritate se continet, non peccat, sicut ait Paulus: *1. Corinth.* 7. *quæ nubat, eam non peccare*, & August. *sive quicunq; autor est libell. ad Petr. de fid. c. 1. Si cui primo contigerit, secundum vel tertium iniens, nullum peccatum habebit.* Nihil autem est nubere, definiente ibidem Apostolo, quam debitum conjugi exolvere sine fraude.

7. *Nuptiæ ab adversariis rediguntur ad res malas.*

8. *Iterum de honestate secund. nupt.*

9. *Pontificij damnat remedium propter morbum.*

Male, ut patet, ratiocinantur conjugii osores à morbo ad remedium: sed pejori dolo præsupponunt, omnes nuptias reiterari ex libidine & incontinentia. An Abraham Kethuram duxit ex incontinentia? *Gen. 25.* David Sunamitidem, quam nunquam cognovit? *1. Reg. 1. Absit,*

10. *Non omnes nuptiæ ineuntur ex libidine.*

 ait

ait August. 16. C.D. c.34. *ut incontinentiam in Abrahamo suspicemur, præsertim in illa jam ætate & in illa fidei sanctitate.* Addit etiam: *Jam tum Deum tanti viri exemplo præfulcire, ac præmunire voluisse jus ac potestatem secundarum nuptiarum, adversus quosdam futuros hæreticos, ejusmodi nuptiarum improbatores ac damnatores.* Quid si Josephus ipse Mariam sibi despondisse credatur secundam conjugem? Inivissent hanc societatem etiam homines in statu integritatis ad generationem sobolis, & ut sibi mutuò adjumento essent. Si eorum vestigiis, quantum fert corrupta & gratia Dei restituta natura, quis hodie insisteret, dum secundas nuptias, sobole ex primis destitutus, amore liberorum de novo constituit, ex incontinentiæ crimine accusari non poterit. Qui primus conjugium instituit, dixit, *non est bonum homini, esse solum & sine adjutorio*: An verò solitudo ante primas nuptias tantum mala est, nec indiget adjutorio, cui priorem conjugem invidia fatorum ante diem præripuit? Camillus tulerat legem, ut cives libenter in thorum reciperent viduas, eorum, quos fortuna absorpsisset belli, *Plutarch. in Camill.* ut scilicet jacturæ suæ quoddã solatium ex novo conjugio persentiscerent, cum sine marito alendis liberis & sustentandæ familiæ non essent. Quot enim miseras mulieres, copia hæredum sine hæreditate onustas relinquit præmaturus obitus mariti, quas in novi conjugii laqueos præcipitat necessitas, fame & siti aliàs consumendos? Multos viros ad repetenda vota matrimonii compellit rei familiaris amplitudo, & servorum perfidia. Injuriam autem & his, multis piis viris matronisve faceret iniquus censor, qui statim ac mentionem incidere audiat reiterandi conjugii, suspicari cum Bellarmino velit de incontinentia & libidine. Plures sunt fines, ex quibus ducitur uxor, quam fuga fornicationis, licet hæc sit unus ex præcipuis, nec propterea peccat, qui illa impulsus animum advertit ad conjugium. Nam & Justinianus Juliam Miscellam propterea tollit, *l. 2. c. de indi: viduit*: quia *juvenculæ thori expertes, nisi ægrè esse nõ possunt*, neq; *satis gratus est illis Cælibatus*, ut scribit Theano *in Epist. consol: ad Nicostr:* Meritò igitur ipse Connan *lib. 8. c. 7. n. ult.* Pontificum constitutiones improbat, *de bigam: non Ordin.* quibus dispensari posse negant cũ bigamo, licet Innoc. III. *c. penult.* dispenset cum eo, qui omnium se meretricum consuetudine polluerat, *c. fratr. dist. 33.* Adeò in ludicris sollicitos se habent, in seriis connivent. Requirit Paulus castum, sobrium, & in sacris literis apprimè doctum Episcopum. Cum

11. *Uxor ducitur ex multis caussis.*

12. *Nõ peccat, qui vitandæ fornicationis ergo reiterat nuptias.*

13. *Injuria Pontificiorum in Digamos.*

Cum scortatoribus tamen, ebriosis & indoctis dispensari quotidiè videmus: solus digamus, quò minus peccat, eò severius à scamno peccatorũ repellitur.

Ridiculum autem est, quod Bellarm. *d.c.24.* adjicit: Magis prohiberi in sacerdote digamiam, quam adulterium & concubinatum, ex ratione secunda mystica scilicet *ob significationem*, licet postea adjiciat causam moralem quoque, scilicet suspitionem incontinentiæ esse diuturniorem & firmius hærere in conjuge, quam adultero, de quo satis superque supra egimus, nunc illud tantum Episagmatis locó addimus, quod Bellarm. incontinentiam in continuato matrimonio continuari præsupponat, si quis verò adulteram aut concubinam unam respuat, & asciscat sibi aliam, minus putatur incontinentiæ vitio laborare, & Digamo præfertur. Pergimus autem ad rationem & significationem mysticam, quà unitas Ecclesiæ significatur ex uno conjugio, idque ratione Sacramenti, quia Latinus interpres, Græcum vocabulum μυςήριον, transtulit per Sacramentum, & errore suo seu potius nihil de hoc cogitans peperit Pontificiis septimum Sacramentum. Mysticum esse conjugium & significare unionem Christi & Ecclesiæ, Apostolo firmiter credimus, sed si id sufficit ad Sacramentum constituendum, nullus Sacramentorum erit unquam numerus. Nodum autem hunc Theologis solvendum, nihil attinet à nobis tangi, illud tantum Lectori hinc æstimandum proponimus. Si defectus significationis tanti est, ut magis inidoneum faciat sacerdotem, quam adulterium, aut fornicatio, ostendendum esset ex sacris literis, magis vetari, culpari & damnari defectum hunc, quam vitia illa moralia, cum tamen Paulus velit defectum resarciri, & jubeat viduas juniores potius in hanc inclinare partem, ne cadant in alteram, & fornicationi viam aperiant. Imò, si digamiam adeò aversantur, non quod ipsi desit Sacramentum, *ut explicat Bellarm. de matr.c.9.* licet antiquiores vulgò sic loquantur, quasi ob defectum Sacramenti improbetur, sed quod perfectio aliqua Sacramenti, seu perfecta significatio desit, quantò magis debebant cælibatum ex eodem argumento prorsus damnare, quia non tantum perfectionem aliquam, sed totam Sacramenti essentiam tollit. Deterius autem peccat, qui totam rem bonam omittit, quam cui perfectio aliqua desit. Vult enim Apostolus inter cæteras dotes sacerdotis, ut sit unius uxoris maritus. Tantum abest, ut melius faciat, si uxorem nunquam ducat, quemadmodum, dum huic objectioni tacitam parat

14. *Altera ratio Bellarmini.*

15. *Quo errore conjugium factum sit sacramentum.*

16. *Refutatur ratio Bell.*

17. *Quo damnatur cælibatus ipse.*

18. *Replica Bellarmini.*

responsionem, Bellarm. infert & addit: *Cum Christus & virgo & maritus sit, si Episcopus uxorem non habeat, Christum virginem repræsentabit, si uxorem habeat, Christi conjugium significabit.* Multis autem modis & absurda assumit, & suorum thesi adversatur.

19. *Refutatur.*

Nám si tantum piaculum est digamia, adulterio & scortationi æquiparandum, vel eo præcipuè nomine, quod non perfectè significet unionem Christi & Ecclesiæ, quantò majus piaculum erit cælibatus, qui unionem hanc prorsus tollit. Atqui, inquit Bellarm. Aliud significat cælibatus noster, *virginitatem Christi.* Astutè. Quid si aliud quoq; significet repetitum matrimonium, nimirum successionem gentium in locum Judæorum. Nam si suppositiria hæc significatio sufficit, quò minus possit tolerari cælibatus in sacerdote, cur non & illa altera, quæ fundamentum habet in Ezechiele. *c.* 23.

20. *Cælibatum fit clericorum sacramentum.*

Prætcrea si cælibatus succedere potest in locum matrimonii, quia singnificat aliquid, perinde erit sacramentum, ut matrimonium, quia nisi significatio sit sacramentalis & divinis literis seriò instituta, tanti momenti non est, ut rei significandi tantum adjicere pondus possit. Ubi verò præceptum, ubi scriptum est, ut sacerdos cælibatu suo repræsentet virginitatem Christi? Non est igitur in hoc mysticæ significationis defectu prohibitio secundarum nuptiarum fundanda, quippe quæ in cælibatu prorsus cessat, & tamen cælibatus præ matrimonio injungitur Clericis.

21. *Concubinatū nium invertere sacramenti vim.*

Sed & illud iterum absurdum est, quod significationem hanc concubinatu & adulterio negat Bellarminus adulterari, cum Paulus disertè scribat, *1. Corinth. 6. scortatorem fieri unum corpus, & unam carnem cum scorto.* Qui igitur potest unionem Christi cum una Ecclesia representare, qui toties cum scortis & meretricibus unum fit? aut qui concubinam in sinu fovet post mortem mulieris, licet solenniter eam domum non deducat, nec quam diu vivit, eam abdicat, quomodo minus est incontinens, aut minus pervertit significationem matrimonii, quam qui legitimam habet uxorem?

22. *Digamiam non exhaurire vim typicam conjugii.*

Ipsam verò significationem, quod digamus non convellat multis argumentis demonstrari potest. Nam typus non potest semper idem esse cum re significata, sicut confitetur ipse Bellarm. *c. 37. contr. Bartl:* dum ait: *res figurata perfectior est figura.* Licet igitur unio Ecclesiæ cum Christo, multis nominibus differat ab unione uxoris cum marito; tamen, quamdiu uni soli uxori maritus alligatur, nec sui copiam facit aliis, quantum in imperfecto hoc typo fieri potest, adumbratur Christi & Ecclesiæ

clesiæ matrimonium, Esto, Christus nunquam mutet sponsam. Ratio diversitatis est, quia desponsavit sibi eam in æternum, *Ose.* 2. & Ecclesia nunquam moritur. Uxor autem desponsatur legi viri, quam diu vivit, & communi naturæ injuriæ obnoxia est, cui, postquam satisfecit morte, liberum relinquit maritum, quod cum non eveniat Christo & Ecclesiæ, quid mirum, si hac in parte quoq; deficiat typus. Imò si minutiæ comparationis diligenter conquirendæ essent, quod faciunt Pontificii, videremus, ne secundas quidem nuptias typo carere, sicut nec uxorum Abrahami dualitatem. *ad Gal. c.* 4. Etenim Deus ipse divortium facit non tantum cum Israële, *Ierem. c.* 3. & Oholam & Oholibam, propter adulteriū & fornicationem Spiritualem, abdicat, *Ezech.* 23. sed & sterilem virginem & desertam viduam in abdicatæ locum restituit. *Iesa.* 54. *Ier.* 3. Quid, quod eo ipso in loco Ecclesiam ex gentibus colligendam, non tantum Virginem, sed & viduam contemtam vocat, ex matrimonio cum Deo Zebaoth recreandam. Duxit igitur Christus novam sponsam ex gentibus, abdicata veteri, cujus rei typum non gerit primum, sed secundum matrimonium. Operæ verò precium non est, minutias illas curiosè persequi, cum impossibile sit, typum per omnia quadrare cum re significata. Recollectam enim ex Ethnicis Ecclesiam conjunxit sibi Christus, adulterio Spirituali diu deturpatam, quod de Ohola & Oholiba itidem testatur Propheta. *Ezech. c.* 23. An propterea è meretricio trahenda est sponsa, ut in hac quoq; parte similis fiat rei, cujus typum gerit? Ecclesia Christi immaculata est, sine rugis & omni re turpi. An sacramenti perfectioni statim aliquid desit, atq; macula aliqua notatur, nec omnibus iis superbit dotibus, quas in Amica sua describit Salomo? Ecclesia Christi simul virgo est, 1. *Cor.* 11. & simul multorum liberorum mater, *Esa.* 54. *Ier.* 3. An conjugium quoq; perfectum non est, nisi uxor virgo manens pariat? Satis esse dicit Bellarminus, si alterius typum tantum, nimirum fœcunditatis gerat. Quid si verò matrimonium alicujus sacerdotis sit prorsus sterile, tum neutrum significabit, & tam erit condemnandum, quam matrimonium repetitum. Utrumq; enim defecit in aliqua significatione. Sed nobis interim sufficit, quod Bellarm. amplius diffiteri nequit, typum cum re significata non esse prorsus idem. Nam alias ne ducenda quoq; esset, nisi virgo, quemadmodum præceptum erat Pontifici Max. *Lev.* 2. quanquam *Ezech. c.* 44. adjiciat viduam sacerdotis, ab ipso Pontifice ducendam, adeò ut frustrà legem *Levit.* 21. objiciant Pontificii.

23. *Quis sit typus secundarum nuptiarum.*

24. *Ne primum quidem conjugium per omnia convenit.*

25. *Elusio Bellarm. eluditur.*

tificii, quæ nec in se solâ considerata quicquam eorum sententiæ astipulatur, cum etiam Virginem sæpius ducere potuerit, salva lege, sicut Regem sacrificulum Atheniensium consuevisse narrat Demosth. κατ: νεαίρ.
26. *Respond. ad Lev: 21.* Nec loquitur de omnibus sacerdotibus legis, *ut ait Tertull. in Monag.* quē refutat Hieron. *in Epist. ad Ocean.* sed de pontifice Maximo tantum, & Ezechiel legem transfert ad filios solius Zadoc. *c.44.* Quod enim Innoc.I. dicit: *Scriptum est: Sacerdotis mei semel nubant*, negat Chemnit: *part. 3. Exam. de digam. sacerd.* in universa scriptura reperiri. Διαταγὴ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Clementi Rom. attribui solita *lib.6. Can. 17.* scribens; οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ χήραν καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει, perinde fallitur, quia in lege *Levit. 21.* tantum Aaronis stirpi id injungitur, & licet injunctum fuisset toti ordini Levitarum, lex tamen typica in veteri testamento non obligaret in novo.
27. *Error Innoc. & Clement.*

Proinde, cum nec incontinentiæ vitium dehonestet reiteratas nuptias, ut dictum est, & colligit Bartol. *in l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebell. per tex. c. Nicenna dist. 31.* Item Hipp. de Mars. *in l. un. n.138. de rapt. virg. per l. castitatis. de adult. & l. fin. de legit. tutor.* nec significatio, quam in conjugio & amore unius mariti & unius uxoris collocat Apostolus, iis convellatur, qua ratione potuisset idem Apostolus eas condemnare in Episcopo, quando inter cætera requirit, ut sit unius uxoris maritus. Proponit enim Idæam hominis irreprehensibilis & qui calumniæ viam virtutibus præstruxerit. *Tit. 1. 1, Timot. 3.* Si autem secundæ nuptiæ carent vitio neminem reddere possunt reprehensibilem, aut calumniæ obnoxium, nisi falsum quoq; opprobrium intelligas, quod ne ipse Christus quidem, nedum ejus discipuli, evitare potuit. Meritò verò secundas nuptias nemo calumniosè interpretari aut traducere potest, quia nullo probro laborant. Et cur non potius dixit Apostolus πρώτης, quam μίας uxoris, si voluit, omnes nuptias post primas uno stylo perfodere. A principio conjugium hac lege instituebatur: Erunt duo in carnem unam. Secundum Pontificiorum glossam, his ipsis verbis tolluntur secundæ nuptiæ, ut Clemens *lib.3. Can. Apost. Can. 2.* & Tertull. *in Monog.* ratiocinantur, si per carnem unam, intelligere licet solam primam, cui persona primùm copulatur. Nihil enim pro Adversariis facit, quod ex *1. Timoth. c. 5.* afferunt de vidua, quæ simili phrasi dicitur unius viri uxor, cum tamen polygamia fœminis nunquam legatur concessa, scortatrix autem vel adultera

28. *Præpostera interpretatio loci Paulini.*

29. *Unum pro Primo.*

tera in sacris non dicatur uxor, facilè solvitur ex consuetudine ejus temporis, qua secedebant mulieres à viris extra causam adulterii, quod prohibuit Christus *Matth. 5. & 19.* Paul: *1. Cor. 7.* & implicabant se novis conjugiis, adeoq; simul plures habebant maritos: quod in viduis, Ecclesiæ addicendis, tanquam rem inhonestam, & primæ conjugii institutioni adversam meritò detestatur Apostolus. 30. Quod deniq; Pighius & Bellar. objiciunt, non opus fuisse, ut peculiari edicto Polygamia ab Apostolo tolleretur, cum eo tempore Romanorum legibus Polygamia infamis esset, & de Christianorum & Judæorum consuetudine testentur sacræ literæ, quæ semper nominant unam uxorem, ex fide historiarum facilè refellitur. 31. *Objectio Pighij.* De Judæis enim conceptis verbis id testatur Justin. *in Tryph. Magistri vestri ad hoc usq; tempus quatuor & quinq; uxores unumquemq; vestrum habere permiserunt:* nec non leges Imperatorum Rom: qui frustra Polygamia Judæis interdicerent, si ipsi desiissent pluribus uxoribus familiam onerare. 32. *Judæi tempore Pauli, ducebant plures uxores.* Nec refert, quod in singulari loquatur scriptura novi testamenti de Uxore, quia partim præcipitur ut unamquisq; uxorem habeat, *Matth. 5. 19. 1. Cor. 7. ad Eph. 5.* partim sermo est de veris Christianis Christum secuturis, quibus fas non erat plures secum, quasi inter impedimenta, circumducere, *Luc. 14.* Quod si & alibi mentio fit unius uxoris, nihil inde concludi potest magis, quam in veteri testamento, quia & illic in lege Mosis, & proverbiis Salom. una uxor nominatur, licet nullo tempore deessent, qui pluribus se gravassent. Romanorum leges præter rem afferuntur, tum quia non Romam, sed Ephesum & in Cretam scribebat Apostolus ad Titum & Timotheum. 33. *Id & Græci & alij populi.* De Græcorum autem moribus jam supra diximus, quod Lacedæmonii & Athenienses ex causa non veriti sint uxores multas alere, licet secundò ductas inhonestiori nomine interdum nuncuparent, quod & de Thracibus testatur Mela *libr. 2.* De Mauris & Numidis Salust. *in Iug.* de Ægyptiis Diodor. *lib. 1. c. 3.* de Syracusanis Ælian. 13. *Var. c. 10.* de Persis res notior est, quam ut indigeat testimonio. Lucretius *lib. 8.* inde deplorat miseriam uxoris Pompeij in Persiam aufugituri.

Proles tam clara Metelli
Stabit Barbarico conjunx millesima lecto.

Atq. adeò invaluerat hic abusus, ut Germanis suo tempore coactus fuerit Tacitus hanc laudem relinquere, quod soli ferè singulis uxoribus contenti sint. *De Romanis.* Apud Romanos multitudo uxorum notabat cives infa-

mia, idq; ex jure prætorio. Sed an propterea nemo libidini frena relaxavit? Infames quoq; erant inhonestæ negotiationes: An propterea in Episcopo Paulus eas improbare non debuit, quia satis ex lege civili erant improbatæ? Ita verò infames erant Polygami, ut Julius Cæsar non vereretur plures sibi constituere nuptias, nec Antonius & alii, & is quoque legem, qua id permitteret, paratam haberet, *Sueton. in Cæsar.* imò jam

34. SCto infamiam prætorio edicto detrahi curasset, *Dion, lib. 44.* Nondum igitur, docentibus Christo & Apostolis, radicitus extirpata erat opinio

Hist.iv. de licentia uxores multiplicandi, quam adhuc viguisse tempore Leonis I. ex concilio Toletano. I. *c.17.* videre est, ubi à cõmunione nõ repellitur, *qui non habet uxorem, sed pro uxore concubinam, modò unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ conjunctione sit contentus.* Frustrà enim repellerentur à communione, qui nulli in Ecclesia aut Republ. existerent. Vitiza rex VVestgothorum in Hispania, ipsis etiam Sacerdotibus permisit, ut quotquot quisq; vellet aut posset, uxores aut concubinas aleret. *Hier: Henning: in Geneal. reg. Hisp.*

SECT. 7.

Utrum vinculum matrimonii in hac vita solvi possit.

1. *Origo divortij, seu separationis quoad thorum & mensam.*
2. *Argutum Bellarmini argumentum ex cumulo autoritatum.*
3. *Duplici ratione rejicitur.*
4. *Antiquos in hoc negotio humanius egisse.*
5. *Examinatur sententia Hieronymi.*
6. *De sententia Epiphanij & Ambrosii.*
7. *Item Lactant. & Theodoreti.*
8. *A quibus dissidet Augustinus.*
9. *Controversiam hanc de solutione matrimonij dirimendam ex solis sacris literis.*
10. *Et quidem ex verbis Christi, Matt. 19. ad quæ revocantur Marc. 10. & Luc. 16.*
11. *Tollendam esse sedulò contradictionem Evangelistarum.*
12. *Utrum verba Christi, Matth. 19. exceptivè vel negativè accipienda.*
13. *Bellarmini explicatio eludit autoritatem Canonicam versionis vulgatæ.*
14. *Deducitur ad absurda.*
15. *Divortia quoad thorum & mensam ex sententia Pontificiorum fieri illicita.*
16. *Christum loqui de divortijs, quæ solvant totam vim conjugij.*
17. *Bellarminum sibi contradicere.*
18. *Et facere vim verbis Christi.*
19. *Vinculum matrimonij quid in se contineat*

contineat quibusve in reb. consistat.

20. *Separationem thori & mensæ non rectè probari ex dictis Matth. 5. & 19.*

21. *Bellarmini sententia impugnatur alio argumento.*

22. *Rejiciturq; per vim Etymologiæ & nativam significationem vocum.*

23. *Respondetur ad responsionem Bellarmini.*

24. *Argumentum ex contrario sensu defenditur contra Bellarm.*

25. *Ratio ab ipso Christo allegata adversatur Pontificiorum dogmati.*

26. *Cavillus quidam Bellarm. diluitur.*

27. *Absurdorum, quibus premitur sententia Pontificia, congeries.*

28. *Responsio Bellarm. rejicitur.*

29. *Rejiciuntur causæ, ob quas Bellarmin. vult innocentem personam prægravari posse.*

30. *Absurda, quæ nostræ sententiæ impingit Bellarmin. in sententiam Pontif. retorquentur.*

31. *Argumenta Bellarmini solvuntur.*

32. *Explicatur locus ex Epistol. ad Rom. c. 7.*

33. *Solvitur instantia Bellarmini.*

34. *Iterum alia rejicitur.*

35. *Et reducitur sententiæ Pontificiorum per jugulum.*

36. *Antiqua concilia saltem propter incestum rescidisse matrimonia.*

37. *Respondetur Bellarmino ex ipsis Pauli verbis.*

38. *Item aliter.*

39. *Explicatur locus ex 1. Corinth. 7.*

40. *Quem violenter torquet Bellar.*

41. *Explicatio Bellarm. multis argumentis impugnatur.*

42. *Cælibatum posse parti nocenti imperari, ut pœnam, salva libertate innocentis.*

43. *Paulus utrum addiderit, aut addere potuerit novas divortiorum causas.*

44. *Contra Albericum Gentilem obiter, qui sententiæ Pontificiorum accedit.*

45. *Revocantur ad examen rationes, quas Pontificij præter sacras literas afferunt.*

46. *Respondetur ad 1. arg. Bellarm. ex typica significatione conjugij petitū.*

47. *Rationes aliæ solvuntur tam à nostris, quam à Pontificijs.*

48. *Respondetur ad argumentum ex utilitate liberorum petitum.*

49. *Item ad illud, quod de libidine maritorum præsumitur.*

50. *Rationes contra opinionem Pontificiorum.*

51. *Solvitur ultimum argumentum Bellarmini.*

Postquam ostensum fuit, matrimonium morte solvi, & proinde secundas nuptias jure prohiberi non posse, consequens est, ut conside remus, utrum ex causa aliqua in hac vita, vivente utroq; conjuge, idē dis rumpi possit, de qua re, postquam in Ecclesia primùm, dein etiam in

1. *Origo divortij, quoad thorum & mensam.*

foro ceptum est audiri divortium, quoad thorum & habitationem, variis opinionibus inter se certarunt tam Ecclesiæ & Canonum, quam LL.
2. *Opinio Pontificiorũ probata ex autoritatibus.* Doctores. Arguté, ut solet Bellarminus *lib.1.de Matrim: Sacram: c. 16.* opinionem Pontificiorum, quod vinculum ante mortem solvi nunquam possit, probat ex eo, quod omnibus seculis extiterint inter patres, qui ita docuerint, quasi statim in articulum fidei abeat, quod omnibus seculis propugnatores invenit. Nullo seculo defuerunt, qui impugnarunt Deitatem Filii Dei. An hunc errorem sive hæresin sola vetustas transcripsit
3. *Rejicitur.* in seriem eorum, quæ pro articulis fidei venditat secta Pontificiorum? Sed inquit, Patres laudamus, non Hæreticos: quasi non & Patres interdum aberrẽt, & non aliquando bonus dormitet Homerus, quemadmodum ipsi Pontificii ab eorum sententiis, in proximè tractata disputatione, abeunt, aut saltem abire videri volunt. Imò ad consensum unanimem Ecclesiæ, non sufficit, si quidam patrum hoc vel illud docuerint, sed si omnes uno ore. Si multi omnibus ætatibus vinculum matrimonii statuerunt insolubile, multi iisdem ætatibus contradixerunt, imprimis cum Athenagoras, & Tertullianus ex Montani Paracleti nova revelatione hunc errorem unà cum aliis tractum, in vulgus disseminarent, nec Augustini quidem tempore, cum hæc quæstio cepisset, ut ait Chemnitius, horridius disputari, defuit, qui se illi opponeret, & argumenta non dubitandi tantum, ut excipit Bellarm. sed disputandi gratia in medium afferret.

4. *Antiquorũ humanior opinio. Origenis.* Antiquiores enim, licet putarent rectius facere, qui post adulterium de novo periculũ non faciant, contracta tamen secunda matrimonia non dissolverunt, sed ex humanitate, publica aliqua pænitentia imposità, excusarunt. Origenes enim, licet concedat contra scripturam permitti talia matrimonia, addit tamen, *quod ab Ecclesia permissa fuerint non sine causa. Forsan enim propter hujusmodi infirmitatem incontinentium hominum, pejorum comparatione, quæ mala sunt, permiserunt*, qua ratione Paulus, licet dixisset: Bonum est homini, mulierem non tangere, tamen propter fornicationem non concedit, *ut explicat Bellarm. de matrim. c.17. in sol. object: 5.* sed imperat unicuiq; propriã suam uxorem. *In Matth. tract. 7 in c.18.* Aut igitur non committit mortale peccatum, qui, repudiata adultera, aliam ducit, aut improbe excu-
5 *Hieronymi.* sat Origenes præsides Ecclesiarum, qui adulterium permiserunt, ut mederentur fornicationi. Et in idem crimen incurrit Hieron. *in Epist ad*

Ocean.

Ocean: dum Fabiolam excusat per verba Apostoli: *Melius est nubere, quam uri.* Et *volo juniores viduas nubere.* Quis autem tam est impudens, ut crimini mortali excusando prætexat sacras literas? Peccatum esse à Fabiola pluribus, quam opus fuisset, aut verum est, demonstrat Hieron. sed addit: *Dum multa Diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit.* Fornicationem, cujus vitandæ gratia novo conjugio se implicuerat, comparat multis Diaboli vulneribus: repetitas nuptias uni tantùm. Quantò vero gravius est adulterium, quo titulo repetitas nuptias post divortium ornat Bellarm. tantò plura Diaboli vulnera accepisse Fabiolam dicendum fuisset, postquam renupsit, quam si in periculo ustionis & fornicationis cælebs mansisset. Egregiè verò excusat factum Fabiolæ secundum Hieronym. quia ignorabat vigorem Evangelii, & concupiscentiæ, amore se ipsa fallebat. Bis peccat qui ex pravitate concupiscentiæ, quæ ipsa peccatum est, peccat: Et ignorantia, in peccato mortali in argumentum excusationis prætexi non potest.

Porrò Epiphanius lucidius idem explicat *advers. Cathar.* Sacrum videl. sermonem ab Ecclesia & vita non excludere συναφθέντα δευτέρᾳ γυναικὶ, ἢ γυναῖκα δευτέρῳ ἀνδρὶ, ἕνεκέν τινος προφάσεως, πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κακῆς αἰτίας χωρισμοῦ γενομένου, sed imbecillitatem ejus tolerare, modò non sit utriq; simul conjunctus, sed alteram dimiserit. ἐλεεῖ τοῦτον ὁ ἅγιος λόγος, καὶ ἁγία θεοῦ ἐκκλησία, præsertim, si cætera bene se gesserit & ex lege Dei vixerit. Ambrosius verò non tantum *in 1. ad Cor. c.7.* quæ commentaria, tanquam supposititia, quia scil. non favebant dogmati Pontificio, repudiat Gratian. 32.*q.7.* & Magist. Sent. *libr. 4. dist 35. Ioh. Arbor. libr. 1. Theosoph. c.35.* cum tamen Erasmus diligens librorum censor, ea, ut genuina retineat, & ex iis contra Pontificios rectè disputet, sed etiam *in c.16. Luc.* divortia omnia damnat, excepta causa fornicationis, post quam dicit licere viro, ut aliam ducat, cui licet addas Lactant. *in Epit. & libr. 6. div. Inst. c. 23.* & Theod. *9. cur. Græc. affect.* qui ait: *Verbis* Matth. 19. *jubet Christus cætera uxoris vitia æquo animo ferri, seu loquax sit illa, seu temulenta, seu convitiosa. Sin verò nuptiarum leges transiliat, in aliumque virum procax intendat, tunc deniq; copulã solvi jubet.* Augustin. verò rigidius hanc rẽ definivit, & à Concilio Milevitano *Can. 17.* suæ sententiæ assensum impetravit. Licet verò ibidem patres decernant, rem deferendam esse ad Imperatores, & ab iis le-

6. **Epiphan.**

Ambros.

8. gem Imperialem de hoc canone exorandã, nunquã tamen Imperatores etia Christiani huc descendere, & Pontificiũ placitũ publica lege confirmare voluérunt, ut ita hic iterũ pugna oriatur inter leges civiles, *l. consensu. §. virũ §. sin vero C. de repud.* & Canones, quã non aliunde, quã ex sacrarũ literarũ promtuario componendã aggredi debemus, quia quod Deus cõjunxit, homo separare prohibetur. *Matt. 19.* Solũ a. id Deus separat, quod ipse verbo suo separari permittit. *c. 2. c. ex publico. de cõvers. conjug.* Dicit qui-

9. dem Augustin. *de fid. & oper. c. 19. In divinis sententiis obscurũ esse, utrũ iste, cui sine dubio adulterã, licet dimittere, adulter tamẽ habeatur, si alterã duxerit, ut*, quantũ ipse existimat, *venialiter ibi quisq; fallatur.* Cæterum, si solũ Christi responsum *Matt. 19.* intueamur, ubi ad hanc quæstionẽ Christus ex professo respondet, nihil videtur potuisse dici clarius.

10. *Controversiã de solutione matrimonij decidendam ex c. 19. Matt.*

Nam licet clara responsi verba in dubiũ vocet Augustin. & eius auspiciis Bellar. propterea, quod Marcus *c. 10.* & Lucas *c. 16.* ubi eadẽ Christi verba repetunt, exceptionẽ fornicationis generali prohibitioni nõ adjiciant, ab ipso Augustino *in li. de Consens. Evangelist.* rejicitur, quãdo regulã tradit: *Supplendũ esse ex uno Evãgelista, quod desit & obmissũ est ab altero.* Nec ideo decepit aut imperfectè tradidit Marcus, magis, quã ipse Christus, licet desertionis infidelis, à D. Paulo *1. Cor. 7.* adjectæ, nullibi mentionẽ fecerit, aut quã Moses, qui solũ dicit: *Gen. c. 2. Erunt in carnem unam*, unde traxit Ochin: occasionem popugnandi polygamiã, licet Christus ad eam excludendã apertius idem efferat: *Erunt duo in carnem unam.* Generalis n. regula generaliter proponenda fuit, quia generaliter interrogabant Pharisæi, quemadmodũ definitiones legũ in genere cõcipiuntur, sed per exceptiones limitantur postea & restringuntur. Exceptio n. non tollit, sed firmat regulã in cæteris, ideoq; Matthæus, per additã exceptio-

11. *Tollenda contradictio Evangelistarum.*

nẽ, Marco & Lucæ non contradicit. Contradiceret a. si exceptio ex Matthæo non transferretur ad universalẽ regulã Marci & Lucæ. Hæ quippe duæ sunt contradictoriæ: *Omnis, qui dimiserit uxorem, & alteram duxerit, mœchatur: Nõ omnis, qui dimiserit uxorẽ, & aliã duxerit, mœchatur*, & hãc quidẽ parit exceptio, quæ universalẽ traducit ad par-

12. *Verba Christi exceptivè accipienda.*

ticularẽ. Mirificè se torquet Bellar. *c. 16. & 17.* ut foveã hanc circumeat, ac tandẽ subsistit *c. 16.* in hac explicatione, quasi non *exceptivè*, sed *negativè* accipiẽda sint hæc verba: nisi ob fornicationẽ, hoc sensu, *extra causam fornicationis*, quanquã *c. 17.* ita tractat responsũ Christi, ut etiã exceptionẽ admittat, nullibi, ut in re incerta fieri assolet, sibi cõstans & similis.

Primum

Primum igitur ostendemus, non posse negativè vocabulū, *Nisi*, accipi, quia Canonicæ & in concilio Tridentino *seß.4. Can.2.* Authenticæ declaratæ versioni conspicuè adversatur: Sic n. illa: *Matt. 5. Qui dimiserit uxorem suā, excepta fornicationis causa.* Deinde impingit hæc circumitio in eundem scopulū, quem negat Augustinū tetigisse, cum tamen is conspicuè in eum impingat & Bellarmin. cum ipso, ut concedere cogantur: *Qui propter fornicationē uxorē dimittat & aliā ducat, minus graviter mœchari, quā si absq; causa fornicationis dimittat.* Totidem n. verbis idē concedit Bellar. *c.17 obj.3. ad 1. confirm. ex Aug. li.1. de adult. conjug. c.9.* & tamen dolet, *ad conf.2.* tam absurdā interpretationem Augustino à Chemnitio tributā, quā ipse sequitur & Augustino non veretur asscribere. Tanti interest, Davus loquatur, an Oedypus. Absurdā a. esse interpretationē, nemo tam cæcus est, qui nō statim videat, cū verba Christi prorsus repugnent, & ob adulteriū dimittentē uxorē immunē à peccato pronuntient. Alias n. ut pergamus in thesi, ne divortiū quidē, quoad thorum & mensam, hinc astrui & defendi posset, ad quod sufficere dicit Bellar. *c.16.* locū *Matt.5.* cum tamē eadem locutio, idem sensus sit utriusq; loci. Ne dicā interim, quod utrobiq; Christus loquatur tantū de divortiis in lege Mosis cōcessis. *Deut.24.* post quæ licebat ad nova vota transire, *Lev.21. Ier.3. Ezech.44.* Horū n. correctionem instituit *Matt.5.* & de his quæstionem concenerant Pharisæi. *Matt.19.* Quod si Christus nō respondisset de iisdē, fefellisset Pharisæos & Auditores, rogatusq; de cępis respōdisset de alliis. Apertè n. sibi cōtra dicit Bellar. *d.c.17. ob.3. in resp.1. §. At Pharisæi.* Quādo ait: *Dominū separasse hæc duo: Dimißionē unius, & potestatē ducēdi aliā & primū quidē cum restrictione ad causam fornicationis concessisse, alterū verò omninò sustulisse.* Nam si dimissionem concessit restrictam ad fornicationis causam, jam exceptio non est amplius negativa, ut ipse contendit, sed affirmativa, nec nos quicquam præterea ex Christi proloquio evictum cupimus, nisi ut dimissio ad causam fornicationis limitata, concessa esse intelligatur, sed in eo addimus manifestam vim fieri verbis Christi, quando ait: *Dominum illa duo distinctè posuisse: Quicunq; dimiserit &c. & aliam duxerit.* Vocula n. *Et* apud hæreticos, quos ille vocat, non disiungere, sed conjungere solet, & utrūq; conjunctim includebatur in quæstione Pharisæorū, quia divortia Judæorū solvebant totū vinculū, ideoq; conjunctim respondit Christus, & nō disiunctim. Integra n. propositio talis est: Dimittēs & ducens, quæ est circumlocutio divortiū à Mose

Marginal notes:
13. *Bellarm. contrarius est versioni vulgatæ.*
14. *Incidit in foveam à se fossam.*
15. *Aliud absurdum.*
16. *Item aliud.*
17. *Contradictio Bellarm.*
18. *Facit vim verbis Christi.*

à Mose concessorum, mœchatur, in qua unum prædicatum redditur duabus subjecti partibus copulatis. Nam secundum Bellarminum *d. c. 16. §. At contra instant.* vera & aperta sententia Christi explicata fuit discipulis domi. *Marc. 10.* Atqui ibi tam mæchari dicitur, qui dimittit, quam qui ducit. Ergo nec dimissio licita est, quoad thorum, si disiunctim prædicatum singulis subjecti partibus attribuendum est: id quod in universum etiam ex ratione à Christo allegata *Matth. 19. & Marc. 10.* patet. Propterea enim illicita pronuntiat divortia Christus, quia ab initio Deus conjunxit masculum & fæminam, ut essent una caro, & homini fas non est separare, quod Deus conjunxit. Deus autem non tantum ita conjunxit conjuges, ut alteri non liceat sui copiā facere alteri, sed etiam, ut sint sibi coram se mutua adjutoria, *Gen. 2.* ut conveniant iterum, ne Satan ipsos tentet, *1. Cor. 7.* & ipsum matrimonium definitur individua vitæ consuetudine. At hæc omnia, in vinculo à Spiritu S. conclusa, dissolvunt Pontificia divortia, seu separationes thori & domus, idq; si verè sententiam Christi explicavit Bellarm. sine mandato divino, quia omnis qui dimittit, mœchatur, *Marc. 10. Luc. 16.* nisi in causa fornicationis. *Matt. 5. & 19.* Nec refert, quod *c. 14. object. 5.* in vinculo hæc omnia contineri neget Bellar. quia qui longis itineribus inter se separantur, nec debitum sibi reddunt, nec adjutorium præstant, salvo vinculo. Nam in iis manet animus & affectio conjugialis, ex qua matrimonij integritatem maximè æstimari supra diximus: Et potest etiam adjutorium præstari è longinquo. Nec dubium est, quin qui se dedita opera subtrahunt, & diutius, quam ferat muneris, per quod excusari quodammodo possunt, necessitas, domo absunt, vinculum quodammodo vellicent & debilitent, adeoque agant contra præceptum Pauli: *Iterum convenite, ne tentet vos Satan*: Et *propter fornicationem suam quisq; uxorem &c. c. si tu abstines. 27. q. 2. ex August. de adult. conjug.* Totum autem vinculum non abrumpunt, quia non consistit tantum in debito naturali & mutuo adjutorio, sed & in nexu & adhæsione intima. Hæc enim præcepit Dominus, & illa quoq; fieri voluit. Alterutri autem obrogetur, semper obrogatur præcepto divino, quod homini nō licere, ex eo Christi axiomate patet: *Quod Deus conjunxit, homo non separet.*

19. *Quid contineatur in vinculo matrim.*

20. *Separatio thori & mensæ.*

Sit igitur, ut nova quoad thorum & mensam separatio, quocunque alio ex loco deduci possit, certè *ex cap. 5. & 19. Matth.* non deducitur, quin simul concedatur etiam separatio, quoad vinculum. Nam aut

aut de divortio à Mose concesso loquitur utrobiq; Christus, aut nihil respondet ad rem, quod absit cuiquam piorum hominum in mentem veniat. Imò si negativè accipias verba Christi: nisi ob fornicationem, nugatoriè ea adjecit, quia expressius & lucidius sententiam suam secundum Bellarminum explanasset, si simpliciter dixisset: *Quicunq; dimittit uxorem & ducit aliam &c.* Nam quod Bellarminus subjicit: *Dominum apertè decidere noluisse, utrum liceat dimittere fornicariam, quoad vinculum, quia hoc altius erat, quam ut ab ijs tunc capi posset, reservasse autem idipsum ad colloquium domesticum,* Marc. 10. merus lusus est. Timuit certè Christus, ne, si apertè veritatem professus fuisset, calumnias Pharisæorum, ut sexcenties alibi fecerat, diluendi facultatem non haberet. Aut quid hîc tam altum & abstrusum præ cæteris est, quod Pharisæi capere non potuissent? Imò objicientibus discipulis: *Si res ita habeat, satius esse abstinere à muliere,* respondet Christus: *Hoc verbum omnes non capere:* Et tamen, licet omnes non capere sciret, veritatem tamen propter auditorum hebetudinem non dissimulavit, sed & id, quod altius erat, quam ut ab omnibus capi posset, aperte omnibus elocutus est. Vanum igitur est ridiculum illud effugium, & fieri non potest, quin supervacaneè, obscurè & dubiè respondisse arguatur Salvator, si particulam, *nisi ob fornicationem* interpreteris negativè. Sensus enim erit: *Qui dimittit uxorem non fornicariam &c. mœchatur.* Dubium igitur relinquitur, quid sentiendum sit de fornicaria: & obscurius loquitur, qui dicit: *Qui dimittit uxorem non fornicariam &c.* quam qui simpliciter dicit: *Quicunq; dimittit uxorē &c. mœchatur.* Cur autem obscurius loqui voluit Christus in monte ad auditores hebetiores, quam domi apud discipulos?

se non probatur ex sacris literis.

21. *Alio argumento impugnatur Bellarminus.*

Sed & phrasis ipsa & vocularum παρεκτὸς & εἰ μὴ genuina significatio Bellarmini interpretationi prorsus repugnat, ut demonstrat Chemnit. *part. 2. Exam. de matr. ex 1. Reg. 20. & 21. 3. Reg. 3. Actor. 26.* contra quæ loca Sophisticè adducit Bellarm. *c. 17. obj. 3. §. Ad illud, quod ultimo,* duo alia ex *Apocal. 9. & 21.* ubi ait particulam εἰ μὴ accipi non exceptivè, sed adversativè. Sophisticè, inquam, quia cum probare debuisset, hanc particulam accipi negativè, probat eam accipi adversativè. Nam etiam in locis citatis à Chemnitio sic accipitur: *1. Reg. 20. v. 20. Actor. 20. v. 29. Puer hoc non sciebat, nisi tantum David & Jonathan.* Nec enim

22. *Item ex genuina vocabulorum significatione.*

 David

23. *Effugiũ Bellarm. redarguitur.* David & Jonathan erant ex numero puerorum, ut ab iis excipi potuerint, sicut homines non sunt ex ordine fœni terræ, aut arborum, à quibus separantur, *Apocal. 9. v. 4.* aut scripti in libro vitæ, non sunt ex inquinatorum, quæ ab Hierosolyma excluduntur, serie, *Apocal. 21. v. ult.* Et tamen Bellarminus conceptis verbis confitetur, in locis à Chemnitio allatis, voculam εἰ μὴ & παρεκτὸς accipi exceptivè. Annon verò etiam adversativa excipiunt & excludunt: *Non omnes qui dicunt, Domine, Domine, intrabunt regnum cœlorum, sed qui faciunt voluntatem Patris.* Item: *Verbum Patris absconditum fuit à seculis, nisi quibus Filius revelaverit.* An hic non excluduntur per adversativam omnia, quæ eam præcedunt, & excipiuntur, quæ adversativæ includuntur? Sed, inquit Bellarminus, homines non sunt arbores, consignati in libro vitæ non sunt coinquinati. *Apoc. 9. & 21.* Ergo non potuerunt ab iis excipi & eximi. Imò propterea excipiuntur, quia non sunt de eorum numero, à quibus excipiuntur. Velim, inquit Paulus, omnes esse, quemadmodum ego sum, exceptis his vinculis. *Act. 26.* An oportebat tùm omnes, qui præsto erant, vinculis indui, ut vincula ab iis detraheret & exciperet Paulus? Ratum igitur manet, & in sacris literis indubitatum, hæc vocabula, quibus *Matth. 5. & 19.* in suo responso utitur Christus esse exceptiva, & exclusiva, unde inferimus, cum Christus loquatur de divortiis Judæorum, quoad vinculum, & ea in universum condemnet, *Marc. 10. Luc. 16.* excepta causa fornicationis, *Matth. 5. & 19.* quia species derogat generi, quod hoc saltem in casu vinculum matrimonii rumpi concedat.

24. *Argum. aliud ex contrario sensu.* Ex contrario enim sensu sic licet inferre: *Si mœchatur, qui dimittit uxorem, nisi ob fornicationem & ducit aliam.* Ergò, *qui dimittit uxorem ob fornicationem & ducit aliam, non mœchatur.* Item ex ratione à Christo allegata sic concludo: Propterea separari nequeunt conjuges, quia, qui eos conjunxit, per Adamũ dixit: *Et adhærebit uxori suæ & inde erunt una caro, Matth. 19. Gen. 2.* Jam

25. *Item aliud ex ratione legis Christi.* verò adultera desinit esse una caro cum viro, quia fit una caro cum adultero, *1. Cor. 6.* & illa commixtio fieri nequit, nisi disjunctis personis, quæ in unam carnem matrimonio coaluerunt, ut explicat Tertull. *de Monogam. Hemming: de conjug: & ex eo Beust: part: 2. matr. cap. 24.* Ergo, postquam adultera sive adulter sua improbitate rupit vinculum, alias indissolubile, ratio, quæ prohibet divortia, non amplius dominatur.

Cavillatur

Cavillatur tamen Bellarmin. *c. 16. argum. 1.* verba ultima præce- 26.
pti Christi. *Matth. 5. Et qui dimissam duxerit, mœchatur.* Nam,
inquit, *si repetatur exceptio, & mœchari dicatur, qui duxerit di-
missam ex alia, quam adulterij causa, melior erit conditio forni-
cariæ, cui licet renubere, quam innocentis & castæ, cui non licet.*
Cæterum si fas est absurdis agere, multò graviora prement sententiam
Pontificiorum. Nam ex illa innocens persona cogitur luere culpam 27.
alienam contra sententiam, *Deuter. 24. Ezech. 18. 2. Reg. 14. 2. Paralip. 25.* *Absurda, quæ*
l. crimen. 26. de pœnis. l. sancimus 22. C. de pœn. dum propter adulterium *sequuntur*
conjugis sine culpa sua conjicitur in laqueos ustionis & multatur perpe- *sententiam*
tuo cælibatu, impedituro, si donum continentiæ non adsit, preces & *Pontificiorũ.*
cultum divinum, quo nihil fieri potest absurdius aut inhumanius. Nec 28.
repetere hic potest Bellarmin. responsionem suam *ex c. 17. ad obj: 1.* quod *Responsio*
ex causa, sine culpa propria sæpe aliquis puniatur, ut dum filij lu- *Bellarm. reji-*
unt scelera parentum, dum torquentur conscij ob indicia, dum in- *citur.*
curabili morbo alter conjugum inficitur. Nam nihil ad rem faci-
unt hæc exempla, quia filii, cum sint partes parentum, finguntur cum
iis peccasse, & lex scelerum paternorum fomitem in posteritate præsu-
mit. *l. quisquis C. ad l. Iul. Maj.* Conscii, qui torquentur ad prodendos
sceleratos, participes sunt sceleris: Alias injustè torquentur. Morbus
verò infligitur à manu Dei, quam sæpe non tam pars afflicta, quam li-
bera promeruit: & infirmitatibus æquum est, ut condoleamus, sed vitia
odio prosequenda sunt, non misericordia. Scelus vero, quod pars ad-
ultera committit in partem innocentem, à Dei manu non immittitur,
nec favore dignum est, nec in consortium attrahere potest eum, qui est
extra culpam, & proinde summa cum injuria in illo vindicatur. Causæ 29.
verò, quæ afferuntur à Bellarmin. propter quas innocens persona, alie- *Causæ, ob*
na culpa gravari debeat, scilicet, *quia vinculum prioris manet, &* *quas innocens*
quia Christus prohibet, & quia fieret injuria proli, petunt principi- *persona prægravari de-*
um, quia, utrum vinculum maneat & Christus prohibeat, versatur in *beat, rejici-*
controversia, & tertia non est tanti momenti, ut propter eam cuiquam *untur.*
injuria inferri debeat, cum proli alia ratione possit prospici. Accedit
quod satius sit novercã habere, & fratres ex justis secundis nuptiis, quam
matrem adulterã, ex qua non sit expectanda, nisi incerta progenies. Quin-
etiam, si sunt hæ causæ satis efficaces, sufficient quoq; ad diluendã hanc
injuriam, quam parti innocenti à nostra sententia inferri conqueritur

 Bellar-

Bellarminus. Nam si vinculum manet & Deus prohibet, injustè dimissæ

30. *Eadem absurda retorquentur in Bellarm.*

expostulandi contra manifestam dispositionem divinam, causam non habet. Sed nec ipsa Pontificiorum sententia ab hoc absurdo libera est, quia nec illa pœna iniquitate vacat, quæ æqualiter nocenti & innocenti infligitur. Atqui Pontificii æquali rigore persequuntur justè & injustè dimissam. Nostra verò sententia non est iniquior injustè dimissæ, quam justè & ex adulterio, quia hanc punit solutione vinculi & privat omni adjutorio, quod à viro sperare habebat, cujus conversatione se indignã præbuit: illam verò multis modis solatur, dum honore, privilegiis & bonis mariti, instar justæ uxoris, gaudere & frui sinit, & ne habitationẽ quidem ipsam dissolvit, nisi inevitabile malum impendeat, quo in casu, si reconciliatio frustrà tentata fuerit, pars nocens ita tractatur, ut sui erroris severiter admoneatur, & commodis innocentis prospiciatur. *Sneidevv. de nupt. part. 4. n 35. Beust. part. 2. de matr. c. 18.* Esto, ad secunda vota ejectæ non liceat transire. Ecquid verò deterius: A priori conjugio cum ignominia separari, quam à posteriori prohiberi?

31. *Bellarm. argumenta solvuntur.*

Quæ præterea afferuntur *ex Marc. c. 10. & Luc. 16.* explicata sunt superius, ubi diximus per speciem derogari generi. At, inquit, Marcus decepisset Romanos, si exceptionem necessariam prætermisisset: qui magis, quã Matthæus, qui exceptionem posuit, quam secundum Marcum & Lucã omittere debuisset. Et notum est, leges limitandas per exceptiones, non contrà, exceptiones delendas per generalitatem Regulæ.

32. *Ad locum ex c. 7. Rom.*

Similitudo D. Pauli *ad Rom. 7.* cui nimium, quantum tribuit Augustin. *2. de adulter. conjug. c. 4.* facilè diluitur ex vulgari Logicorum Regulà, qua dicitur: *Ex simili ultra terminos comparationis protracto nihil concludi*, Proponit autem Paulus declarandum, quod cum mortui simus legi per passionem Christi, morte soluti simus à lege, & liberè possimus servire Christo, tanquam novo sponso, ad cujus sententiæ declarationem nihil attinebat afferri exceptionem divortiorum, sed sufficiebat, ut ostenderet, rem ita se habere, ut inter maritum & uxorẽ. Tamdiu enim ligat lex mariti uxorem, donec alteruter moriatur: post mortem, qui superstes est, liberè innectit se novo matrimonio. Ita & nos lex non obligabat, nisi usq; ad Christum. Tantum igitur præsupponit Apostolus in hac comparatione, quod obligatio non transeat ultra mortem: Utrum solvi possit ante mortem, nihil ad rem, de qua agit Apostolus. Nam quod retrò trahit similitudinem Bellarminus *d. c. 16.*

arg

arg. 3. § *Porro hac simil.* & ait: *Sicut Judæi non poterant renuntiare legi, quam diu vigebat: ita nec uxor viro, aut è contrario*, præter mentem Apostoli affingitur, quia similia in uno, possunt esse dissimilia in altero. Alias pari jure sequetur, quod, sicut Christus nunquam vel minima in re deserit Ecclesiam, cui se præsto fore promisit usq; ad terminum durationis mundi, ita ne minimùm quidem vel quoad thorum, vel quoad mensam, semel adoptatam uxorem deserere poterit maritus, quod tamen thesi Pontificiorum apertè refragatur. Ne dicam interim, quod Deus ipse repudiasse dicatur fornicationibus aliorum Deorum inquinatam sponsam. *Ierem. 3.* Pergit verò Bellarm. clara & universalia verba Pauli objicere, quando ait: *Mulier ὕπανδρος, vivente viro, alligata est legi &c.* Et licet excipias mulierem separatam legitimo divortio non esse amplius ὕπανδρον, universalem objicit conclusionem: *Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.* Quomodo verò universalior est conclusio, quam propositio, cum conspicuè uno & eodem insistant subjecto, & loquantur de muliere eadem, quæ in propositione circumscripta fuit per voculam ὕπανδρος, quæ divortium excludit, quia, quæ ob adulterium divertit, & cum adultero facta est una caro, non est amplius sub viro, nec cum eo unam carnem constituit. Sed & universalitatem locutionis Paulinæ violant ipsi Canones, quando ad minimum incestuosa conjugia dissolvunt, & parti innocenti copiam renubendi faciunt, *c. quædam c. concubuisti, c. si quis cum. 32. q. 7.* quos omnes uno verbo refutat Bellarminus, dicens, *eos intelligendos post mortem eius, qui adulterium commisit.* Velim autem scire, ubi vestigium aut vola existat ejus glossæ, quæ textum penitus destruit. Dum enim Zacharias ait: *d. c. concubuisti. Uxor tua, si conscia incestus à te commissi non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino: Tu autem & adultera sine spe conjugii permaneatis.* An intelligi potest de conjugio repetendo post mortem, quando jubet uxorem innocentem nubere in Domino, dum adulter incestuosus manet sine spe conjugii? An ille mansurus est sine spe conjugii, postquam desiit posse matrimonium contrahere apud manes? Idem elicitur ex ratione & *hic* addita & *in c. si quis cum.* dũ matrimonii repetitio parti innocenti conceditur, *si se continere nequeat.* Fit autem, ut se continere nequeat, etiam dum adulter adhuc in vivis est. Atq; hoc sensu accepit Gratianus, quando rationem assignat, quare in adulteriis incestuosis id liceat, quod non licet

33. *Instantia Bellar. solvitur.*

34. *Instantia alia rejicitur.*

35. *Et reducitur in jugulum sententiæ Pontificiæ.*

36. *An ob incestũ Canones dissolverint matrimonium.*

in simplicibus, quia scilicet *propter incestum ad pollutam partem innocenti redire fas non sit, c.18. §. Sed & illud 32.q.7.* Nec peculiari lege opus erat, ut licentia aperiretur innocenti parti ad secunda vota redeundi, si adultera fatis cessisset, quia communi jure id omnibus gentibus

37. *Respons. desumta ex Paulo ipso.* semper licuit. Verum præter hos Canones, ipse Paulus restringit locutionem suam *1. Cor.7.* quando à servitute liberat fidelem desertum ab infideli, & facit illi copiam novo sponso sese copulandi, vivente adhuc priori conjuge. Non est igitur prædicatum intelligendum, nisi de subjecto, sc. de muliere, quæ sit sub viro. Legitimè verò separata desinit esse sub

38. *Nec non alia.* viro. Quæro enim, utrum similitudo Pauli valuerit in scholis Judæorum, contra quos præcipuè disputat? Si valuit, Ergo non tollit divortia, quæ apud ipsos erant licita. Si non valuit, cur exorditur his verbis: *Scientibus legem loquor*, ubi non legem naturæ aut Evangelii intelliget, quia lex absolutè posita, in toto illo capite, non accipitur, nisi de lege Mosis, & verisimile non est, Apostolum statim in frontispicio capitis voluisse æquivocationem vocabuli committere.

39. *Ad locum ex 1. Cor.7.* Deniq;, quod pro se adducunt Pontificii *ex 1. Cor.7. v. 10.& 11.* quia non parum nostræ sententiæ favet, diligentius explicandum erit. Revocat enim præceptum suum Apostolus ad Christi ipsius verba, quæ, quia adjunctam habent exceptionem, ea quoq; in præcepto Apostoli subintelligenda erit. Nam, ne generaliter, & sine exceptione accipi possit, facit limitatio, quam de suo statim subjicit, *v. 15.* ut mulier fidelis deserta ab infideli legitimè separata intelligatur. Seclusa igitur causa fornicationis, quâ exceperat Christus & desertionis, quâ à Christo non expressam Paulus, Spiritus S. autoritate superaddit, de cæteris universaliter pronuntiat:

40. *Violenta explicatio Bell.* *Mulier à viro non discedat: Si verò discesserit, maneat innupta, aut viro reconciliator. Et vir non dimittat uxorem.* Violenter & contra vim adversativæ torquet verba hæc Bellarm. *c.14. ad object.1.& c.16.arg.4.* dum ait, his verbis: *præcipit Dominus, uxorem à viro non discedere*, Paulum loqui de discessione injusta, illis verò: *Si discesserit*, de discessione justa. Qua enim specie tropi versipellem hanc æquivocationem excusaverit, si post duo verba statim immutet sensum & mutationis illius ne indicium quidem præbeat? Quid verò adversativa? Annon idem

41. *Contra quam multis argumentis disputatur.* reassumit, quod fuit præmissum? Alias nihil constituit adversum. Porrò, dum discessionis mentionem facit Apostolus, aut loquitur de discessione, quoad thorum, aut quoad vinculum. Si de discessione, quoad vincu-

vinculum, quia putat Bellarm. *vers. 11.* probari à Paulo discessionem ex justa caussa, consequenter probabitur divortium, quoad vinculum. Probato autem divortio, quoad vinculum, quorsum imperat cælibatum? Si de discessione quoad thorum, falsò provocat ad verba Christi, qui cum interrogaretur de divortiis Judæorum, de iisdem respondit, cum Judæis separationes thori & mensæ essent incognitæ: & discessiones omninò prohibet Paulus, aut, si ex pertinacia factæ fuerint, imperat vel pænam, vel reconciliationem. Non prohiberet autem discessionem, quoad thorum, si Pontificiorum doctrinæ standum esset. Præterea, verbis Christi non exprimitur alia causa justa divortiorum,(nam de hæresi & aliis à Pontificiis excogitatis, paulò post videbimus) quam adulterium. Si jam Apostolus *vers. 11.* loquatur de discessione justa, cujus autor sit mulier discedens, ut contra Erasmum demonstrat Bellarm. *d. arg. 4. §. At nullo modo.* nihil hinc sequitur, quam quod mulieri & viro adulteris, non liceat transire ad alia vota. De parte vero innocenti nihil cavetur omnino & proinde ex verbis Pauli de solutione vinculi nihil concluditur, quia loco pœnæ parti innocenti cælibatus imperari possit, quemadmodum multarum Rerumpubl. civiles quoque leges sanciunt. Etiamsi enim propter solutum vinculum adulteris liceat novas appetere nuptias; ut Beza disputat *de repud. & divort. pag. 169.* & malè negat Sneidevv. *part. 4. de nupt. n. 33.* ex verbis Christi, sine repetitione exceptionis, malè intellectis; Tamen ne commodum sentiant ex peccatis, licentia eâ utendi facultas ipsis non datur. Criminibus quippe incentivum præberi non debet. In uno igitur & eodem contextu, de eadem concessione cum Christo loquitur Apostolus, quam, excepta causa fornicationis, ex aliis odiis, infortuniis, aut similibus causis prorsus improbat. Si verò eò progrediatur improbitas conjugum, ut præter adulterium discesserint, discessionem tantum abest, ut probet Apostolus, quemadmodum in argumento suo insolubili præsupponit Bellarmin. *c. 14. ad obj. 1. & c. 16. argum. 4. & cap. 17. ad object. 4.* ut potius nuptiarum honore, parti nocenti supplicii loco, interdicat, aut reconciliationem seriò imperet. Atqui, inquit, non potuit Paulus permittere justum divortium contra expressum Domini præceptum. Certè exceptionem aliquam addere potuit Paulus, quia & ipse Spiritum habebat, & à Domino in tertio cœlo acceperat, quemadmodum desertionem, cujus à Christo non fuit facta mentio, addidit: Sed hic nihil permittit, quod repugnet verbis Christi.

42. *Cælibatus potest imperari, ut pæna.*

43. *Paulus num addiderit nova divortia.*

Quin

44. Quin potius immorigeris, & contra præscriptum Christi discedentibus supplicium imperat, nisi velint reconciliari. Et sane, si Paulus non potuit contra expressum Christi vetitum permittere divortium, quoad thorum, qua autoritate idem sæpe permittit Pontifex? Albericus Gentil. qui huic sententiæ post multa utrinq; disputata, demum accedit, *libr. 6. de nupt. c. 11.* confert permissionem Mosis, cum revocatione Christi, sed fundamenti loco substernit incongruam legis Mosaicæ interpretationem, de qua uberius agemus paulò post.

45. Nihil hactenus pro sua sententia ex sacris literis firmiter probare potuerunt Pontificii, ex quibus tamen totam controversiam decidendam esse ab initio demonstravimus, nedum ut tortuosæ rationes quicquam momenti huc afferant, quas coacervant Johan. Arbor: *libr. 1. Theos. c. 35.* Natal. Beda *in cens. Erasm: in c. 5. Matth:* Albert. Pigh: *in q. ult. controv. Sot: 4. sent. dist. 56 q. un. art. 5.* Alphons. de Castr. *verb: nuptiæ hæres 5.* Sacri aliquid videtur olere prima Bellarmini ratio *c. 16. Matrimo-*
46. *nium fidelium significat unionem Christi & Ecclesiæ, quæ cum sit indissolubilis, etiam matrimonium indissolubile esse oportet.* Responsum verò jam supra est, à signo ad rem signatam non magis valere consequentiam, quam à simili ad simile. Unio Christi cum Ecclesia ne morte quidem solvitur. An nec unio mariti & uxoris? Christusnon deserit Ecclesiam unquam quoad sustentationem, nec suam præsentiam ullo momento ei subtrahit. Ergo ex vi similitudinis, ne divortia quoq;, quoad thorum, concedenda essent, aut ad mensam & habitationem. Imo Deus ipse *Jerem. 3.* differentiam ponit inter suum cum Ecclesia, & conjugum inter se pactum. Nam *si,* inquit, *uxor ob fornicationem repudiata fuerit, an à viro admittetur iterum? Tu verò revertere ad me,* &c. Quid si etiam Deus repudiet eos, qui spiritualiter fornicantur? *Jer. 3. Ezech. 23.* Nunquam tamen totam Ecclesiam, ait Bellarmin., repudiat. Esto: quia tota non fornicatur. Ponè verò totam Synagogam deficere & impiare se pefida, cum Diis gentium, scortatione: Non est, ut conjecturis dispiciamus, quid sit facturus Deus: Respice saltē ad reprobationem populi Dei, & desines tua vinculi indissolubilitate nos lacessere. *Alber: Gentil: 6. de nupt. c. 7.* Breviter, sicut amor conjugalis denotat amorem Christi & Ecclesiæ, *Lomb: 4. sent: dist: 26. Covar: part. 2. Matr: c. 7. §. 4. n. 21.* nec tamen propterea rixis nullis infestatur lectus, *In quo nupta jacet:* Sic etiamsi per accidens per adulterium rumpatur vinculum conjugii, non

non tamen definit propterea esse ex sua natura indissolubile. Reliquæ leviores sunt & ab Erasmo *in c. 7. Ep. 1. Corinth.* Martyr: *ibid:* Beza *de Repud.* Mentzer. *de conjug:* Bucer: *in Enarrat: in c. 19. Matth.* Brent: *q. 5. de conjug:* imò ab ipsis Pontificiis, Cajet: *in c. 19. Matth:* Catharin. *contr. Cajet: lib .. c. ult:* Salomon: *in rep: l. Gallus §. quidam rectè. de lib. & posth:* Neviz. *in sylv. nupt. lib. 1. n. 144.* & aliis solvuntur. Propter filiorum enim ex adultera progenitorum utilitates, non est abscedendum à jure divino, cum alias nè capite quidem plecti debeant adulteri, ne eadem de noverca & vitrico subrepant incommoda, aut liberi orbentur naturalibus suis parentibus. 47.

Quod pergit objicere Bellarm. libidini maritorum apertum iri fenestram, qui per quæsitas dissidiorum & criminum occasiones ad divortia plenis velis videantur properaturi, quò excussa odiosa uxore, gratiorem obducant, nihil omninò facit contra veram sententiam, quæ non alia ex causa vinculum dissolvi concedit, quam ex adulterio. Quis verò tam demens, qui adulterio se incestare velit, incertus, an magistratus post crimen commissum ipsi copiam sit facturus secundarum nuptiarũ. Et licet quis divortia concedat etiam ex aliis causis, incommodum hoc non sequeretur, nisi ubi magistratui de divortii causis non esset reddenda ratio. *Nov: 117. c. 12. de præsumt. c. 9. de exc. præl. c. 7. de sent. & re jud.* 48. 49. *Tertia ratio Bellarm. solvitur.*

Si verò incommoda hujus & illius sententiæ in statera appendenda essent, multò pluribus gravioribusq; premeretur Pontificia, quam nostra. Gravat enim partem innocentem alieno crimine, privat ipsam suo jure, scilicet nuptiarum, sine sufficienti causa, conjicit immeritã in inevitabiles laqueos ustionis, quæ preces ex animo casto fundere, & manus puras ad cælum tollere prohiberet. *Corras: Cent: SCt: Thol: c. 3 Sneidevv: de nupt: part: 4. n. 35. Mauser. §. fin: Inst. de nupt: Connan: libr. 8. com: c. 12. n. ult. Alber. Gent. 6. de nupt: c. 6. & seqq: Duaren: de divort: Alciat: in rubr. sol: matrim. & 6. parerg. 20.* 50. *Rationes contra sententiã Pontificiã.*

Ultimum argumentum Bellarm. repetit incommodum, de lucro, quod adulter vel adultera sentiret ex peccato, & quod ea licentiâ adducti viri dedita opera in adulteria præcipites ituri essent, quò bono argumento sibi exosas liceret ejurare uxores. Sed, quantum ad lucrum, jam superius, ubi idem argumentum proposuerat Bellarm. respondimus. Libidinem verò lascivorum virorum non magis irritabit nostra, quam Bellarmini sententia, si præsupponamus utrobiq; adulteros gravissimo supplicio non affici. Nam, qui semel verecundiæ limites transgressus,

conscientiæ clypeum adulterio transverberavit, quid putes ipsum pensi facturum, utrum conjugium repetendi facultatem habeat, vel non, quia non patietur, lasciviam suam casto amori illigari, sed scortationibus & uxorum usurariarum permutatione animo suo potius satisfaciet, tum quia peccatum non præsumitur abhorrere, qui fidem conjugalem tam temere fregit, tum, quia, in qua Republ. impune licet mœchari, in eadem & impune licebit scortari, & id genus homines non tam iræ divinæ, quam supplicii corporalis metu intra terminos honestatis coercentur. Sed, ut radicitus hoc argumentum subruamus, & multis litibus, quas ex impunitate adulteriorum pullulare rectè recenset Martyr. *in 2. Sam. 11.* ansam præscindamus, pergamus, priusquam ad alias divortiorum causas abeamus, hanc subnectere quæstionem.

§ 1. Respond ad ultimum argum. Bell.

SECT. 8.

Utrum adulteria ultimo & capitali supplicio puniri debeant, ubi consideratur de pœna adulterii ex jure ff. & C. nec non, quid propriè sit adulterium.

1. Variæ sententiæ de pœna adulterij.
2. Adulterium esse furto gravius.
3. Primum Hyettam statuisse in adulteros.
4. Explicatur lex Draconis & Solonis.
4. Lex Lacedæmon.
5. Thebanorum & Heracleensium.
6. Platon. Cumæor. Gortin. &c.
7. Ægyptiorum & Romanorum.
8. Pœnæ variæ à Romanis inflictæ.
9. Germanorum & Neapolitan.
10 Lorens. & Parthorum.
11. Qui pœnam adulterij usq; in vitã extenderint.
12. Sacræ literæ adulterium morte puniunt.
13. Responsio ad impunitatem Iosephi.
14. Item ad locum Iohann. 8.
15. Rejicitur sententia Scoti, adulteros liberantis à morte.
16. Explicatur lex Romuli.
17. Item lex XII. tabular.
18. Primos Romanorum adulteros morte nunquam punivisse.
19. Facile ignoscere peccatores peccatoribus.
20. Lex Iulia in adulteros.
21. Pœna adulterij sub Tiberio.
22. An lex Iulia irroget pœnam capitis.
23. Qui sequantur partem negativam.
24. Quibusq; argumentis.
25. Argumentũ contrariũ solvitur.
26 An pœna adulterij fuerit Romanis arbitraria.

27. *Quo tempore cœperint Impp. Romani adulteria primùm morte punire.*
28. *Vtrum extremum supplicium sit fœminis adulteris remittendum.*
29. *Mulieribus non licuit accusare aut repudiare maritos.*
30. *Quod correctum est à Carolo V.*
31. *Pro cujus legis veritate disputatur.*
32. *Vir & uxor judicantur ad paria.*
33. *Licet fœmina sit fragilior & supponat falsum partum.*
34. *Non licet viro, quod non licet mulieri.*
35. *Qua pœna adulteros punierint Saxones.*
36. *Nimia mollities quorundam populorum.*
37. *In Italia.*
38. *Hispania.*
39. *Et Gallia.*
40. *Quid sit adulterium.*
41. *Quid stuprum.*
42. *Dissensus legum & Canonum.*
43. *Adulterium à marito non committi de jure civili, nisi in matremfamilias.*
44. *Qua de causa uxor nequeat maritum accusare adulterij.*
45. *Neminem esse sui thori violatorem, aut suæ uxoris adulterum.*
46. *Non committi adulterium, nisi cum maritata.*
47. *Quæ sententia legum civil. reprobatur.*
48. *Adulterium, duplex fornicatio Saxonibus.*
49. *Liberam personam cum uxorata committere adulterium etiam de jure civili.*
50. *Sed non maritum cum libera.*
51. *Quod repugnat institutioni & fidei conjugali.*
52. *Nec non rationi legis divinæ.*
53. *Adulterium esse gravius furto.*
54. *Nec ullo boni publici prætextu excusandum.*
55. *Quam severiter fuerit à multis punitum.*
56. *Adulterium etiam bruta abhorrere.*
57. *In adult. quot concurrat lerna malorum.*
58. *Vtpote furtum, Sacrileg: cædes, prodigalitas, &c.*
59. *Adulterum occidere marito per leges licet.*
60. *Opinio Canonistarum quorundam, qui adulterium levibus criminibus annumerant.*
61. *Rejicitur.*
62. *Adulterium esse deterius homicidio.*
63. *Respondetur ad argumentum Pontificis.*

DE hac enim quæstione per omnes ætates variè sancitum, & disputatum sint, *ut videre est apud Gell. lib. 10. noct: Att: c. 25. Cal: Rhodig: lib. 20. lect: Antiq: c. 25. Alex: ab Alex: gen: dier: lib. 4. c. 1. Tiraquell. de ll. Conn. l. 13.*

Guido: de Fontani in collect: hist: Guibert: de dot: c. 6. n. 25. Brecha: in com: ad consuet: Turon: t. de doaire de femme noble. art: 8. Tholos: lib: 36. Syntag: c. 6. n. 21. cum seqq: Menoch: cas. 419. a. n. 10. ad n. 30. Perer: lib: 16. Comm: in Daniel Gedofr: de amor: li: 2. c. 3. Corras: Annot: 83. Arr: Tholos: Nec immeritò con-
2. *Adulterium gravius furto.* queritur Alciat. *in l. probum 42. de V. S.* quod hodie, in civitatibus malè institutis, major ratio pecuniæ, quam morum habeatur, furesq; laqueo strangulentur, adulteri multentur pecunia, cum adulterium, tanquam probrum naturale, *ut in d. l. tradit Ulpianus*, gravius vindicari debeat furto; quod necessitas quandoq;, & omnium rerum, ex jure primævo, communio, nec non consuetudo multarum probè institutarum gentium, excusatum quadantenus reddit, quemadmodum ex ordine præceptorum Decalogi etiam deducit Martyr, quando gladium sisti in præcepto: Non Mœcchaberis, scribit, cum nec fur, nec falsarius amplius ad capitale supplicium rapiatur. *in 2. Sam. 11.* Primum omnium in adulteros
3. *Prima pœna in adulteros.* statuisse Hyettum virum Argivum, tradit Cæl. *d. c. 25.* Postquam Molurus in adulterio uxoris cæsus deprehensus erat, & hinc tracta occasione, Draconem apud Athenienses simili severitate adulteros prosecutum fuisse. Ulpianus enim in *l. quod ait lex. de adult:* refert Draconis & Solonis legem, quod liceat adulterum, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα, ut restituit Budæus, & sequitur Covarr: *part: 2. matr: c. 7. §. 7. n. 3.* seu ut Haloand. illic ex Alciat. *4. de Verb: sign: post med:* secutus, ut ait, fidem Pand: Flor: ἐν ἔργῳ deprehensum occidere. Id quod pariter colligitur ex *oratione Lysiæ*, in qua de Eratosthenis adulteri nece agitur, & *orat. Demosth:* κατὰ νεαιρ. & de lege Solonis asseritur a Plutar: *in Sol: Faber 3. Semestr: c. 21.* Quia & Pausanias *in Bœot.* apud Athenienses adulterium scribit fuisse capitale, & Polyb. *lib 2.* absq; dubio ex Græcorum lege loquitur, inquiens: *Si mœchus*
4. *Lex tamen,* *interficiatur, esto impune.* Lacedæmone tamen Adulteris legem Lycurgus non tulerat, cujus rationem rogatus quidam ex Spartanis, id propterea a legislatore omissum respondit, quod apud ipsos adulteria committi esset impossibile. Urgente autem illo, & dicente, *Quid si committerentur? Tum*, inquit, *in crimine prehensus bovem solvit tantæ magnitudinis, qui supra Taurum exerto capite Taigetum bibat*, quod cum fieri non posse intelligeret, qui rogarat, simul conjicere inde debuit, fieri quoq; non posse, ut adulter orireturin ea Republic. in qua tam facilè uxores commodato petentibus ex lege dabantur. *Plutar. in Lyc.* Nihil enim tale turpe fuit Spartæ, ut ait Ælian. *lib. 3. var.* imo honestū quendam

quendam virum multarunt Ephori, quod neminem se deteriorem amaret, cum forte amasium ad meliorem frugem convertere potuisset. *Æl. lib. 3. c. 10.* Apud Thebanos & Heracleenses parum rigidè animadverti solitum patet ex Arist. *5. polit. c. 6.* ubi Eurytionem Heracleæ, & Archiam Thebis per seditionem evertisse Rempubl. scribit, quod ob adulterium, durius, quam leges ferrent, puniri fuissent. Alligati enim palo & ad Numellam publico risui in foro expositi fuerant, quæ pœna manebat adulteras etiam apud Cumæos. Convictas enim super lapide infami collocatas in medio foro, & meritis probris proscissas, probroso asino per vicos circumducebant. Gortinæi paulò secus lana coronatum adulterum per civitatem agebant. *Plutarch. in probl:* Nec Plato *lib. 8. de legib.* ulterius progreditur, quam ut infamiam irroget illi, qui sua uxore non contentus, semen, quod religiosè servare debuisset, meretricis aut pellicis gremio credidisset. Sed Diogenes ex eadem oriundus patria, cum Didymum quendam adulterum esse audisset, censebat hominem suspendendum fuisse ex nomine. Frequens enim & multarum gentium consuetudine recepta lex fuit, ut in ea parte quis lueret, in qua peccarit. Ægyptii adulteras naribus, adulteros virilitate multabant, illas, ne appeterentur, hos, ne appeterent amplius. *Diod. Sic. lib. 1. biblioth.* Romani eadem pertica solebant tractare in adulterio deprehensos, quemadmodum Bibienus Carbonem Actienum, & Publius Cervinus Pontium castravit, quos insectatur Horat. *lib. 1. Sat. 2.* dum ait:

Quin etiam illud
Accidit, ut quidam testes, caudamq; salacem
Demeteret ferro.

Et morem hunc respicit Pythias Terentiana, quando Chæream ob stupratam civem à fratre violentissimo colligatum miseris modis, minitatur porrò passurum, quod mœchis fieri solet, *Quod*, inquit ipsa, *ego nunquam vidi fieri, neq; velim:* In Eunuch: act: 5. sc. 5. nec non Plautus, quando mœchum ita remittit domum, ut maneat semper *intestabilis*. Oldrad. *cons: ult:* & Julius Clar. *5. Recept: sent: § fornicatio. n. 26.* Judæis ob stuprum Christianis illatum virilia amputari scribunt, licet Caccialup. *in* [illegible] *de just. & jur.* non aliter puniendum censeat Judæum, quam Christianum. Quin etiam verberibus Ægyptii adulteros egerunt ad necem *Diod. l. lib. 1.* quod & Romanis non displicuisse idem Horat. docet, inquiens:

5. Thebanor. & Heracl.
6. Cumæor.
Gortina.
Platoni
Diogeni
7. Ægyptior.
Romani
8. Pœna varia. Romani.

Ille flagellis
Ad mortem casus.

quibus verbis Acron, Salustium Crispum, Porphyrion C. Salustium
tangi putat, quem Ascon. Pedianus & Serv. *in illud Virgil: 6, AEn. Quiq; ob*
adulterium casi. in adulterio Faustæ, filiæ Syllæ, deprehensum ab Annio
Milone flagellis cæsum refert. Valer: *libr: 6. c. 1.* addit exempla plura:
9. *Sempronius, inquit, Musca C. Gallium deprehensum in adulterio,*
Germani: *flagellis cecidit. C. Menius Octavium nervis contudit. Carbo Actie-*
Neapolit. *nus à Bibieno, Item Pontinus à P. Cernio deprehensi castrati sunt.*
Apud Germanos, ait Tacit. *de morib: Germ: maritus accisis crinibus nu-*
datam coram propinquis expellit domo, ac per omnem vicum ver-
bere agit. Publicata enim pudicitia nulla est venia. Apud Neapoli-
tanos quoq; mulier publicè flagellatur, nisi maritus ex Zelo nasum ipsi
præsciderit. *Franc: Virius in tract: comm: opin: lib: 2. verb: Adulter: n. 4.* Sa-
leucus Locrensis oculos effodi voluit adulteris, cujus filius cum ob ad-
ulterium ex patria lege damnandus esset, tota civitate supplicium hono-
ri parentis remittente, divisa pœna inter se & filium, primus sua obedi-
10. entia docuit cives, leges non esse convellendas. *Valer: lib: 6. c. 5. Ælian. lib:*
Parthor. &c. *12. c. 12.* In ipsam deniq; vitam supplicium extenderunt, Parthi, qui nul-
lum crimen gravius adulterio vindicabant, *Iustin: lib: 41.* Arabes item,
Strab: 16. Geogr: & Aromatiferæ regionis incolæ, *Eusch: de præp: Evang: lib:*
6. c. 8. qui capitis supplicium irrogabant, Tenedi, qui utriusq; adulterio
11. obnoxii corpora securi dividebant, *ut refert Heraclid: in Polit:* quorum
severitatem imitatus Aurelianus stupratorem hospitis distractis arbori-
bus discerpsit, *Vopisc: in Aurel:* & Macrinus adulterii reos junctis corpori-
bus vivos incendit semper, *ut ait Capitol.* duosq; milites, qui hospitis an-
cillæ vitium intulerant, vivis bobus inseruit, exertis capitibus, ut collo-
qui una possent, donec morerentur. *Capitol. in Macr:* Julius item & Au-
gustus Cæsares, suos libertos capite multarunt, quod ingenuas matresfa-
milias stuprassent. *Sueton: in utriusq; vit.* Sed hæc profecta videntur ex
disciplina militari, qua pœnas exacerbari necesse est: Capitale verò sup-
plicium fundamentum habet in sacris literis, *Levit: 20. Deut: 22. In histor:*
Susann: item *Ezech: 16. Ioh: 8. Gen. 38.* ubi partim igne, partim lapidibus
ex lege Mosis animadversum legitur in adulteras. *Perer: libr: 16. in Daniel:*
12. Nec quicquam in contrarium probat captivitas Josephi, quia non accusa-
batur perpetrati, sed captati adulterii tantum, & tamen in carcerem
con-

conjiciebatur, cum iis, qui ad necem destinati erant. Detinebat autem ipsum & avertebat gladium à capite immerentem favor divinus, ut dicitur *Gen: 39.* ne via præcipiti ad supplicium destinatum raperetur, ut latè explicat Chrysost: *hom: 62. in Genes: sicut à fratribus eum eripuit, ut de consilio Ruben dimitteretur, de consilio Judæ venderetur : Ita & nunc superna Dei manus Barbarum illum detinuit, ne in Iusti cædem rueret. Quid enim aliud prohibuisset hoc eum facere, cum intelligeret attentasse eum violare thorum suum? &c* Quin etiam Ægyptiorum consuetudo, divinæ legi præjudicium non crearet. Nec expiravit legum harum ratio in novo testamento, quia Christus ignovit adulteræ, 13.
Ioh: 8. Remissio enim peccatorum non tollit officium magistratus. Volebat enim, ut qui immunis à peccato esset, ex Pharisæis initium lapidandi faceret, quo responso cum conscientias suas tangi sentirent callidi scribæ & Pharisæi, quandoquidem, ait Christus, illi te condemnare verentur, ne simul in se ferant sententiam, nec ego te condemno, quia non veni judicare, quam potestatem magistratui relinquo, & accusare non possum, quippe testimoniis & scientia facti destitutus. Alias enim *Ezech.* 14.
18. dicitur : *Qui vitiavit alterius conjugem, an ille vivat?* & *Heb: 13. Scortatores & adulteros judicabit Dominus, Prov. 6. Adulter vitam perducit in pernitiem, & famam in discrimen perpetuum.* Unde solidè refutatur argumentum Scoti *4. dist: 15. q. 3.* sic ratiocinantis : *Præcepto generali, de non occidendo, nemo detrahere potest, nisi qui præceptum edidit. At hic vetuit adulteras, capite plecti, Ioh: 8.* Nam & major laborat & minor. Quod enim de homicidio privato dictum fuit, ad supplicium publicum malè accommodat, cum gladium magistratus frustrà non gerat : Et condonationem culpæ Spiritualem, *Ioh. 8.* confundit cum connivencia & gratia Politica. Scoti tamen argumento subscribit Vasq; *lib. 1. controv: Illustr: c. 8. n. 49.*

Romanorum leges pro temporum & præsidum Reipubl. vicissitudine multifariam mutatæ inveniuntur. Nam Romuli legem in adul- 15.
teras refert Halycar: *lib: 2.* Plutarch: *in Rom:* Gell: *lib. 10. c. 23.* Cato *in orat: de dote Manut. Bald. & Prattæus in ll. Romul: l. 15.* qua licet nefas esse sanciat, ut mulier digito tangat maritum adulterum, tamen male Cujac. *lib. 6. obs: 25.* & Martyr. *2. Sam. c. 11.* morte negant etiã adulteras a Romulo multatas fuisse, quia verbũ ζημιοῦν, quo utitur Halyc. nõ tantum multare significat, 16.
sed & gravissimè corpore punire, ut notat Lips. *4. Annal. Tac.* & Heg. *part:*

2. q.

2.q.29.n.41.& Gellij d.c.23. Verba legis proferi nimis aperta: *In adulterio uxoré tuã si deprehendisses, sine judicio impunè necares.* Sen. contr. 24. lege sic proponit: *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dũ utrumq; interficiat, sine fraude sit.* Decemviri porro in leges 12. tabul. ex

17. Rep. Athenicus transcripserunt hanc: *Mœchũ in adulterio deprehensũ necato,* ut est apud Oldendorpium, & hoc datum fuit justo dolori læsi mariti. De judiciis enim, quæ data sint & acta in adulteros, ab ætate legum 12. tabul. usq; ad Augusti tempora, rem incertam esse notat Ærod. *[illegible] judic. l.1.c.4.* Augustinus *lib: 3. de civit: Dei.c.5.* testatur, antiquos

18. Romanos, quamvis aliqua damnatione, nunquam tamen morte puniisse adulteras, & Acron *in illud Horat: Galba negabat. 1. Sat: 2. Galba dicebat non jure factum, ut testes amputarentur mœchis, quia primò adulterij pœna pecuniaria erat,* & certè Fabius Gurges aliquot matronas ex hoc crimine pecunia damnasse scribitur, *Liv. lib. 10.* quod Ærod. *d.c. 4.* exemplis eorum, qui stupri & adulterii caussam coram populo dixerunt, demonstrat. Semper enim inventi sunt Galbæ JCti similes, qui, quam alii pœnam jure inferri adulteris censebant, detestarentur ut iniquam proprio scilicet tergo metuentes, ut taxat Horat: 1. *Satyr: & ibi explicant Acron, Porphyr: & Ascens:* Nam & Augustus propterea legem Juliam, à se rogatam, segnius executus creditur, quod lectos alienos permingere licentius, quam Imperatori fas fuisset, soleret. *Dion. & Sueton. in Aug:* Sicut tamen Sybarita quidam puerorum moderator *apud Ælian: lib.*

19. [illegible] 14. ficum, quem prohibuerat metu plagarum tolli à puero, victus cupidine, ipse sustulit & avidè abligurivit, aut sicut Crassus, avaritia nulli secundus omnes avaros sontico odio prosequebatur, *Plut: in Craß:* & Cato, qui non obscurè libertinæ assuescebat, Manilium senatu movit, ob solum osculum uxori lascivius impressum, *Plut: in Cat:* Ita Augustus filiarum scortationes longè graviori supplicio prosecutus est, quam mos & mollities eius temporis ferebat. *Sen. 6. de benef: c.32.* Legem quoque Iuliam ex integro sanxit, *ut ait Sueton: in Aug.* sumtuariam, de adulteriis, de

20. *Lex Julia.* pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus, ad quam procul dubio oculum intendit Horatius *lib: 4. Od. 5.* inquiens:

Culpari metuit fides.
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos & lex maculosum edomuit nefas:

Lau-

Laudantur simili prole puerpera.
Culpam pœna premit comes.

Paulò post tamen Iuvenalis *Sat.2.* exclamat:

Ubi nunc lex Julia? dormis?

Quia enim amara erat, atq; *ut idem ait.*

Ipsis Veneri Martiq; timenda,

Primorum Imperatorum, huic crimini nimiùm obnoxiorum incuriâ, indormivit, & pristinus mos impunitatis reviviscere cepit. Nam Tiberius ipse deprecatus est adulterii graviorem culpam, ne exemplo majorum à propinquis suis ultra ducentesimum lapidem removerentur, *Tacit. lib.2. Annal:* & Senatus gravibus decretis, *ut ait idem ibid.* libidinem fœminarum coërciturus, Labeonis uxorem, adulterii convictam in insulâ Seriphum abdidit. Gravem hanc pœnam vocat Tacitus, quia de cætero Tiberius propinquis reddebat potestatem animadvertendi in matronas prostratæ pudicitiæ, more majorum, *Sueton: in Tiber: c.35.* de quo majorum more, nihil nobis certi constare, vel ex legibus, vel ex historiis, paulò ante diximus, quemadmodum dubios quoq; nos facit §. *Item lex Iulia. Inst de publ: jud:* utrum Augustus per legem Juliam pœnam capitis irrogarit adulteris, vel minus, quem nodum ne Accurs. quidem solvit *in l. Sejo. de testib: & l. si quis viduam. de quæstion.* Vero tamen propius videtur, ante & per l. Iuliam, adeoque ut ICti in hac quæstione loquuntur, de jure Pandectarum pœnam sanguinis nunquam fuisse inflictam, quæ est opinio *Ioh: Fabr: Cujac: Hottom: Bald: in d. §. Item lex Iulia. Item Hott: q.23. Illust: Cujac: obs: lib: 6. c.11. lib: 20. c.18. lib. 21. obs: 17. Donell: ad l. transigere. n. 6. C. de transact: Conna: lib: 5. c.7. n.3. Alciat: 5. Parad. c.8. Tiraq. l.12. Connub: Brisson: lib: ad l. Iul. adult: c.2. verb: qui stuprum adulterium-ve. Cæsar: Costa lib: 1. ambig: c.36. Menoch: arb: jud cas: 419. n.31. & seqq: Covar. part: 2. de matrim: c.7. §. 7. n.25. Martin Delrio ad l. transigere n. 100. & seqq: C. de transact: Heg: part: 2. q.29. n.63. Petr: Fab. Semestr: lib.2. c.5. Lips: ad 4. Ann. Tac:* Nam quoties præsupponitur in ff. Adulteris vitam non esse ademtam? Cur enim à testimonio ferendo repelleretur adulter, si in Rep. vivere ipsi non liceret? *l. scio. l. ex eo. de testibus.* cur milites adulterio contaminati repellerentur à signis, *l. qui cum uno. §. adulterij. ubi gl: de his, quib: ut indign:* & cum infamia dimitterentur, *l. 2. §. miles. de his, qui not: infam:* sicut Trajanus militem in hoc crimine deprehensum statim juramento solvit & turpiter dimisit? *Plin. 6. Epist: ad Cornel:* Cur adulteras

[Margin notes:]
21. *Pœna sub Tiberio.*
22. *An lex Iulia irroget pœnā capitis.*
23. *Sententia negans.*
24. *Eius rationes*

abigeret lex ab honesto matrimonio, si abigendæ potius essent à vita *l. Claudius, ubi gl. de his, quib: ut indign: l si quis viduam. de quæst:* Disertè Augustin. 3. *de Civ: Dei. c.5. Romani adulteras fœminas, quamvis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant.* Nec satis ponderis inest dicto §. *item lex Iulia.* quem in contrarium afferunt Corrasius *lib: 2. Misc: c.1. in fin:* Goddæ. *ad l. 101. n. 4. de V. S.* quia loquitur de l. Iulia, prout tum temporis accessionibus constitutionum Imperialium aucta erat & ampliata. Nam & puerorum stupratoribus ibidem dicitur ex l. Iulia infligi pœna capitalis, cujus rei vestigium nullibi comparet, ante *l. cum vir. C. de adult:* Crescentibus enim sensim delictis Imperatores supplicia irrogarunt graviora, adeò ut arbitrariam adulterii pœnam extitisse Menoch. *d cas: 419. n. 46.* Mauser: *t. de nupt: Inst: §. si advers: vers: continentur,* & partim etiam Godd. *ad l. inter stuprum 101. n. 4. de V. S.* sentiant, cum tamen ex deprecatione Tiberii *apud Tac. 2. Annal.* certitudo pœnæ satis convincatur, ut etiā *ex l si quis viduā. ff de quæst.* & capitalē fuisse, constet *ex l. castitati. C. de adult:* quam Covarr. *d. §. 7. n. 25.* interpretatur, attento jure Codicis, quia exilium, etiam perpetuum, capitale non dicitur, ut notat Igneus *in l. 1. §. ultimum itaq; suppl. ad Syllan.* Esto: Augustus ipse aliquando capite plexuerit adulteros, *Apul: 9. Metam.* Ex certis circumstantiis augendum sibi putavit supplicium, sicut Proculum libertum mori coëgit, tum quia in dignitatem matrumfamilias, quas devotiùs revereri debuisset, gravius peccaverat, tum quia frequentius ad idem facinus redierat. *Suet: in Aug: c.54.* Tiberius, etiam cum rigidè jus diceret, ultra relegationem non processit, *Suet: in Tib. c.35. Tacit: lib: 2. Ann:* Trajanus militem tantum turpiter dimisit: *Plin: lib: 6. Epist.* Macrinus milites bobus inseruit, ut supra diximus, *ex Capit.* sed disciplina militaris graviorem pœnam exigebat in milite, & præcipuè, qui non simpliciter, sed in hospitis ancillam stuprum commiserit, hospitiumq; suum ingrato ausu conscelerarat, quæ causa conjecit Aurelianum quoq: in severitatem insolitam, contra stupratorem hospitæ militem. *Vopisc: in Aurel.* De Alexandri Severi sententia dubium est, utrum, quæ de capitali pœna assumuntur *in d. l. castitati C. ad l. Iul. de adult.* à compilatoribus sint adjecta, vel ex scrinio ipsius Alexandri profecta. Primum enim Constantinum temeratores nuptiarū gladio feriendos sanxisse putat Brisson. *in d. lib. ad l. Iul. de adult: in l. quamvis. la. 2. C. eod.* cujus tamen postrema verba, quia non inveniuntur in Theodos. Codice, unde constitutio extracta est, iterum à Treboniano assuta

25.

26. *An pœna adult. fuerit arbitraria.*

27. *Quo tempore Romani cœperint adult: capite punire*

assuta videntur. Jam tamen ante Constantinum, Dioclet. & Maximian. adulterium recensuerunt inter ea crimina, quæ sanguinis pœnam ingerunt. *l. transigere. C. de transact:* & Hieron. suo tempore, adulterium capitale facit. *in Epist: ad Innoc:* de muliere septias icta. Natus autem est sub Constantio Imperatore. Pænam hanc in viris retinuit Justinianus, licet de muliere mitius statuerit, quam virgis cæsam ablegat ad pænitentiam in monasterium. *Nov. 134. c.10. §.si vero. Auth: sed hodie. C. ad l.Iul.de adult: cui consentit c. gaudemus. de divort:* Utrum verò rectè hoc sit vel à Justiniano statutum, vel a Canonibus receptum, obiter, priusquam pœnas pertexamus, placet contueri.

Nam Romulus prorsus contrarium olim statuit, cujus legem repetit Gell: *lib.10.c.23. In adulterio, si uxorem tuam deprehendisses, sine judicio impune necares: Illa te, si adulterares, digito non auderet tangere.* Et si definitionem adulterii ex lega civili metiri velimus, non dubium est, quin magis incliaet in legem Romuli, quam Iustiniani, ut ex paulò post dicendis apparebit. Quin etiam, quod Romulus denegavit fæminis facultatem accusandi maritos, quam concessit viris in fæminas, *teste Plutarch: in Rom.* idem decretum habemus à Severo Antonino *in l.1.C.ad l.Iul.de adult:* & repetitum à Constantino in *l.placet.C.Theod: de repud:* ubi sancitur: Viro licere repudiare uxorem, sed non uxori virum, quæ lex derivatur inde ab exorsis Romuli, *Plut: in Rom:* & consentit cum sacris literis, *Deut: 24. Malach. c.2. Ioseph: 15. Ant: c.9.* ubi conceditur viris, ut dimittant uxores, Mulieribus verò eandem factam esse potestatem nullibi legitur. *Cal: Rhod: lib: 28.antiq: lect: c.16. Cujac: c.9.de spons: Alber: Gent.6.de nupt: c.11.* Ratio quoq; reddi potest, ex reverentia, quam mulier debet viro, *l.1.§.7.de rei ux: act: l.14.§ ult. solut: matr. quemadm: dos pet:* In jus enim sine venia vocari non potest, cui reverentia debetur. *l. generaliter.de in jus voc: c. Episcopus,12.q.2.* Verum ex ratione hac nihil convincitur, nisi sine venia & jussu prætoris non posse mulierem provolare ad accusationem viri. Nam hodie Carolus V. mulieribus quoq; veniam & licentiam indulsit deferendi maritos criminaliter, & ad corporis pœnam infligendam accusandi, *In constit: crimin: c. 120.* & jam olim Augustinus *in qq. Vet: & Nov: test: q.111.* à Iuliano factam repudiandi potestatem mulieribus scribit, in dubio relinquens, an Didio, vel Apostatæ mutatio hæc legis Romuleæ asscribi debeat, de qua tamen re non opus est, ut scrupulosè disputetur, cum jam filia Ciceronis irato viro, *Cic: 14. fam: 13.* & so-

28. Utrum extremum supplicium feminis adulteris remittendū.

29. Mulieribus non licet repudiare viros

30.

ror Triarii, nuptura Bruto, marito è provincia venienti, nuncium remiſerit, *Cicer: 8. famil: 7.* quod colligere licet etiam ex illo Martialis: *Menſe novo Juni veterem Proculeja maritum Deſeris, atq; jubes, res ſibi habere ſuas.* Alber: item Gentil. *6. de nupt: c. 21.* in multis legibus
31. ff. repudiantium mulierum mentionem fieri notat. *l. 42. de jud: l. 57. de don: int: vir & ux: l. 34. 38. ſol: matr:* & Scipio Gent idem uſu receptum in Anglia oſtendit ex repudio, quod Cunhildis Henrico regi miſit ob adulterium, *lib: 3. de don: inter vir: c. 21. ex Malmesb lib: 11. c. 12.* Theodoſius parem poteſtatem repudiandi conceſſit fœminæ, *l. conſenſu. C. de repud:* quæ conceditur viro à Conſtantino, & id quidem magis ad mentem ſacræ ſcripturæ & ſententiam Canonum, quia vir & uxor judicantur ad paria, & adulterium in utroq; ſexu pari ratione damnatur. *c. Chriſtiana religio 32. q. 5.* Nec viro licet, quod mulieri non licet. *c. nemo 32. q. 4.* Apoſtolus cum dixiſſet, *Uxorem non habere poteſtatem ſui corporis,* ſtatim ſubdit: *nec vir ſui poteſtatem habet, ſed uxor 1. Cor: 7.* Chriſtus
32. æſtimat adulteriũ ex eo, quod adulter ſeparet ſe à carne, cui Deus ipſum implicuit, *Matth: 19. Marc: 10.* Atqui tam ſolvit unionem hanc maritus, quando à fide conjugali abſcedit, quam quando mulier alienum admittit, *ut docent Scholaſt: 4. ſent: diſt: 35. Hier: ad Ocean: de Fabiol: Auguſt: lib: 2. de adult: conj ad Pollent. cap. 8.* Moſes diſertè ait: *Deuterom: 22. Levit: 20. Si quis adulterium perpetraverit cum uxore proximi ſui, moriantur ambo, adulter & adultera,* quo fortaſſe reſpexit Mauritius Elector Saxon: quando pari pœna proſecutus eſt maritum & uxorem in adulterio deprehenſos, *part: 4. n. 19.* cum Landrecht. *lib. 2. art. 13.* mulieres Virgis tantum cederet, & Scabini Lipſenſes, deficientibus monaſteriis, in quæ detruderentur, in exilium mitterent. *Rubr:* von allerley ſtraffen und pein.
33. *t.* vom Ehebruch *cum ſeqq. poſt fin: proc: Chiliani.* Eſto mulier gravius peccet in familiam & maritum, cui præterquam quod fidem frangat, ſupponit alienum hæredem, quam rationem tangit Papinianus in definiendo adulterio, tanti tamen is exceſſus non eſt, ut virum à pari pœna excuſet, quia pœna adulteris non infligitur, propter ſuppoſitum partum, ſed propter ſacrilegam perfidiam, & injuriam, culleo & ſerpente dignã, quã contra datam fidem alter conjugum alteri ſe ſuffuratur, & ſubdolè ſe transfert ad alienam impuram carnem. Nec mulieres excuſat, quod præ fragilitate ſexus, minus ſint ſcientes legum, & facile ſeducantur. Nam, ubi agitur de jure divino & naturali, contra quæ peccat adulterium,

um, *l probrum, ibi Alciat: de V. S.* nulla valet excusatio, quæ ex ignorantia petitur aut imbecillitate. Proinde, licet repudia viris permissa sint in solatium miserarum mulierum, quarum sub iniquo imperio nimis dura foret conditio, nisi dimitti possent, postquam fastidium viris creare cœperunt, tamen in cæteris, tantum abest, ut mulier propter fragilitatem sexus, aut vir propter dignitatem in atroci delicto, alter præ altero excusari possint, ut vir potius, quia est caput mulieris, exemplo ipsi prælucere debeat, quod Augustinus probat dicto Antonini: *Iniquum esse, ut viri exigant à mulieribus fidem, quam ipsi præstare nolint. l. si uxor. 13. § judex. ad. l. Iul. de adult:* & Seneca dicit: *Scis improbum esse, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Epist. 94. paulò post princ.* Chrysost. 1. Cor: *hom. 19. In aliis gaudeat vir prærogativa, in pudicitia minus.* August *c. 2. 32. q. 6 Si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris. Quales vultis eas invenire, tales & ipsæ inveniant vos. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? & si accepturus est virginem, quis non intactam desideret. Intactam quæris? intactus esto.* Simplic. *in com: Enchir: Epict: Iustum est, ut castitatis fides, quam maritus ab uxore stipulatur, etiam uxori vicissim à marito servetur.* Ambros: *libr: 1. de Abrah: c. 4. Nemo blandiatur sibi de legibus hominum: nempe quæ mitius agunt cum marito fidem frangente, quam cum adultera uxore.* Egimus de pœnis adulterii, quæ usu receptæ fuerunt multis gentib. & præcipuè Romanis: superest, ut priusquam legem divinam & Codicis confirmemus, hodierna quoq; quæ apud nonnullas nationes in usu sunt, supplicia consideremus. Saxones retinuerunt in viris gladium, in mulieribus fustigationem, substituta relegatione in locum detrusionis in monasterium, *lib: 2. Landrecht. art: 13. Weichbild. t. von allerley ubelthat und derselben straffen / Erstlich von Ehebruch. paulo post princ: sentent: Lipsens post spec: Saxon: & post finem process: Chilian: t. von Ehebruch. Fachs: post spec: Sax: t. von peinlichen straffen. VVesenb ff. ad l. Iul adult: n. 18. Beust: part. 2. de matrim. c. 18. & 19. Rauchdorn proc: crim t. de Adult. Heig: part: 2. q. 29. n. 72. Manser: Inst. de nupt: ad § penult: verb continentur Schneidevv. de nupt. part. 4 n. 25. 26. Mod: Pistor. cons. 3. n 65. & seq:* Mauritius verò Elector in novis constitutionibus, præter aliq; dum discrimen tollit, inter conjugatos & solutos, mitius quoq; desiinit plectere mulieres, *part. 4. Const. 19. & ibi Dan. Moller.* Carolus

24. Nil licet viro q. et non licet mulieri

35.

rolus V. *in const: crim: c.120.* ad prædecessorum leges Iudices remittit. In
36. Germ. inferiori Saxonia, fædus maritale, à neutra parte, absq; periculo capitis violatus, & in eo imitantur, quò antiquiorem, eò laudabiliorem Germanorū morem, à Tacito *in lib. de mor. Germ.* descriptū: Petrus tamen de Ravenn. *in Alphab.* in Alemannia scribit adulterū non puniri pœna capitis, & Bavari quidem Argentinenses, Tyrolenses, ut plurimum pecunia crimen tam fœdum expiari sinunt, *Heg: d. q. 29. n. 75.* quæ lenitas etiam Genevenses pervaserat, ac nescio an prorsus correcta sit, licet legem capitis latam asserat Beza *in tract: de repud:* Lubecenses nimis molliter prima vice deprehensum maritum cum maritata 60. marcis, id est, 30. thaleris multant: secundâ relegant aut exponunt ad patibulum, &c. *lib. 4. t. 6. art: 2.* Italiorum statuta pro varietate urbium & regionum varias pœ-
37. Ital. nas infligunt, sed quæ maxima ex parte desinant in multam. Bononienses & Perusini ducentis libris, *Barbat: consf. 63. col: 1. lib: 4. Corneus consf: 114. col. 1.* Patavini quingentis, *Menoch: arb. jud: cas: 419. n. 86.* Florentini mille. *Barbat: consf. 87. col. 5. lib: 3.* adulteros multant. Neapolitani adulteram publicè flagellant, *Vir: lib: 2. comm: opin: verb. Adulteri. n. 4.* ut & Mediolanenses, qui interdum, pro qualitate facti, exilium superaddunt ex arbitrio judicum. *Iul: Clar: 5. rec: sent: §. Adulterium.* Nec mirum, si tam levi bracchio tractent hoc scelus Itali, cum Alexander III. illud inter leviora & minoris momenti crimina reposuerit. *c. At si cleric. §. 1. de jud:*
38. Hispan. Apud Hispanos ex legibus Regiis, *l. 1. t. de adult: lib: 4. For: & l. 2. t. 15. lib. 8. Ordin: l. 80. Taur:* accusati & convicti à marito adulter & adultera, per sententiam condemnantur quidem, sed mariti arbitrio committuntur, ut eos aut occidat, aut ex indulgentia dimittat. Nec tum adulteri cæde peccare maritum, quia tutus est autoritate legis & jussu magistratus, di-
39. Gallor. sputant Medin. *de restit: q. 3. caus: 4. Covarr: d. §. 7. n. 27.* Apud Gallos non tantum non magno vitio, sed ingeniosæ quoq; laudi duci adulteria testantur, quos hujus rei testes citat Clarus *in d. §. Adulterium*, Nimirum Petr. Faber *in §. ex scripto. Inst: de jur: nat: gent: & civ. in l. 1. C. quæ sit longa consf.* Guilielm. Benedict. *in c. Raynutius, verb. cuidam Petro. n. 62. de test:* Sylv: nupt: *lib: 1. n. 90.* Sexaginta enim solidis multari adulterum idem testatur: Guido *q. 206.* centum in urbe Gratianopolitana, Cravetta decem tantū. *in consil: 137. n. 10.* Et licet Curiæ coactæ fuerint ad graviores progredi pœnas, ut contrà objiciunt, quibus prædictorum testimonium non placet. Tiraq: *l. 13. Connub: n. 8.* Ant: Guibert: *de dotib: c. 6. num. 25.* Boer: *decis: 97.* Corras. *in Arrest. Thol: Annot: 83.* tamen vix ultra virgas processerunt.

Nam

Nam servus, quem suspensum refert Pap. *lib.22.t. 9. Arr: 4.* gravius extra ordinem ex eadem ratione puniri debuit, qua Augustum suprà dixi intendisse pœnam Proculo liberto, & Aurelianum, Macrinumve militi. Non solùm enim matronam, sed & hospitam suam vitiaverat, quod facinus eò erat deterius, quò plus reverentiæ debuerat Dominæ, & minus in Heri thorum quid committere.

Ut igitur ex tot opinionum, legum & consuetudinum varietate, certi quid deducamus, certò præfiniendum est & præcognoscendum à principio, quid per adulterium propriè intelligamus. Lex Julia stuprum & adulterium promiscuè & indifferenter accipit, *l.inter liberas. 6.§.1 ad l. Iul.de adult: l.inter stuprum 101. de V. S.* & Budæus infinitis testimoniis probat: stuprum plerumq; poni pro adulterio, genus pro specie, quia omne adulterium stuprum est, sed non contra. *Clar.§ stuprum.§ fornicatio. §.adulterium.lib.5.* Stuprum enim propriè in viduam, aut virginem *d.l.6.§ 1.l. stuprum.ad.l Iul.adult. l.Eum qui. 18. C.Eod. d. l. 101. de V. S. l. penult. de concub:* quia, *Quis homo unquam pro mœcho vidit in domo meretricia prehendi quenquam*, ut ait Terentianus Parmeno, *in Eun. act: 5.* eò, quod virginitas, quæ imminuitur stupro, deflorari non possit in meretrice, ubi nulla est, *l.palam.de rit.nupt.* & deniq; in puerum committitur. *l. 1. §. qui puero.de Extr: crim: §. Item lex Iul: Inst: de publ: jud:* Adulterium verò in nuptam, modò honestè & non meretricio more vivat. *d. l. 6. § 1. d.l.101.in pr: d.l.stuprum.l fugitivus.225.de V. S.l.22 29.33. C ad l.Iul: de adult:* nec de ea re ullum dubium est, sed quia JCti adulterium tantum definiunt per violationem alterius thori, & Tryphon: *in d.l.fugitivus*, adulterum esse dicit, qui matremfamilias alterius corrumpat, aliter necessum est sentiant de adulterio, quam Canones & sacræ literæ, quicquid contradicere velit Menoch: *arb: jud: cas: 420. n.108. & seq.* Secundum leges civiles enim adulterium nunquam committitur respectu viri, sive conjugatus sit, sive minus, sed respectu uxoris tantum. Si enim conjugatus rem habeat, cum virgine, vel vidua, vel meretrice, quia alterius thorum (Thorus enim, ut domicilium, soli viro ascribitur. *l.mulierem.5 de rit: nupt. l. cum in te.6.C.de donat.aut: nupt:*) non ascendit, unde Festus, derivat adulterium, *lib.1.* quasi *ad alterius thorum accessionem*, nec *matremfamilias corrumpit*, ut ait Tryphon. *d l.225.* nec partum ex altero conceptum supponit, unde Papinianus adulterium deducit.*l.6. §. 1.ad l.Iul: adult:* propriè secundum jus civile adulterium non committitur, cui consen-

Marginal notes:
40. *Quid sit adulterium.*
41. *Stuprum.*
42. *Diversa LL. & CC.*
43. *Adulterium non committi nisi in matrimonium de jure civili.*

tit

rit lex Romuli *apud Gell: lib: 10. c. 23.* & Anton: Faber, *in Iurisp: Pap: t. 9.*
44. *princ: 3. Illat: 25.* hinc reddit rationem legis *1. C. de adult:* in qua prohibe-
Ratio legis 1. C. de adult: tur mulier virum accuſare adulterii. Sed, eius rei alia ratio melior paulò ante fuit aſſignata. *Cyn: in l.1.C.adult.Tiraq: l.1. Conn. n. 43. & ſeq.* Nam ſi propterea mulier prohibetur accuſare maritum, quia is adulterium adulterando non committit, cur mulier tantum, & non quævis perſona prohibetur eum deferre? Deinde accuſari ſaltem poſſet, ſi cum maritata rem habuiſſet, quia eius reſpectu etiam ex jure civili adulterat, alienum thorum accedendo. Deniq; Cato in l. Romuli expreſsè dicit: *Virum quidem adulterare, ſed nihilominus digito ab uxore non tangendũ.*
45. Nec refert, ſi excipias cum Azone *in ſum: C.de adult:* maritum quoq;, dum
Nemo ſuæ uxoris adulter dicitur. ſolutam accedit, thorum violare, ſed ſuum. Nam adulterium denominat Feſtus non ad ſuum, ſed ad alterius thorum acceſſum, *adde c.lex illa. 36 q. 1. c. non mœchaberis. 32. q 5.* & Papinianus nomen componi ait. *propter partum ex altero conceptum. d.l.6. § 1. de adult:* Quin etiam in propriam uxorem nemo magis adulterium, quam rerum ſuarum furtum committere poteſt. μοιχεύει οὐδεὶς ait Ariſt: *5.Eth: c.11.* τὴν ἑαυτοῦ, οὐδὲ τοιχωρυχεῖ τὸν ἑαυτοῦ τοῖχον, οὐδὲ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ. & in ſumma, nemo poteſt ſibi ipſi injurius eſſe, etiam dum manus ſibi violentas infert, niſi diſtinguas, inter animum & corpus, aut injuriam hanc dicas redundare in totam Rempubl *d.c.11. in pr. & fi.* Ambroſius quidem *lib de Philoſ:* vocat uxoris adulterũ, *qui in uſu conjugali verecundiæ & honeſtatis nullã rationem habet,* & Hieron. ait: *1.contr.Iovin c.5. Adulter eſt in ſuam uxorem maritus ardentior,* ſed dubium non eſt, quin loquantur Metaphoricè & ſimilem adultero ſtatuere velint maritum laſcivum & uxoris pudore ad libidinem abutentem. Propriè enim adulterium non per-
45. petrari, niſi in alienã matremfamilias ex ſupra citatis legibus patet, & aſ-
Non eſſe adulterium, niſi cum maritata. ſeritur à Cyno & Dd. *ad l.1. à Salycet: ac alijs ad l. Eum, qui duas C.de Adult: Azon: in ſum: C Eod: Mauſer: §. ſi adverſus. Inſt.de nupt: Ang: Aretin: in § noviſſimè. Inſt: de publ: jud. Alciat: Forner: Brech: Godd: n 10.ad l. Inter ſtuprum 101. de V. S. Cujac. ad t.C.ad l.Iul. adult. VVeſenb: in parat: ff. ad l. Iul: adult: n. 4 & ſeq: Clar: in d. §. adulterium. n.2. Placa de delict c 41. n. 35. Gryll. de pœn. omniſ: coit: lib: 3. §.6.n.12. Anton: Fab: Iuriſpr: Papin: t de nupt: princ:3.Illat: ult: Heg: part: 2.q.29.n.8.9.Socin.ſen.conſ.148.lib.1.Roland.conſ.74.n.12. lib.1. Dec.conſ.311.col.2. Eberhard conſ.79 n.2.4.* ita ut maritus, etiamſi fidei ſymbolum frangat, adulter tamen prius dici non poſſit, quam ſi rem habue-

rit

rit cum maritata, respectu cujus adulterii labes oboritur.

Sed hic videtur iterum dicendum cum Hieronymo. *in Epist. ad Ocean. Alia sunt leges Cæsarum, alia Christi. aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit.* Nec enim dubium est, quin gravius peccet uxoratus, qui cum maritata, quam qui cum soluta rem habet, *Clar. d. §. adulterium. n. 2.* quia injuriam facit maritatæ viro, & mulieri causam præbet non simplicis fornicationis, sed adulterii, unde hoc crimen Saxo vocat, Oberhurerey, *ut est gl.* Landrecht *lib. 2. art. 13. verb.* und die Oberhurerey. *Mauf. d. §. si adversus. Inst. de nupt. Beust. de matrim. part. 2. c. 27. Sneidevv. part. 4. de nupt. n. 26.* quod solum pro completo adulterio accipiunt statuta Lubecens. *lib. 4. t. 6. art. 2. & 3.* Cæterum & is adulterii reus est, qui, licet uxoratus non sit, uxorem tamen alterius stuprat, contrà quàm sentit gl. *in d. art. 13. gl. & Salyc. in rubr. & l. 1. C. de adult. Mauser. & Sneidevv. d. loc.* quia nova constitutio Electoris Saxoniæ, *part. 4. const. 19.* eundem comprehendit, & de jure civili, quia violat alterius matremfamilias & partum alienum supponit, non potest adulterii reatum effugere. Solum uxoratum, si solutæ se misceat, excipit Papinianus, & id rectè etiam secundum sacras literas fieri disputat Hegius *d. q. 29. à n. 8. ad n. 19.* licet prædicta *const. 19.* prorsus contrarium sanciat & idem placeat Theologis, Canonibus, & quibusdam ex JCtis. *gl. in fi. ad l. 1. C. ad l. Iul. de adult. Menoch. cas. 420. n. 108. arbitr. jud. Godd. ad l. 101. n. 10. de V. S. Beust. c. 17. & 18. part. 2. Matrim. Basil: Monner. de matrim. c. 5. VVesenb. in parat. ff. d. t. n. 18. Canones,* qui repugnant. *c. non mœchaberis. 23. q. 5. c. nemo sibi blandiatur. c. dicat. 32. q. 4. c. non mœchaberis. 32. q. 6. c. transmissæ, ubi Panorm. de eo, qui cogn. consang. ux: Petr. Mart. in 2. Sam. c. 11. Zanch. de conjug. c. 3. th. 3. VVolffgang. Muscul. in præc. 7. Decal. De Chrysostomi, ex com. Ep. ad Thessal. Augusti. ex c. 18. de fid. & bon. oper. de bon. conj. c. 4. Hieron. & aliorum sententiis, operosè referendis non est, ut sim sollicitus, cum eorum verba legantur inter Canones.* Rationem traho ex verbis Christi, qui mœchari dicit eum, qui separat carnem à Deo conjunctam. *Matth. 5. & 19. Marc. 10.* Tam autem eam separat conjugatus, etiamsi scorto tantùm aut virgini se agglutinet, quam si ad alienam transeat uxorem. Augustinus *c. 4. de bon. conj.* ait: *Adulterium esse violationem fidei conjugalis, & paulò post; esse concubitum contra pactum conjugale,* & hinc infert: *Cum vir ad alienam accedit uxorem, sive sit libera, sive conjuncta, adulterium committitur ab eo, qui maritus est.* Lactantius probe definit adulteram: *lib. 6. c. 23.* quæ

47. *Reprobatur sententia legum civil.*

48. *Oberhurerey.*

49. *Liber cum uxorata committit adulterium.*

50. *Non maritus cum libera de jure civili.*

51. *Quod refutatur.*

compagem corporis in diversa traxerit, sicut Alcumena sinceritatem fidei suæ è contrario hinc probat: *Ut mihi extra te unum mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret. A. 2. in Amph. Plaut.* Non minus autem solvit compagem vir ad scortum prolapsus, quam uxor, ad adulterum, & proinde & hanc speciem sub adulterio comprehendimus, cujus pœnam hic statuimus capitalem, & quidem ita, ut *ex l. transigere. C. de transact. l. castitati. l. quamvis C. de adult.* gladius & pœna sanguinis irroganda sit.

52. *Ratio ex lege divina.* Nam licet lex forensis Judæorum, expiraverit cum Republ. ut Ceremonialis, cum templo: tamen, quando ratio generalis assignatur, *ut Levit. 20. & Deut. 22.* vigente ratione, vigere legem ipsam necesse est. Vult autem, adulterum morte plectendum esse, quia injuria affecit domum proximi, *Deut. 22. v. 24.* adulteram, quia fregit fidem, & volens admisit adulterum. *ibid.* Si enim putamus, furtum capite à nobis jure plecti posse, quod nullo sacræ scripturæ suffragio licet, qua oscitantia sinimus evanescere pœnam capitalem in eo crimine, quod furto tantò gravius censet Hieron. *in Amos,* quantò impensius quisq; uxores, quam res

53. *Adulterium gravius furto.* cæteras amat, & æquiori animo fert, rerum suarū jacturam, quam stuprū uxoris? *Furtū, quod necessitas sæpe imperat*, ait Salomon. *Proverb: 6. non tam est propudiosum, & si detegatur, expiatur septuplo. Sed qui adulterium perpetrat, stultus est, & vitam perducit in pernitiem, & maculam plagamq́; sibi contrahit indelebilem.* An justiores rerum Censores nos æstimamus, quam Deum ipsum, qui cum furtum à capitali supplicio exemerit, & eidem adulterium subjecerit, nos versis pœnis adulteros pecunia, fures capite multamus? Hoc est:

Scutica dignum horribili sectamur flagello, sed adsit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas, *Horat. 1. Sat. 3.*

quam quidem regulam, si ex gravitate pœnæ æstimare velimus, non dubiū est, quin sacræ literæ adulterium deteriori loco habeant, quam furtū. *Omne enim peccatum*, ait Paulus. 1. *Cor. 6. quod homo committit, extra corpus est: qui autem scortatur, in corpus suum peccat*, quia, cum ex scorto & scortatore fiat unum corpus, *ut ibid. docet Apostolus*, non potest non corpus suum intimè & medullitus defœdare, qui illud confundit cum impuro scorti sanguine. Licet enim tam furtum, quam adulterium probrum esse naturâ turpe, affirmet Ulpian. *l. probrum 42. de V. S.* & ibi confirmet Accurs. ex eo, quod utrumq; Decalogo sit interdictum, tamen

men Alciat. *in d.l.42. verb.furtum, (quem refutant ibid.* Forner. *& Godd.)* adulterium multò esse turpius disputat, quam furtum, cujus turpitudinem potius ex civili lege, quam naturali accersendam putat, dum interim adulterium apud omnes gentes, quibus sacra connubialia cognita fuerunt, summo semper odio habitum fuit, Gyarisq; & carcere dignum. Et miror, quid Eusthatio *lib.2.Eth.c.9. 3.Eth.c.1.* Bolognet. *de jur.& aequit. c.30. n.33.* in mentem venerit, quod adulterium excusarit, ad expilanda consilia Tyranni pro salute publica comissum, licet omnia potius mala perferenda dicat August. quam ulli peccato consentiendum. *c.Itane 32.q.5.* Nam ipse Arist. intemperantiā ponit inter ea, quæ longissimo intervallo à regula & recto absint. 2.*Eth.c.8. & 3.Eth.c.1.* ait: *τὰ μὲν αἴσχιστ' ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ, φαύλου.* Accurs. *in l. auxilium. ff. de minor.* cum numerasset crimina, atrocia, atrociora & atrocissima, adulterium collocat inter postrema, & *in rubr. ad l. Iul. de adult.* C. hanc depromit rationem, quare in solis adulteriis, non liceat transigere, quam Interpretes confertim sequuntur. Parthi nihil gravius puniebant adulterio, *Iust. lib.* 41. quia nihil eo putabant gravius. Euphronis & Dionis sententiam refert Stobæus, quod nullum majus malum videatur adulterio, quemadmodū & *in c.quid in omnibus. 32. q.7.* dicitur. *Quid in omnibus peccatis adulterio gravius est.* ‖ Quod igitur tam turpe est, ut naturà ab eo nonnulla animalium abhorrere videantur, Elephanti, *Plin. lib.8.c.5.* Ciconiæ, *Ælian.lib.8.hist.anim.c.5.* Turtures, *Plin.lib.10.c.33. Cassiod.5.var. Ep.33.* quid obstat, quò minus extremo vindicandum sit supplicio? 54. *Et nullo prætextu excusandum.* 55. 56. *Etiam brutis abominabile.*

Præterea si Cic. *pro Rosc.* propterea parricidium omnibus aliis criminibus antefert, quia in eo omnia scelera complexa videntur, quid statuendum erit de adulterio, in quo non pauciora concurrunt? Mulierē adulteram dicit Salomon perfidè deserere herum suum & frangere fœdus Domini. *Prov.c.2.* Ecclesiasticus triplex peccatum imputat eidem: *Primum,* inquit, *inobediens fit mandato divino, deinde peccat in virum & deniq; supponit, mendacem fœtum. Syr.c.23.* Continet etiam adulterium speciem quandam furti, quia persona peccans jus sui corporis suffuratur innocenti, 1.*Cor.7.* nec non sacrilegii, *Corras. Annot.85.in Arrest. Thol.* quia temerat sacrum jus connubiorum, & à Deo circumpositū vinculum temerario ausu convellit. Corpus itē Deo consecratum, transfert in mancipium scorti, quemadmodum Paulus disputat contra scortatores. 1. *Cor. 6.* Unde rectè adulteri nominantur sacrilegi nuptiarum, *d.l.* 57. *Adult. est complexus criminum.* 58. *Furti.* *Sacrileg.*

 quam-

quamvis, *ad l. Iul. adult.* Philo. *in libr. de Ioseph:* adulterium gravius vocat sacrilegio. Accedit iniqua prodigalitas, & bonorum in extraneos dilapidatio, quia *qui meretrices sequitur*, ait Salom. *Prov. 5. è bonis suis saginat peregrinos, & labores manuū suarū consecrat aliena domui.* Nec fieri potest, quin clanculum armetur adulter, in eos, quos conatibus suis obsistere novit & conjunctum habeat animum, si occasio ferat, aut necessitas postulet, ferro vel se defendendi, vel offensum maritum ultrò invadendi. Comes ille vicinus Landgravium Thuringiæ tandem, connivente adultera, in venatione longius provectum confodit, cum uxore ejus salvo viro alias potiri non posset. *Rivand. in Chron. Thur.* Candaules Lydius capite coactus fuit luere adulterium reginæ, ad cujus audaciam, Zelotypiæ & infelicis amoris errore induxerat servum. *Iustin. lib. 1. Herod. lib. 1.* Nec dubitavit David adulterium homicidio cumulare, quod vivo Uria, Bethsabeæ copiam sibi fieri non posse sciret ex lege. *2. Reg. 11.* Romanus Argyropilus, quem Argyrum vocat Sigon. *8. hist. Ital.* in balneo suffocatus, locum cessit Zoë adulteræ uxori, & Michaëli Paphlagonio successoribus, ut in conjugio, ita & imperio. *Zona. & Egnat. in Rom. & Zoe.* Hoc est, quod Arist. *7. Eth. c. 6.* Venerem insidiosam, & eâ de causa, candidè & apertè agente ira, deteriorem prædicat. Quod, si adulter parcere velit marito, quis hunc prohibere poterit à justo Zelo, quem ipsæ leges Rom. licet viro adimant jus occidendi uxorem, ne præ ira & vindictæ ardore, limites transiliat, *l. patri, l. nec in ea in fin. ad l. Iul. adult: l. Gracchus. C. eod.* tamen à cæde adulteri non prohibeant, *l. marito. quoq; ff. eod.* etiamsi colloquentem tantùm cum uxore in loco suspecto, sed ter per literas prius admonitum, offenderit. *auth: si quis ei. C. de adult: §. his quoq;. In Authent: ut liceat matr: & av.* Benè igitur Salom: *Proverb: 6. An quis ignem in sinu gerere potest, quin comburat? An super carbones inambulare, ne incendat plantas? Et quis accedit ad alterius thorum impune?*

Prodigalit:

Homicid.

59. *Adulterum occidi fas & jure sinunt.*

Audire est operæ pretium, procedere rectè
Qui mœchos non vultis, ut omni parte laborent,
Utq; illis multo corrupta dolore voluptas,
Atq; hæc rara cadat, dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem

Præ-

Pradonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones: quin etiam illud
Accidit, ut quidam testes caudamq; salacem
Demeteret ferro. Horat: lib. 1. Sat. 2.

Ipse Pontifex Johannes XII. non potuit tutus ex alterius Gynæceo domum se recipere, quin turpiter periret, qui turpiter vixerat. *Platin. in Ioh. 12.* Redoaldus Longobardorum Rex, pari lege, cum matrona jure cubuit mortuus, quam injuria vivus appetierat. *Diacon. in hist. Longob.* Salustiū vivum quidem dimisit Milo, sed flagellis ad mortem cæsum. *Asc. Ped. in vit. Salust.* Atq; hoc est, quod innuit Virg. *6. Æneid.*

Quiq; ob adulterium cæsi.

Non enim in judicio cæsos intelligit ut malè interpretatur Godd. *ad l. 101. n. 4. de V. S.* sed *interprete Servio ibid.* in adulterio deprehensos & ἐν ἔργῳ à superveniente marito, vel Patre interfectos. Quod igitur crimen, tot scelerum mater est, tot malorum scaturigo, non potest mitiori, quam capitis pœna plecti.

Qua igitur ex causa Alexander III. tantum crimen ausus est collocare inter levia & minora? *c. at si clerici. §. 1. ubi Abb. referente Flaminio Rubeo de adult. c. 7. de jud.* cujus rationem reddunt Bald. *ibid.* & Lucas de pena *in l. mulieres. C. de incol. libr. 10.* quod propensiores simus in id facinus & proinde majori venia digni, unde quidam concludere non verentur, clericum ob adulterium non esse sacris ordinibus amovendum, *c. cum non ab homine. de jud. Panorm. in d. c. at si Clerici. n. 38* quod gravibus demum & atrocibus flagitiis hæc exauctorationis pœna debeatur. *c. tua de pœn. doct.* ut refert Corras. *Ann 83. in Arrest. Thol.* & refutat *ex d. c. quid in omnibus. 33. q. 5.* ubi nihil statuitur esse gravius adulterio. Aristot. licet *2. Eth. c. 3.* ex Heraclito dicente, *difficilius resisti voluptati, quam ira*, probet voluptatem intimius nobis annasci, tamen, cum loquatur evidenter de quavis voluptate virtutibus & vitiis communi, & *in 7. Eth. c. 6.* turpiorem ostendat esse cupiditatem ira, ob multas quidem rationes tū etiā ob hanc, quod ὁ θυμὸς sit φυσικώτερον, καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν, τῶν τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων, graviorem reatum, & turpius probrum agnoscit in adulterio, ex cupiditate profecto, quam in homicidio ex ira. Unde patet imbecillitas rationis pro Alexandro allatæ, quæ vel hac instantia compescitur, quia si quo quodq; est naturalius, eò majorem meretur excusationem, vitia anteferenda erunt virtuti-

60. *Opinio Canonist. adulterium levibus criminib. annumerantis.*

61.

62. *Adulterium homicidio deterius.*

36. *Rejicitur ratio Pontificia.*

 bus,

bus, quia omnis nostra natura post lapsum vergit ad malum, & proclivior est ad vitia, quam virtutes, ut nec ipsi philosophi inficiari audent. *Piccol.grad.3. Eth.c.5.& 8.* Pythagoras rogatus, quid dici posset verissimè. *Quod homines*, inquit, *mali sint.* Nec nos turpitudinem adulterii tam collocamus in naturali intemperantia, sed in sacrilegio & injuria,& alieni thori stupratione, ad quæ quidem vitia naturaliter proclives non magis sumus, quam ad iram & homicidia.

SECT. 5. Utrum maritus rectè faciat, si uxorem, culpa adulterii remissa, retineat, & viceversa, si uxor marito cohabitare pergat.

1. *Ecclesias reformatas solere partem læsam ad dandam veniam hortari.*
2. *Difficile est iram mariti in adulteram uxorem mitigare.*
3. *Augustinus cogit maritum multitudine argumentorum, ad condonationem culpæ.*
4. *Quæ tamen nihil concludunt, ad intentionem Augustini.*
5. *Respondetur ad argum. ex 1. Corinth. 7.*
6. *Item ad alterum ex Ioh. 8.*
7. *Et ex lib. 2. Sam. c. 3.*
8. *Ad Canonem ex Concilio Arelatensi.*
9. *Damnatur sententia eorum, qui quamvis resipiscenti adultera, fores occludunt.*
10. *An & quibus ex causis in adulterio vel liceat vel non liceat transigere.*
11. *Canones promittunt veniam peccatorum, ducenti meretricem.*
12. *Explicatur locus Deut. 24.*
13. *Cælibes facilius suadere reconciliationem conjugum, quam conjugatos.*
14. *Quibus ex causis non sit facilè recipienda adultera.*
15. *Declaratur res exemplis.*
16. *Qua lege & conditione fas sit adulteram recipere.*

1. *Ecclesiæ reformatæ solent suadere veniam.*

QUemadmodum vulgò, postquam pars læsa injuriam sponte remisit pœnam publicam minui testatur Jas. *in l.transigere n.3. C. de transact: per l.Imperatores. de jur. fisc.* Ita ex reformatarum Ecclesiarum communi consuetudine persona condemnata, si gratiam ipsi fecerit læsa, honori conjugii condonari & dimitti solet: *Lipsens. in all. 1.* vom Ehebruch. de qua re cum non omnes idem sentiant, paucis superest considerandum, utrum salvo honore & sine probro lenocinii, adulteram mulierem in thorum vicissim admittere debeat maritus. *Difficulter* quidē, ait Salom. *Prov. 5.6.*

placatur

placatur furor mariti, quando exardescit in vindictam, nec movetur autoritate personæ, quæ reconciliationi dat operam & munera ejus non respicit. Deus ipse misericordiam suam ex eo prædicat, quod, licet adultera per libellum repudii dimitti possit, ipse tamen adulterio inquinatos Judæos, si revertantur, in æternum non abjurare, sed comiter ad se recipere velit. *Ier. c.* 3. Nec enim ex necessitate quisquam cogitur injuriam privatam mussitare, aut dissimulando ferre, ne dum publicam, qualis consistit in adulterio. Reipubl. enim interest, ne crimina maneant impunita, & fovere nequitiam videtur, qui illi connivet. Propterea Augustini argumenta, *ex lib. 2. ad Pollent. c. 6. 7. 9.* quibus nititur ostendere partem læsam de jure teneri ad reconciliationem, quæ repetit Bellarm. *c. 17. de Matr: ad object:* 2 meritò rejiciuntur à Martyr. *in 2. Sam. 11.* Beza *de repud. pag. 177. & seqq.* quia tantum concludunt: in foro conscientiæ æquum esse, ut injuriam resipiscenti mulieri, & à Deo post pœnitentiam in gratiam receptæ, ignoscat maritus, cum ipse quoq; si non reipsa, saltem cogitatione adulterium sæpe commiserit, juxta vocem Christi *Matth.* 5. *Quicunq; viderit & concupiverit.* Nam si hoc argumentum infert necessitatem condonandi, nunquã possumus salva conscientia, injuriam nobis à quoquam illatam jure persequi, quia fieri potuit, ut & nos multis modis erga proximum, si non re & verbis, saltem cogitatione nos impiaverimus. Præterea, ut compensatio fiat mutuorum delictorum, oportet delicta esse æqualia. Non est autem dubium, quin gravius peccet, qui cogitationem ducit in actum, quam cui invito forte subrepserunt sinistræ concupiscentiæ, cum cogitationis pœnam in foro soli nemo patiatur, & quæstio nostra sit de muliere à thalamo & domo politicè non excludenda. Deniq; licet in pœnam delinquentium sancitum sit, ut licet propter adulterium separari possint, neuter tamen ea licentia utendi facultatẽ habeat, sed cogantur simul manere in pœnã, qui simul peccarunt in opprobrium Reipubl. *l. viro. 39. solut. matr. c. 1. 32. q. 6. Rom cons: 167. Dec. l. 157. de R. I.* tamẽ ea compensatione, seu mutua criminũ dissolutione, jurisdictioni politicæ non detrahitur jus animadvertendi in facinorosos, ut tradit Ulpiã. *in l. si uxor. 13. §. judex. ad l. Iul. de adult.* atq; ita pœna politica, duplicato conjugis utriusq; scelere, nõ extinguitur.

Quod verò Bellar. *d. c. 17.* ad hanc rem allegat præceptum Apostoli. *1. Corinth.* 7. quam interpretationem etiam Beustius *part. 2. matrimon. cap. 25.* inconsideratè sequitur, fallitur perinde, ut supra dictum fuit, quod

2. *Difficile est parti læsæ condonare.*

3. *Augustini argumenta*

4. *Rejiciuntur.*

5. *Respons. ad 1. Cor. 7.*

quod præsupponat Apostolum loqui, de discessione mulieris per justum
6. Ist ad Ioh 8. divortium. Nec quicquam valet judicium Christi, circa adulteram, *Ioh. 8.* quia Christus non prohibebat ipsam lapidari, sed reprehendebat Pharisæos, quod ipsi criminibus obsiti, non erubescerent miseram muliérculam ad supplicium rapere. Præterea nolebat Christus involare officiū magistratuum, ne jurisdictiones confundendi ambitiosis hominibus, ansam & occasionem præberet, sed, quod sui officii erat, pænitenti, quem cognoscebat, animo peccatum spiritualiter remmittebat, quod nobis quoq; sequendum esse omninò contendimus, sed negamus inde prodire errorem Anabaptistarum, qui judicia ex iniquo quodam charitatis & misericordiæ Zelo, prorsus tollunt. Nec Davidis exemplum, qui Michol
7. Item ad 2. Sam: c. 3. in thorum suum repetivit, appositè ad rem adducitur, *2. Sam. c. 3.* quia Michol adulterium non commiserat, sed ex imperio regio & paterno quasi in legitimas novas nuptias traducta erat, *1. Sam. 25. in fin.* nec eam recepit David ex misericordia, sed quia suam esse, & à vinculo matrimonii nequaquam liberam sciebat. Ex contrario idem pollutas ab Absalone decem concubinas à thoro separatas conclusit in custodiam, nec eas unquam attigit, licet vi ferè stuprum passæ fuissent, *2. Sam. c. 20.*

8. Ad Canonem Concil. Arelat. Nihil igitur hinc concluditur, nisi condonandam esse culpam adulteræ, quam pœnitenti Deus ipse remittit: Receptio verò in ædes inde non magis evincitur, quam si contendas injuriam jure non esse vindicandam, quia à pio animo remissa est. Statuit quidem conciliū Arelatense: *Si adulteram pœnituerit, debet vir eam recipere*, sed videtur Phrasis gallica esse, & *ut notat gl.* intelligenda de debito non *necessitatis*, sed *honestatis*. Nec enim armanda est impudicitia mulierum, nec erigenda honore nuptiarum, quæ omni honesto consortio, perfido scelere se reddidit indignam. Justinianus *Novell. 134.* in hoc negotio relinquit locum arbitrio mariti, ut intra biennium ex monasterio, si velit, uxorem
9. Pollutæ non esse omninò fores mariti occludendas. adulteram retrahat, & honori matrisfamilias restituat. Nam omninò velle adulteræ resipiscenti fores mariti occludere, ab humanitate & pietate alienum putatur, quemadmodum sentire videtur Hieron. *in c. 19. Matth.* & disputat Bucer. *lib. 2. de regn. Christi c. 32. & seq.* Polluta quidem est, & vinculum solvit, *quæcunq; unam carnem in aliam divisit*, ut ait Hieron. *in d. c. 19.* & propter violatum pudorem olim leges Rom. à pudico matrimonio non tantum Senatorum, sed & aliorum civium, excludebant in adulterio deprehensas, seu prostitutas, licet hæ quæstum facere

facere desierint, illæ per sententiam, absolutæ fuerint, *l. palam 43. de rit: nupt*: cujus rationem Ulpianus illic assignat, quia conveniens, id est, ho- 10.
nestum non est, *ut latè explicat Anton: Fab: in Iurispr: Papin: t. 9. princ. 1. Illat. 13 princ. 6. Illat. 22. [illegible] 5. 30.* ex eo principio, quod in nuptiis naturale jus & pudor sit inspiciendus: *l. adoptivus. 14. §. serviles in fi. de rit. nupt.* Vetuerunt etiam Impp. cum de aliis criminibus capitalibus, redimendi sanguinis gratia, *l. 1. de bon. cor. qui mort.* transigendi facultatem darent, *l. transigere. C. de transact*: de adulterio transigere, cujus varias rationes assignãt JCti. *Accurs: in rubr. ad l. Iul. adult: Salyc: Fulgos: Castr: Ias: Donell: ad d. l. transigere. Heg. q 16. lib. 2. n. 1. Conna. lib 5. c. 7. n. 3: Corras. 2. Miscell. c. 1. Alciat. 5. Parad c. 8.* quod adulterium sit atrocius cæteris criminibus, quod directò vergat in salutem & incolumitatem Reip. dum ex eo adulterini & sordidi cives annascuntur Reip. quod lenocinii reum se faciat, dum sive pecunia sive alia re quapiam paciscatur de adulterio, quæ omnes cum non magno negocio repelli queant, ex hodierno jure etiam in adulterio transactionem locum habere tradunt Purpurat. *in d. l. transigere. n. 71.* Clar. *in § fin. q. 58. n. 11.* Hegius *part. 2. q. 29. n. 80.* Suaretz. *in verb. Adulter. n. 99. & seqq.* Canones etiam remissionem peccatorum promittunt illi, qui me- 11.
retricem ex lupanari extraxerit, ejusq; animam lucratus fuerit. *c. inter opera charitat. de sponsal: ibi Abb: Cardin: & Præpos: Domin: à Sot: in relect. de secret: membr: 2. q. 1. concl. 3. Covarr. part. 2. de matr. c. ult: §. 11. n. 3.* Maculosum enim nefas delere potest in foro conscientiæ pœnitentia, in foro judiciali, indulgentia legis.

Canones veniam peccatorum promittunt ducenti meretricem.


Nam, quod Bucerus affert rationem legis ex *Deut. 24.* ubi prohibetur maritus dimissam à se & alteri nuptam, si à 12.
secundo marito morte liberata forte fuerit, vicissim ducere, quia polluta est, id Beza ex textu Hebræo sic explicat, quasi ipse maritus divortiũ faciendo autor & causa extiterit, ut ipsa pollueretur, & ob hoc delictum prohibeatur cum honore eam reducere, quam cum dedecore dimisisset. Azorius *lib. 6. Inst. moral. c. 13. in fi.* verbum *pollui* accipit in bonam partem, ut nihil designet, quam alteri misceri, cui interpretationi adversatur, quod sequitur: *Et abominabilis facta est coram Domino.* Per pollutionem enim abominabilis facta est.

Ad locum Deut 24.

Verum verò ex lege divina morti destinatam personam à supplicio immunem pronunciare & conjugii favori condonare posse, alterius disputationis est, quam *in libr: 2. de jur: Maj. c. [illegible]* tetigimus & *in lib: de pœn. temp.* uberius explicabimus. Hic tan- 13.
tum consideramus, si magistratus adulteræ gratiam faciat, utrum à Viro

intra privatos parietes recipi debeat, quod potissimum suadent illi, quibus hæc injuria inferri nequit, quia destituuntur uxoribus, & propterea, *ut ait Nevizan. de alieno corio volunt facere latas corrigias. libr. 1. sylv. nupt. n. 128.* Nam *facile, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. Tua, si hic esses, aliter sentires.* Sanè, quia difficulter extinguitur in animo mariti tam acerba injuria, *Prov. 6.* adeò ut propter hanc pervicaciã cordium coactus fuerit Moses divortiorum licentiam Judæis indulgere: *Matth 19.* tum etiam, quia lex malè præsumit de ea, quæ verecundiæ fines semel transgressa est, *c. qui semel de reg. Iur. in 6. cum sim.* & macula in-
14. *Cur facile non recipienda adultera.* famiæ, apud bonos viros semper sequitur personam, quæ deliquit, *arg. l. sed si hac lege. §. prætor ait, de in jus voc. l. 4. §. adversus. de doli except.* non videntur è re sua facere, qui tam facile adulteram ad se recipiunt, imò nec è re publica, quia præbent incentivum peccato. *Alber. 6. de nupt. c. 8.* Domitianus Augustus equitem Rom. ob uxorem reductam, cum qua maritus ob adulterii crimen dissidium fecerat, judicum albo erasit, &
15. nota affecit. *Suet. in Dom. Alex. lib. 4. gen. dier. c. 8.* Claudius Gorgus vir Clarissimus uxorem accusans, cum deprehensus esset, uxorem in adulterio deprehensam retinuisse, & sine accusatore, lenocinii damnatus est à Divo Severo. *l. 2. §. unde quæri. 6. ad l. Iul. adult.* licet ipsum Severum accuset Spartianus, quasi domi minus cautum, utpote qui Juliam uxorem tulerit, famosam adulteriis, *in vit. Sever.* id quod Marco quoq; Antonino Phil. de Faustina vulgò exprobratũ dictitat Capitol. *in vit. M. Ant.* Constantinus, si Zosimo credimus, adulterii insimulatam uxorem morte multavit, *In Constant. n. 11.* cujus exemplum imitatus est Otto III. imprimis cum ad adulterium proditio nefaria casti Comitis accessisset. *Sigon. 7. hist. Ital.* Ludovvicus Severus Dux Bavar. Comes Palatinus uxorem Mariam Comitem Brabant. indictâ causâ securi percussit cum incidisset in literas, Rucconi adultero ab illa scriptas: Helicam virginem consciã cultello transfodit, gynecæo præfectam de turri præcipitavit, delatorem ferro necari mandavit. Andreas II. Rex Vngariæ uxorem suam Gertrudem jure optimo cæsam pronunciavit à Banchacano, præfecto & prorege, quod fratri suo è Germania advenienti, uxorem Banchacani stuprandam tradidisset. Iarmericus Rex Daniæ uxorem Svvavildam bobus conculcandam objecit, quod adulterii cum privigno accusata esset. Qui damnatam adulterii ducit uxorem, lege Julia de adulteriis tenetur, *l. 1. de concub. l. 1. de his quib. ut indign.* & ex sententijs Atheniensium damnabatur

tur etiam, qui adulteram in matrimonio retinebat. *Demosth. in Near.* Si quid tamen de jure suo remittere velit maritus, & post naufragium, idē mare iterum tentare, nulla id religio, & proinde nec lex prohibet, modò id faciat post pœnitentiam & cum venia magistratus, sine qua Justinianus non patiebatur meretricem ad honestum matrimonium provolare. *l. Imperialis. 23. C. de rit. nupt.* Qui enim fovet refractariam adulteram, dum connivet peccato, quod amoliri poterat, lenocinii sese alligat, & *ut ait Hieron. cum uxore sub maledicto est.* Inter proverbia Salamonis, in Græcis Codicibus, legitur & hoc: *Qui tenet adulteram stultus est & impius*, quod tamen ab Hebræis abest, & accipiendum venit, de eo, qui volens sciens tolerat lecti sui inquinationem. *Si enim*, ait Hier: *injustus est, qui innocentem accusat: stultus videtur, qui retinet nocentem.*



CAPUT VI. DE DIVORTIIS ET EORUM CAUSIS.

SUMMARIA.

1. *De permutatione & commodatione uxorum.*
2. *De divortiis, quid sint, utrum Iudæis olim fuerint licita & hodie sint Christianos.*
3. *De causis divortiorum in genere.*
4. *De primis duabus divortiorum causis, adulterio & desertione malitiosa.*
5. *Utrum matrimonium inter Christianum & Paganum consistat.*
6. *An desertio solvat nuptias etiam inter Christianos.*
8. *Quid per desertionem proprie intelligatur.*
9. *Utrum præter adulterium & desertionem alias divortiorum causas*

causas liceat vel Ecclesiæ vel Reipublic. introducere & primum de sterilitate & impotentia.

9. *De furore & morbis, utrum solvant matrimonia.*

10. *Et deniq; de criminibus, tam in conjugium, quam contra Rempubl. commissis.*

SECT. I.

SECT. II.

De permutatione & commodatione uxorum.

1. *Uxores mutare aut prostituere nō licet.*
2. *Licet eam legem receperint multæ gentes, ut Romani & Lacedæm.*
3. *Item Athenienses, Parthi, Medi, Arab. Germani, Calecut.*
4. *Cato à quibus reprehensus.*
5. *Improbatur permutatio uxorum, ex sacris literis, & sequentibus absurdis.*
6. *Itē ex eo, quod repugnet naturæ.*
7. *Et rationi legis Mosaicæ.*

1. *Uxores mutare aut prostituere non licet.*

POstquam demonstratum fuit, ex vigore primæ institutionis matrimonium in hac vita esse insolubile, nec aliter, quam ex dispensatione primi ejusdem autoris, solvi posse, consequens est, ut consideremus, modos & causas, quibus fas est, permissu divino, vinculum illud sacrosanctum divelli. Quidam enim eò levitatis processerunt, ut mulieres inter se pro arbitrio non secus ac merces mutarent. Quidam eas ad tempus amicis petentibus prostituerunt, & pollutas in thorum primum reduxerunt, quibus omnibus obstat individua vitæ consuetudo, quem ex jure divino & humano conjugii essentia secum importat. Rectè enim dixit Synesius, se non dimissurum uxorem suam, quam *& Deus, & Lex, & Manus Episcopi sibi tradidissent* ad Eutrop. Dimittit a., & qui abdicatam in alterius detrudit matrimonium, & qui sua ope & consensu facit, ut alteri misceatur, licet thoro non mancipetur. Nam non manent duo in carne una, quæ est circumscriptio conjugum a Deo ipso tradita, *Matth. 19. ex Gen. 2.* qui carnem dividunt cum aliis, ut ratiocinatur Paulus 1. *Corinth. 6.* Romanis permiserat Numa, ut locarent & commodato darent uxores amicis, *Plut. in Num.* cujus legis prætextu fortasse Cato Uticensis Martiam uxorem Hortensio, filiæ jam desponsatæ loco, elocavit, *Appian. 2. bell. civil. Lucan. lib. 2. Plut. in Cat. Min.* Lacedæmonii item parem facultatem indulsit Lycurgus, *Xenoph. de Spart. Reip. Ælian.*

2. *Qui tempore [illegible] à multis [gentibus] receptum fuit.*

lib. 3.

lib.3.var. Plut.in Lyc. cujus obtentu, cum apud eos exularet Alcibiades, & rerum gestarum magnitudine admirationem civium sibi conciliasset, quo similem sibi civem aliquem relinqueret, regiam uxorem utendam impetravit. *Plut. in Alcib.* Solon lege lata taxavit invidiam maritorum, qui strenuis viris uxorum suarum copiam facere negarent. *Plut. in Sol.* Nec Tapyri Parthorum populi aut Medi, uxores sibi solis, sed & amicis alunt, nisi quod regibus hanc prærogativam concedant, fortasse ne sanguis regius perturbetur. *Strab.lib.11.* Sarracenos & Arabes usurarias olim habuisse fœminas idem Strabo autor est, *lib.16.* & Marcell. *lib.14.* & Germanos distraxisse vel pretio, vel commutasse odiosas uxores ex Cæsare colligimus, *de bell. Gall.* quo ferè modo Calecutios mercimonia mulierũ exercuisse, cum illuc primùm impetum facerent Hispani, testatur historia Indica. 3.

Cæterum Catonis, viri aliàs prudentis, vitiosam legis Antiquæ interpretationem graviter insectantur Hieron. *2.contr.Iovin.* August. *c.18. de bon. conjug. c.7. de fid. & oper.* & idem August. *d. c. 18.* locationem mulierum vocat concubinatu longè turpiorem, & pulcrè Theodorus Rex, *adulterium simulata matrimonij lege.* *apud Cassiod. libr.5. Epist.33.* Quos enim Deus conjunxit, ne quidem mutuo utriusq; partis consensu sejungi possunt, quia non solo suo consensu, sed & autoritate divina coierunt. *Mulier,* ait Paulus. *Rom.7. quæ cum altero viro est, vivo marito, adultera lege censetur.* Quin etiam *omne matrimonium,* dicente Cassiodoro, *incertum relinquitur, si in tanta reverentia sine aliquo terrore peccetur.* Incertam, quippe, dubiam & propudiosam sobolem nasci ex eo matrimonio necesse est, in quo unus quidem nominatur maritus, sed concubitores sunt infiniti: Incerta quoq; relinqui matrimonia constat, quæ impunè alterutri ex conjugibus & sine causa retractare & distrahere licet. Cassiodorus provocat etiam ad turpitudinem naturalẽ, quam huic licentiæ inesse putat. *Respicite,* inquit, *impudicæ gementium Turturum castissimum genus: quod si à copula sua fuerit casu intercedente divisum, perpetua se abstinentiæ lege constringit, gratiam conjunctionis non repetit, quam reliquit: fidem servat, dum laudem pudoris ignorat, & moribus studere deprehenditur, quod nulla viduitatis conversatione gloriatur. Mulierum se, proh dolor, vota continere nequeunt, quibus castitatem ratio persuadet, pœ-*

4. *Catonis reprehensio.*

5. *Improbatur permutatio uxorum.*

6. *Quam etiam repugnat natura.*

na legis imponit, terror maritalis extorquet. Perierunt profectò mores, si nec illis comparari possunt, quæ ratione carentia temperantur. Facit huc, quod Dion *lib. 48.* memoriæ posteritatis reposuit: cum Augustus Liviam, vivente Nerone marito, abduxisset, forte fortuna puellum quendam garrulum, quos pro delectamento habere solent Dominæ, cum diverso loco Liviam cum Cæsare, diverso Neronem cum alia muliere accumbentem vidisset, naturali quasi pudore perculsum dixisse: *Quid hic agis, Domina? En maritus tuus*, ad Neronem digitum intendendo, *isthic accumbit*. Extat *Deuter. 24.* Lex Mosis, ne vir recipiat in justum matrimonium, quæ post divortium transierat in manus novi mariti, & ab hoc vel iterum dimissa, vel morte liberata fuerat, cujus rationes alii alias assignant, ne facilè provolaret maritus ad dimittendam mulierem, quam ex intervallo repetere posset, neve mulieri incitamentum subjiceretur moliendi aliquid in vitam secundi mariti, quò aditum sibi recluderet ad priorem. *Martyr. in c. 19. Iud. Alber. Gent. libr. 6. c. 21.* Cæterum omnium optima desumitur ex verbis legis, quam illic subjicit Moses & explicant Calvin. *in expl. 7. præc.* Beza *de repud. & divort. p. 176.* Bucer. *de regn. Christ. libr. 2. c. 32. 33.* nimirum, quia dimissa polluta est, seu ut ex Hebræo interpretatur Beza, quia maritus extitit causa, ut pollueretur. Unde infero ad nostrum propositum: si maritus non potest recipere dimissam mulierem, quæ interim alteri nupta fuit, quia autor extitit, ut ea pollueretur, quantò minus fas erit marito recipere eam mulierem, quam ipse prostituit, seu alieno viro supposuit, quod genus facti lenocinium vocant Romanæ leges, & inter turpissima inde a tempore Romuli numerarunt, quemadmodum disserit Hersilia Romuli conjunx, cum Sabini virgines raptoribus viris denuò subtrahere, & concordare cepta matrimonia dissolvere niterentur. *Plutarch. in Rom.* Nihil hic dico de invidiosa permutatione Aspasiæ, quam Artaxerxes alternarim sibi & filio Cyro supposuit, *Plutarch. in Artox.* nec de facilitate Seleuci parum honesti, qui filii Antiochi de consilio Erasistrati valetudini incesto remedio mederi voluit, *Val. 5. c. 7.* sed ad divortia pergo, & ex quibus causis licita sint, porrò inquirere aggredior.

7. Deut. legi Mosaica.

De

De divortiis, quid sint, utrum concessa Christianis & licita fuerint olim Judæis &c.

SECT. I.

1. *Quid differant repudium & divortium.*
2. *Vnde dicatur divortium.*
3. *Vtrum divortium non dicatur de conjugibus ante copulam carnalem.*
4. *Conjugium significare unionem Christi & Ecclesiæ etiam ante copulam.*
5. *Vtrum dispensari possit de vinculo matrimonij, ante concubitum.*
6. *Tam late patere divortium, atque conjugium.*
7. *Difficilius tamen solvi conjugium consumatum per concubitum, quam contractum per consensum.*
8. *Vtrum separatio, quoad thorum & mensam fuerit cognita sacris literis & ll. civilibus.*
9. *Explicatur l. 3. de divort.*
10. *Quid sit fribusculum, jurgium, noxia.*
11. *Non esse divortium, nisi verum, quo se solvatur vinculum de jure civili.*
12. *Id quod consonat sacris literis & verbis Apostoli Pauli.*
13. *Nec non sententiæ Christi ipsius.*
14. *Divortia quoad thorum & mensam, nullibi probari sacris literis.*
15. *Vtrum divortia à Mose concessa absolvant divertentem aut dimittentem ab omni peccato.*
16. *Vbi probatur affirmativa.*
17. *Ex præcepto Mosis.*
18. *Ex verbis Malach. 2.*
19. *Negativa deducitur ad absurdum.*
20. *Deum tamen facilitatem divortiorum semper improbasse ostenditur.*
21. *Vtrum Moses, ex pluribus, quam una causa divertendi facultatem dederit Iudæis.*
22. *Quid per fœditatem vel nuditatem in sacris legibus accipiendum.*
23. *Ex multis alijs causis, præter adulterium, licita fuisse Iudæis divortia.*
24. *Probatur ex Malach. Eccles. & legibus ipsius Mosis.*
25. *Instantiæ Gentilis ante vertitur.*
26. *Item alia ejusdem.*
27. *Occurritur & alijs objectiunculis.*
28. *Et respondetur ad verba Christi.*
29. *Quæ Gentili prorsus adversantur.*
30. *In novo testamento & apud Christianos, divortia, excepto casu adulterij, esse inexcusabilia.*

INter

1. *Differentia inter repudium & divortium.* INter repudium & divortium hoc interest, quod, cum repudiare dicamur futura, divertisse autem non potuimus, nisi inde, ubi prius constitimus, repudium pertineat ad sponsam & futurum matrimonium, divortium ad uxorem & matrimonium constans, *l. 101. §. 1. l. 191. de V. S.* quanquam repudium in uxoris quoq; personam non absurde cadere statim addit Modest: *d. §. 1. in fi.* & ita illud vulgò usurpant leges, *l. 3. de divor. l. si qua mihi. 12. de rit. nupt. l. viro atq; uxore. 59. sol. matr. l. 3. 6. 8. C. de repud.* Imò sponsam quoq; à sponso divortium facere dici, *in l. quod Servius. de cond. caus. dat*: ex mente JCti, notat illic Accurs. & probat Brechæ. *ad d. l. 191. in pr. de V. S.* licet id καταχρηστικώτερον fieri, censeat Paulus *in d. l. 191.*

2. *Divortium unde dicatur.* & notet Godd. *ad d. l. 101. §. 1. n. 1. in fin.* Alciat. *in d. l. 191.* Albert. Gent. *6. de nupt. c. 1.* Alciat. & Forner. *ad d. l. 101.* quia repudium nomen generalius est, divortium verò specialius, à divortiis aquarum, quæ nominat Cic. *3. de Orat.* & Frontin. *de aquæd.* seu viarum, quæ Virgil. *9. Æn.* tractum, quo sensu & Tertull. *de an.* Mortem definit *animæ & corporis divortium.*

3. *Divortium constituitur ad matrimonium consummatum copula carnali.* Cæterum de nominum origine & significatione disputent alii: Illud majoris momenti est, Vtrum divortium tantum dicatur fieri in matrimonio, carnali copula consummato, ut definit Beza *de rep. & divort. in princ.* Vtrum verò etiam in matrimonio, ex solo consensu rato. Certè quod definitionem suam probare velit Beza ex Modestino, quem disertè id declarare dicit, fallitur, quia vir & uxor, inter quos divortium fieri scribit, *d. l. inter stuprum §. 1. de V. S.* non tam ex coitu, quam consensu æstimantur, *l. nuptias. de R. I. l. cū hic status. § si mulier. de donat. int. vir & ux.*

4. *Nuptiæ significant typum Christi & Ecclesiæ ante copulam.* *Cum jungitur puella,* inquit Ambrosius *c. 6. de instit. virg. conjugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.* Lombardus *4. sent. dist. 26.* Soto. *dist. 27. q. 1.* disputat: Matrimonium etiam ante carnalem copulam significare unionem Christi & Ecclesiæ, & hinc vinculum ejus esse durabile & perpetuum. Gratianus. *in c. cum societas. c. non est dubium. 27. q. 2. ex Leone & Augustino* tradit: nuptiis ante commixtionem carnalem sacramentum non inesse, quod arripuit Cajetan. *in oper: 26. qq. q. 25.* & probat Cathar. *lib. 6. contr. Cajet. c. 3.* Vnde nascitur inter Scholasticos & Canonistas disputatio, Vtrum Pontifex dispensatione tollere possit matrimonium, excepto solo coitu, cætera perfectum, quemadmodum Iulium III. & Paulum IV. fecisse autor est Covar. *part. 2. Matr. c. 7. § 4. n. 1.* quam quidem disputationem suis autoribus remittimus, & hoc saltem ex superioribus repetimus; Nuptiarum vinculum non dependere ex ratione

sacramenti

sacramenti & significationis, sed ex autoritate divinæ conjunctionis. Quod si etiam significatio spectanda veniat, non nulla notari potest, quoad amorem & dilectionem, inter conjuges carnali copula non unitos. Et proinde, ubi conjugium, ibi & divortium fieri putandum est, quod à diversitate mentium dicitur, *l. 2. de divort.* aut quod in diversas partes eant, qui discedunt. *d. l. 191. de V. S.* Si tamen divortiorum prohibitionis causam à Christo ex prima conjugii institutione repetitam intueri velimus, negari non potest, quod hinc inferre laborat Beza *in tr: de repud. & divort*: & injuria reprehendit Alber.Gent. *lib.6.de nupt. c.1.18. 19.* difficilius omnino separari, qui carnaliter se cognoverunt, quam qui nudo consensu sine concubitu matrimonium inierunt. *c. quos Deus. 33.q. 2. c.2.de transl. præl.c.verum.c.ex publico. de conv.conjug.* Propterea enim separari nequit conjugium legitimè Dei autoritate contractum, quia qui coaluerunt in unam carnem, disponente Deo, dividi ab homine sine sacrilegio nequeunt. In unam carnem autem abeunt per copulam carnalem, ut edisserit Apostolus *1.Cor.6.* quando cum scorto fieri unam carnem, & in proprium corpus peccare scribit, qui cum scorto rem habet. *c.ad apostol.ubi gl. in not.de conv.conju.* Ut planta una inserta alteri naturam suam mutat, eandemq; substantiam cum alia, cui est inserta, sumit: Ita uxor conjuncta fœdere conjugalis amoris viro, unam quasi plantam, unamq; naturam animorum & corporum insitione facit, in qua si fiat ulla vis aut separatio, natura ipsa quodammodo vulneratur. *Casus. lib.1. Oecon.c.2.q.2.* Ne dicam interim, de favore conjugii, & liberorum, *l. 8. C.de repud.* de utilitate publica,& solatio deserendæ mulieris,quæ omnia faciunt, ut minus promtè provolandum sit ad separanda matrimonia concubitu consummata, quam solo consensu animorum inchoata.

6. *Divortium tam latè patet quam conjugium.*

7.

Divortium igitur tam latè extenditur,quam latè patet conjugium, cui opponitur. Quod enim per conjugium concrescit, per divortium dissolvitur. Opposita enim æquè latè patent. Cæterum, Canones Pontificii, cum divortium verum nullum admitterent, in eius locum invexerunt separationem, quoad thorum & mensam,tam sacris literis,quam legibus Romanorum incognitam. Nam quod Bellarm.scribit, *libr.1. de matr. sacr.c.14.in pr.* JCtos sub nomine divortii complecti dimissionem quoad thorum, & de hac fieri etiam mentionem *in t.de divort.* falsum est & in scholis JCtorum inauditum. Ubiq; enim divortio dissolvi dicuntur nuptiæ, *tot.t.C.& ff. de divort.* & nullibi adimitur diversæ vel dimissæ personæ facultas novas nuptias constituendi. *l.vir mulieri.64. de don.it.in-*

8. *Separatio quoad thorum & mensam incognita sacris literis & l. civil.*

ter vir, & uxor. Isidor. 9. Etym. c. ult. Quin etiam expressè dicitur: *Divor-*
9. *tium non esse, nisi verum*, quod scilicet fiat *animo perpetuam consti-*
tuendi dissensionem, l. 3. *de divort.* quæ verba malè transponit Connan. *lib. 8. Com. c. 12. n. 1.* quando ait: *Divortium autem non est verum, nisi quod animo &c.* Nam JCtus *in d. l. 3.* à divortiorum ordine exclusas cupit temerarias nonnullas & frivolas separationes, quas Vlpianus novo, & nullibi alias reperto, ut ait Alciat. *ad d. l. 191. de V. Sign.* vocabulo,
10. *Frivusculum*, ut habet Fl. lectio, seu *fribusculum* vocat, Papinianus & idem Vlp. alibi, *jurgium, l. si liberis 17. ff. de pact. dot. l. quod si. 31. de jur. dot.* Ausonius *noxiam, in Monosyll.*

Quid frivusculum.

Sæpe in conjugiis fit noxia, si nimia est dos.

Vnde Cujac. Gallicum vocabulũ *noiser* Scipio Gentilis, Italicũ, *Noia*, deducit, qui & idem Frivusculum Vlpiani derivat, à Germanico Frevell *libr. 3. de donat. inter vir. & uxor. c. 20.* cum tamen Germani id nominis mutuò potius à Romanis sumsisse videantur, & verisimilius à Frivolo, Latinorum vocabulo, quam ab ignoto & extraneo Germanico, quod tamen & ipsum à Latino descendit, Frivusculum deducitur. Hæc altricula, quæ secundum Terentium, amoris sæpe redintegratio est, & id genus similia dissidia, quæ simulata vocantur, *l. vir mulieri. 64. de don. inter*
11. *vir. & ux. l. si liberis 17. de pact. dot.* pro divortiis non habentur *d. l. 3. de divor.* nec brevi reversa uxor divortisse videtur, *d. l. 3. & l. 48. de R. I.* Divortia enim dirimunt individuam vitæ consuetudinem, quam promittit & stabilit conjugium. *§. 1. Inst. de nupt.* Licet enim separatim habitent vir & uxor, *l. nihil. de act. rer. amot.* quod scimus interdum & inter consulares viros subsecutum, *l. cum hic status. § si mulier. de donat. inter vir & ux.* tamen, si honorem invicem matrimonii habeant, durare nuptias & donationes mutuas non valere, censuit Vlpian. *in d. § si mulier.* Vbi autem durant nuptiæ, divortium locum non habet. Ne quidem in *l. 1. de don. int. vir. & ux.* agitur de separatione thori & mensæ, quando matrimonium durare dicitur, facto divortio, quo liberta recessit à patrono invito. Quia enim à patrono, cui nupsit, libertæ dissidendi facultas non ditur, si patronus non consentiat, *l. in eo jure 45. de rit. nupt.* ob reverentiam juris patronatus, *ut explicat Ant. Fab. in Jurispr. Pap. t. 9. princ. 5. Illat. 26.* meritò damnatur à liberta factum divortium, *d. l. 1.* & in pœnam temerè divertentis adjicitur, ut nihilominus manere fingatur matrimonium. Tantum abest, ut divortium illud, cum quo simul durat matrimoniũ, à jure

Divortium non est, nisi solvatur vinculum.

à jure civili probetur, ut potius in pœnam sit introductum & prorsus improbetur. Pœna verò non contingit, nisi reos, & proinde ad innocentem personam nequit extendi, quod faciunt Canones, qui divortio suo, manente vinculo, non minus innocentem gravant, quam nocentem. *Alber. Gent. lib. 6. de nupt. c. 1. Scip. Gent. libr. 3. de donat. vir. & ux. c. 21.* Pariter & D. Paulus. *1. Cor. 7.* discedenti à viro mulieri pœnam viduitatis imponit, nisi reconcilietur, dum ait: *Si verò discesserit, maneat innupta, aut viro reconcilietur.* Ostendimus autem supra Paulum loqui de discessione ex causa injusta. Propter causam verò injustam temerariam mulieris secessionem, nemo vel Theologorum vel JCtorum probare poterit, nedum ut legibus sanciri & permitti debeat. In reliqua verò scriptura tam Novi quam veteris testamenti nullibi apparet vestigium licitæ separationis quoad habitationem & thorum. Nam quod Moses permisit Judæis, divortium verum fuit, quo facto licebat utriq; parti ad nova transire vota. *Deut. 24.* Christus *Matt. 19.* de eodem respondit interrogatus à Pharisæis. Sic enim argumentatur ipse Bellarm. *c. 14. de sacr. ad obj. 2.* Dominum *Matth. 19.* locutum de dimissione perpetua, quia de hac loquebantur, qui eum interrogaverant. Quærebant Pharisæi non tantum de dimissione perpetua, sed etiam de ea, quam Moses concesserat, ad disrumpendum vinculum conjugii. Debuit igitur de eadem respondere Christus, nisi fallere fallentes voluerit, & litem lite resolvere. Imò quia verba Christi generalia, *Marc. 10. & Luc. 16.* accipienda sunt necessariò de divortio à vinculo, non potest alius sensus affingi verbis à Matthæo cum exceptione relatis, quia utrobiq; eadem historia & idem responsum narratur. Patet idem ex ratione à Christo ex prima institutione conjugii deducta, quia negat hominem separare posse, quod Deus conjunxit. In his autem verbis contineri vinculum matrimoniale tradit ipse Bellar. *d. c. 14. in fi.* Ergo de solutione vinculi loquitur Christus, & non de separatione habitationum, quia alias peccarent in conjugii institutionem etiam illi, qui ex aliis, quam adulterii causis, à thoro & mensa conjuges secluderent: quod quidem tacitè cogitur concedere Bellar. *c. 16. in arg. 2. ad fin.* nec id referre putat, cum separatio thori & mensæ stabiliatur *ex c. 5. Matth.* Ego verò non video, quo interpretandi acumine eadem verba, de diversis generibus divortiorum quis accipere possit. Et sane si Christus loquatur de divortio, quoad thorum tantum, contra præceptum eius faciunt Pontificii, quando ex multis causis separant conjuges, cum Christus adulterio occasionem præbere dicat hominem

12. *Etiā de sententia Pauli Apost.*

13. *Et Christi ipsius.*

quemcumq; qui extra causam adulterii, divortium faciat. Quin etiam manifestè respicit Christus *ad c.24. Deut.* & cum dixisset, à Mose concessa fuisse divortia cum libello repudii, per adversativam subjicit suam censuram & sententiam de iisdem divortiis, eaq; prorsus damnat, nisi ob adulterium instituantur. Nullibi igitur fit mentio in sacris literis divortiorum quoad lectulum & mensam, nisi quando parti temerè discedenti novis nuptiis interdicitur, in pœnam, ut emolumentum inde non sentiat, unde intulit injuriam, & cujus gratia ad peccatum inducta fuit. Pœnam verò ad refrenandam libidinem præter modum lascivientem, & præscindendam occasionem temerariorum divortiorum imponi posse, in nostris Consistoriis dubium non est.

14.

15. *Utrum divortia à Mose concessa vacent peccato.*

Verum de divortiis disceptatur inter Scholasticos præcipuè, utrū sint ex eorum numero, quæ, ut dicitur *in c. nervi. dist. 13. ignoscuntur quidem, sed non præcipiuntur, nec probantur*, vel permissione Mosis tale jus & privilegiū acquisiverint, ut licita & ab omni peccato aliena censenda sint. Sed quia hæc quæstio concernit divortia Hebræorū, quæ nos paulò post repudiaturi sumus, breviter sic statuimus: Divortia ex sua natura repugnare legi naturæ, & institutioni conjugii à Deo profectæ, prout disputatione sua evincit Christus ipse, *Matth. 19.* Unde Paludan. *in 4. sent. dist. 33. q. 1. art. 2. & ibid. Bassol. q. 1. art. 2.* opinionem Magistri, qui divortia nunquam facta fuisse licita contendit, cujus sententiæ subscribunt *ibidem Thom. Bonavent. Richard. Domin. à SCto d. dist. 33. Azor. 6. Inst. Moral. c. 13. q. 3.* nec non *Innoc. in c. gaudemus: de divort. Alphons. de castr. libr. 2. de potest. leg. pœn. Covarr. part. 2. de matr. c. 7. §. 4. n. 7. Beza de repud. pag. 216.* magis scribunt convenire verbis Evangelii & Christi, licet ipsi contrariam teneant, sed dispensatione Mosis divortiis abstersam fuisse maculam improbitatis, quam probant & sequuntur. *Abulens. in Matt. c. 19. q. 49. 50. Cajet. ibid. Bellarm. c. 14. de matrim. ad object. ult.* & proprius ad veritatem accedere videntur, qui ab extrema iniquitate eximunt divortia post dispensationem, quippe cum ea non tantum permiserit Moses, sed etiam præceperit. *Deut. 24.* Polygamiam quidem toleravit, nec præcepit Deus, & seditiones nonnullas ob bonum publicum excitatas excusamus, quo argumento lupanaria aperiunt Pontifices, ut præveniant adulteria. Cæterum divortium conceptis verbis præcepit Moses, & proinde non est ex eorum classe, quæ per conniventiam permittimus, *ut ait Chrysost. in hom. in c. 19. Matth. c. hac ratione. 31. q. 1.* sed apertè ad vitandum

16. *Probatur affirmativa.*

17.

dum

dum homicidium Judæis imperatur. Nec est, ut in verbis Mosis effugium quæras, quasi humana autoritate indulgentiam concessisset populo contra jus divinum & naturale, quia Moses tantum sibi nunquam arrogare sine sacrilegio potuisset. Nec leges tulit ex suo cerebro, sed jussu & præscripto divino. Accedit, quod Malachias *c.2.* Deo ipsi originem legis asscribat, quando ait: *Qui odio habet uxorem, dimittat eam, dicit Dominus.* Cum verò nefas sit, putare: A Deo quicquam præcipi, quod mortale peccatum in se contineat, consequenter credendum est, Deum, dispensatione, jus à se constitutum remisisse, adeoq; vinculum matrimonii licitè potuisse rumpi, ne deterius quid ex inveterato odio oriretur. Nisi enim hoc concesserit: Deus præcepit manifesta peccata in ignominiam juris naturæ & divini. Deinde toleravit in sua Republ. per legum suarum approbationem continua & aperta adulteria, quia repudiatæ licebat ad nuptias reiterandas progredi. *Deut.24. Levit.21.* Si jam vinculum Deus solvi noluisset, ex ratione Christi, *Matth.5.19. & Marc.10.* necessariò mæchabatur, quæ alieno thoro se miscuerat. Quid, quod vetaretur vir dimissam uxorem post alterum conjugium ritè dissolutum recipere. *Deut.24.* Non debuisset autem prohiberi, si vinculum salvum mansisset.

18. *Ex Malach. 2.*

19. *Ex absurdis ex negativa deductis.*

Ex ratione tamen illic addita, & superiùs explicata, quando polluta dicitur, quæ in duplici conjugio, ante & post repudium vixerit, patet Deum divortiorum frequentiam vehementer improbasse, & viro dimittendi occasionem pollutionis asscripsisse, quod patet ibidem ex lamentis dimissarum, *apud Malach. c.2.* quibus, tanquam justis, facilem se accommodasse aurem Deus ipse testatur: nec non ex ratione, ob quam Christus dicit permissa esse divortia à Mose, ut videl. miseriæ & imbecillitati mulierum contra pervicaciam virorum prospectum esset. Non enim dedit Deus aliquid pervicaciæ cordium ex promta voluntate, sed quia satius putavit vinculum conjugii relaxari, quam *fœdioribus divortio, malè cohærentium rixis, ut ait Sen. libr. de remed. utr. fort.* & hinc nasci consuetis insidiis, veneficiis & parricidiis viam & occasionem aperiri. Postquam verò divortiorum licentiam Christus revocavit ad principiũ, nec pertinaciæ improborum hominum amplius connivere voluit, Iudæorum perversitas Christianis imitanda non est.

20. *Deum facilitatem divortiorum semper improbasse.*

Iudæi quippe levissima quaq; ex causa divortium faciebant, *Ioseph. 4. Antiq. in fin.* quarum catalogum pertexit Iohann. Gerson. *in lib. de doct.*

Judæor. Cæterum Burgens. *in addit. ad Lyr. ad c.24. Deuter.* Drusius *14. obs. 10.* Alber. Gent. *6. de nupt. c.11.* errorem hunc Judæorum, non ex lege & permissione Mosis, sed ex falsa & nimis licentiosa interpretatione ortũ traxisse disputant cum Moses divertendi licentiam non dederit, nisi ob adulterium, quod circumscribi & denotari putant per *Fœditatem*, ut Chaldaica, Græca & Latina versio transtulit, & pro adulterio, *Nuditatem*, poni notant *Gen. c.9. & Levit. 18.* cum tamen omne inquinatum vocabulo fœditatis intelligatur in castris: *Deut. 23.* & *Lev. c.18.* justæ quoq; mulieris pudor nudari dicatur, si fluentibus menstibus maritus ad eam accedat. Noah jacuit denudatus, *Gen. 9.* sed quid hoc ad adulterium? In genere loquitur Moses de odio ob fœditatem aliquam obnato, quod sic transtulit Luther: Wenn sie nicht gnade findet für seinen Augen/vnd etwa einer vnlust willen. Imo de solo odio concipit causam divortii non adjecta mentione fœditatis, *ibid. vers. 3.* nec limitationis suæ ullum ex textu vestigium depromit Gentilis, sed confugere cogitur ad interpretationem Christi, *Matth. 5.* quæ sententiæ ipsius prorsus contrariatur, ut paulò post dicemus. Nam ex lege veteri primum disputabimus de sententia legis Mosis, eamq; ut generaliter conceptam, ita generaliter in usum licite traductam probabimus. Si enim tam enormiter in interpretatione aberrarint Judæi, ut inde in tot & tam turpia prolapsi fuerint adulteria, qui factum, ut propter hæc scelera nullibi à prophetis reprehensi aut objurgati fuerint, imprimis cum in scortatores & adulteros toties ab iis detonatum sit, *Ierem. 5. Ezech. 22. Oseæ 4.* & nominatim Malachias *c.2.* cum incideret in temeraria divortia, & hinc impleri altaria lachrymis & suspiriis injustè dimissarum diceret, non reprehendit dimissionem ipsam, sed causam lasciviæ, cum Abraham alteram uxorem non quæsivisset lasciviæ, sed prolis, à Deo promissæ, obtinendæ gratia. Addit verò, *si quis odio habuerit uxorem, dimittat eam, inquit Dominus, & addat tegumentum* &c. quæ quidem verba procul dubio repetita sunt ex Mose. Causam verò dimissionis non limitant ad nuditatem adulterii, sed ad omne odium, seu, ut explicat Christus, ad omnem pervicaciam cordis. Alterum ejusdem legis interpretem accerso ex *Eccles. c.25. ad fin.* ubi cum Syracides dixisset, non esse muliebri insaniæ, inutili & ignava tolerantia, frena laxanda, tandẽ subjicit extremũ remediũ, *si verò te audire,* seu ut trãstulit Luther. *morem tibi gerere noluerit, da ipsi libellum repudij.* Nec dubium est, quia scripturam potius scripturâ

21. *Utrum Moses ex pluribus causis divertendi licentiam dederit Iudæis.*

22. *Quid significet nuditas in sacris literis.*

23. *Ex multis alijs causis licitum fuisse dimittere uxorem Malach. 2.*

Eccles. 25.

pturâ, quam ex humanis rationibus interpretari debeamus, quod ut eò plus ponderis iterū habeat, interpretationis nostræ indicia depromemus prius ex aliis Mosis legibus, mox etiā ex responsis Christi. Permisit n. Moses, ut repudiata novum contraheret matrimonium, *Deut.* 24. quippe quā solus Pontifex Max. ducere prohibebatur, ut & viduam & meretricem. 24. *Ex lege Mosis.*
Levit. 21. Non videtur a. adulteræ hanc gratiam facturus fuisse, quam lapidibus obruendam censuit. Præterea solis viris fecit potestatem dimittendi uxores, nec ea ullibi legitur vel mulieribus tributa, vel ab iis usurpata, ut paulò ante ostendimus. *Ioseph.* l. 15. *Antiq. c.* 9. & consentit Gent. *d. li.* 0. *c.* 21. Sed si repudium ob solū adulteriū indultū fuit, iniquè id in solius viri manū posuit Moses, relicta interim uxore innocente sub durissimo adulteri jugo. Quod a. hæc iniquitas à Mose aliena sit, ex. *Lev.* 20. & *Deut.* 22. patet, ubi in æqualem pœnam damnantur adulter & adultera. Sed & ex hac pœna, quæ capitalis est, sic argumentor. Qui adulteriū capite punire jubet, non poterit adulteræ jus novarum nuptiarum sancire, quin supplicio summo deroget. Cui n. licet autoritate legis de uno conjugio vagari in alterum, morti minimè oportet esse destinatam. At præviderat de neglectu legis, *inquit Gentil.* quemadmodum neglectam dicunt, cum Christus repudium concederet ob adulteriū. Si prævidit, cur neglectui potius obviam non ivit: aut cur ipse neglectui occasionem dedit & viam aperuit? dum repudiatam ob adulterium impunè sivit de conjugio insilire in conjugium. Christus noluit involare officium magistratuum, sed conscientiis, sub negligente magistratu, prospicere: Moses verò, qua legislator, qua princeps, non debuit funestæ, quam prævidebat, negligentiæ aut connivere, aut aditū patefacere. Imò ne patefecit quidem, quia *in d. c.* 24. dicitur maritus dimittens fecisse pollui dimissam, & propterea punitur, ne jus habeat ejectam post secundas nuptias recipiendi, ut explicat Calvin. Si verò uxor dimissa est ob adulteriū, dimittens pollutioni causam non præbuit, nec ipse interdicto, de non recipiendo, plectendus fuit, sed potius mulieri aditus præcludendus, cum illic consistere pœna debeat, unde prodiit culpa. Sed pergit Gentilis: vetat lex mendicum & meretricem esse in Israël, & tamen jubet mendico succurri, & vetat meretricium inferri in templum. Facit autem fraudem in verbo: *Esse in Israël.* Lex enim vult ne spurius, mendicus, meretrix sit de tribu seu populo Israëlitico, *ut patet Deuteronom.* 23. Inde tamen non sequitur, quod statim coactæ fuerint id genus personæ solum mutare, cum potuerint tolerari in terra, licet essent seclusæ

25. *Instantia Gentilis.*

26. *Item alia.*

na legis imponit, terror maritalis extorquet. Perierunt profectò mores, si nec illis comparari possunt, quæ ratione carentia temperantur. Facit huc, quod Dion *lib. 48.* memoriæ posteritatis reposuit: cum Augustus Liviam, vivente Nerone marito, abduxisset, forte fortuna puellum quendam garrulum, quos pro delectamento habere solent Dominæ, cum diverso loco Liviam cum Cæsare, diverso Neronem cum alia muliere accumbentem vidisset, naturali quasi pudore perculsum dixisse: *Quid hic agis, Domina? En maritus tuus*, ad Neronem digitum intendendo, *isthic accumbit*, Extat *Deuter. 24.* Lex Mosis, ne vir recipiat in justum matrimonium, quæ post divortium transierat in manus novi mariti, & ab hoc vel iterum dimissa, vel morte liberata fuerat, cujus rationes alii alias assignant, ne facilè provolaret maritus ad dimittendam mulierem, quam ex intervallo repetere posset, neve mulieri incitamentum subjiceretur moliendi aliquid in vitam secundi mariti, quò aditum sibi recluderet ad priorem. *Martyr. in c. 19. Iud. Alber. Gent. libr. 6. c. 21.* Cæterum omnium optima desumitur ex verbis legis, quam illic subjicit Moses & explicant Calvin. *in expl. 7. prac.* Beza *de repud. & divort. p. 176.* Bucer. *de regn. Christ. libr. 2. c. 32. 33.* nimirum, quia dimissa polluta est, seu ut ex Hebræo interpretatur Beza, quia maritus extitit causa, ut pollueretur. Unde infero ad nostrum propositum: si maritus non potest recipere dimissam mulierem, quæ interim alteri nupta fuit, quia autor extitit, ut ea pollueretur, quantò minus fas erit marito recipere eam mulierem, quam ipse prostituit, seu alieno viro supposuit, quod genus facti lenocinium vocant Romanæ leges, & inter turpissima inde à tempore Romuli numerarunt, quemadmodum disserit Hersilia Romuli conjunx, cum Sabini virgines raptoribus viris denuò subtrahere, & concordare cepta matrimonia dissolvere niterentur. *Plutarch. in Rom.* Nihil hic dico de invidiosa permutatione Aspasiæ, quam Artaxerxes alternatim sibi & filio Cyro supposuit, *Plutarch. in Artox.* nec de facilitate Seleuci parum honesta, qui filii Antiochi de consilio Erasistrati valetudini incesto remedio mederi voluit, *Val. 5. c. 7.* sed ad divortia pergo, & ex quibus causis licita sint, porrò inquirere aggredior.

7. Ratio legis Mosaicæ.

De

De divortiis, quid sint, utrum concessa Christianis & licita fuerint olim Judæis &c.

SECT. 2.

1. *Quid differant repudium & divortium.*
2. *Vnde dicatur divortium.*
3. *Vtrum divortium non dicatur de conjugibus ante copulam carnalem.*
4. *Conjugium significare unionem Christi & Ecclesiæ etiam ante copulam.*
5. *Vtrum dispensari possit de vinculo matrimonij, ante concubitum.*
6. *Tam late patere divortium, atque conjugium.*
7. *Difficilius tamen solvi conjugium consumatum per concubitum, quam contractum per consensum.*
8. *Vtrum separatio, quoad thorum & mensam fuerit cognita sacris literis & ll. civilibus.*
9. *Explicatur l. 3. de divort.*
10. *Quid sit fribusculum, jurgium, noxia.*
11. *Non esse divortium, nisi verum, quo se solvatur vinculum de jure civili.*
12. *Id quod consonat sacris literis & verbis Apostoli Pauli.*
13. *Nec non sententiæ Christi ipsius.*
14. *Divortia quoad thorum & mensam; nullibi probrari sacris literis.*
15. *Vtrum divortia à Mose concessa absolvant divertentem aut dimittentem ab omni peccata.*
16. *Vbi probatur affirmativa.*
17. *Ex præcepto Mosis.*
18. *Ex verbis Malach. 2.*
19. *Negativa deducitur ad absurdum.*
20. *Deum tamen facilitatem divortiorum semper improbasse ostenditur.*
21. *Vtrum Moses, ex pluribus, quam una causa divertendi facultatem dederit Iudæis.*
22. *Quid per fœditatem vel nuditatem in sacris legibus accipiendum.*
23. *Ex multis alijs causis, præter adulterium, licita fuisse Iudæis divortia.*
24. *Probatur ex Malach. Eccles. & legibus ipsius Mosis.*
25. *Instantiæ Gentilis ante vertitur.*
26. *Item alia ejusdem.*
27. *Occurritur & alijs objectiunculis.*
28. *Et respondetur ad verba Christi.*
29. *Quæ Gentili prorsus adversantur.*
30. *In novo testamento & apud Christianos, divortia, excepto casu adulterij, esse inexcusabilia.*

INter

1. *Differentia inter repudiũ & divortiũ.* INter repudium & divortium hoc interest, quod, cum repudiare dicamur futura, divertisse autem non potuimus, nisi inde, ubi prius constitimus, repudium pertineat ad sponsam & futurum matrimonium, divortium ad uxorem & matrimonium constans, *l. 101. §. 1. l. 191. de V. S.* quanquam repudium in uxoris quoq; personam non absurdè cadere statim addit Modest: *d. §. 1. in fi.* & ita illud vulgò usurpant leges. *l. 3. de divor. l. si qua mihi. 12. de rit. nupt. l. viro atq; uxore. 59. sol. matr. l. 3. 6. 8. C. de repud.* Imò sponsam quoq; à sponso divortium facere dici, *in l. quod Servius. de cond. caus. dat:* ex mente JCti, notat illic Accurs. & probat Brechæ. *ad d. l. 191. in pr. de V. S.* licet id καταχρηστικώτερον fieri, censeat Paulus *in d. l. 191.*
2. *Divortiũ unde dicatur.* & notet Godd. *ad d. l. 101. §. 1. n. 1. in fin.* Alciat. *in d. l. 191.* Albet. Gent. *6. de nupt. c. 1.* Alciat. & Forner. *ad d. l. 101.* quia repudium nomen generalius est, divortium verò specialius, à divortiis aquarum, quæ nominat Cic. *3. de Orat.* & Frontin. *de aquæd.* seu viarum, quæ Virgil. *9. Æn.* tractum, quo sensu & Tertull. *de an.* Mortem definit *animæ & corporis divortium.*

3. *Divortiũ contrahitur ad matrimoniũ consummatũ copula carnali.* Cæterum de nominum origine & significatione disputent alii: Illud majoris momenti est, Vtrum divortium tantum dicatur fieri in matrimonio, carnali copula consummato, ut definit Beza *de rep. & divort. in princ:* Vtrum verò etiam in matrimonio, ex solo consensu rato. Certè quod definitionem suam probare velit Beza ex Modestino, quem disertè id declarare dicit, fallitur, quia vir & uxor, inter quos divortium fieri scribit, *d. l. inter stuprum §. 1. de V. S.* non tam ex coitu, quam consensu æstimantur, *l. nuptias. de R. I. l. cũ hic status. § si mulier. de donat. int. vir & ux.*

4. *Nuptiæ significant typum Christi & Eccles. ante copulam.* *Cum jungitur puella,* inquit Ambrosius *c. 6. de instit. virg. conjugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.* Lombardus *4. sent. dist. 26.* Soto. *dist. 27. q. 1.* disputat: Matrimonium etiam ante carnalem copulam significare unionem Christi & Ecclesiæ, & hinc vinculum ejus esse durabile & perpetuum. Gratianus. *in c. cum societas. c. non est dubium. 27. q. 2. ex Leone & Augustino* tradit: nuptiis ante commixtionem carnalem sacramentum non inesse, quod arripuit Cajetan. *in oper: 26. qq. q. 25.* & probat Cathar. *lib. 6. contr. Cajet. c. 3.* Vnde nascitur inter Scholasticos & Canonistas disputatio, Vtrum Pontifex dispensatione tollere possit matrimonium, excepto solo coitu, cætera perfectum, quemadmodum Iulium III. & Paulum IV. fecisse autor est Covar. *part. 2. Matr. c. 7. § 4. n. 21.* quam quidem disputationem suis autoribus remittimus, & hoc saltem ex superioribus repetimus; Nuptiarum vinculum non dependere ex ratione

sacramenti

sacramenti & significationis, sed ex autoritate divinæ conjunctionis. Quod si etiam significatio spectanda veniat, non nulla notari potest, quoad amorem & dilectionem, inter conjuges carnali copula non unitos. Et proinde, ubi conjugium, ibi & divortium fieri putandum est, 6.
quod à diversitate mentium dicitur, *l. 2. de divort.* aut quod in diversas partes eant, qui discedunt. *d. l. 191. de V. S.* Si tamen divortiorum prohibitionis causam à Christo ex prima conjugii institutione repetitam intueri velimus, negari non potest, quod hinc inferre laborat Beza *in tr: de repud. & divort:* & injuria reprehendit Alber.Gent. *lib.6.de nupt. c.1.18. 19.* difficilius omnino separari, qui carnaliter se cognoverunt, quam qui nudo consensu sine concubitu matrimonium inierunt. *c. quos Deus. 33.q. 2. c.2.de transl. prael.c.verum.c.ex publico. de conv.conjug.* Propterea e- 7.
nim separari nequit conjugium legitimè Dei autoritate contractum, quia qui coaluerunt in unam carnem, disponente Deo, dividi ab homine sine sacrilegio nequeunt. In unam carnem autem abeunt per copulam carnalem, ut edisserit Apostolus *1.Cor.6.* quando cum scorto fieri unam carnem, & in proprium corpus peccare scribit, qui cum scorto rem habet. *c.ad apostol.ubi gl. in not.de conv.conju.* Ut planta una inserta alteri naturam suam mutat, eandemq; substantiam cum alia, cui est inserta, sumit: Ita uxor conjuncta fœdere conjugalis amoris viro, unam quasi plantam, unamq; naturam animorum & corporum insitione facit, in qua si fiat ulla vis aut separatio, natura ipsa quodammodo vulneratur. *Casus. lib.1. Oecon.c.2.q.2.* Ne dicam interim, de favore conjugii, & liberorum, *l. 8. C.de repud.* de utilitate publica, & solatio deserendæ mulieris, quæ omnia faciunt, ut minus promtè provolandum sit ad separanda matrimonia concubitu consummata, quam solo consensu animorum inchoata.

Divortium tam latè patet quam conjugium.

Divortium igitur tam latè extenditur, quam latè patet conjugium, 8.
cui opponitur. Quod enim per conjugium concrescit, per divortium dissolvitur. Opposita enim æquè latè patent. Cæterum, Canones Pontificii, cum divortium verum nullum admitterent, in eius locum invexerunt separationem, quoad thorum & mensam, tam sacris literis, quam legibus Romanorum incognitam. Nam quod Bellarm.scribit, *libr.1.de matr. sacr.c.14.in pr.* JCtos sub nomine divortii complecti dimissionem quoad thorum, & de hac fieri etiam mentionem *in t.de divort.* falsum est & in scholis JCtorum inauditum. Ubiq; enim divortio dissolvi dicuntur nuptiæ, *tot.t.C.& ff. de divort.* & nullibi adimitur diversæ vel dimissæ personæ facultas novas nuptias constituendi. *l.vir mulieri.64. de donat.in-*

Separatio quoad thorum & mensam incognita sacris literis & ll. civil.

ter vir, & uxor. Isydor. 9. Etym. c. ult. Quin etiam expressè dicitur: *Divortium non esse, nisi verum*, quod scilicet fiat *animo perpetuam constituendi dissensionem*, *l. 3. de divort.* quæ verba malè transponit Connan. *lib. 8. Com. c. 12. n. 1.* quando ait: *Divortium autem non est verum, nisi quod animo &c.* Nam JCtus *in d. l. 3.* à divortiorum ordine exclusas cupit temerarias nonnullas & frivolas separationes, quas Vlpianus novo, & nullibi alias reperto, ut ait Alciat. *ad d. l. 191. de V. Sign.* vocabulo, *Frivusculum*, ut habet Fl. lectio, seu *fribusculum* vocat, Papinianus & idem Vlp. alibi, *jurgium*, *l. si liberis. 17. ff. de pact. dot. l. quod si. 31. de jur. dot.* Ausonius *noxiam, in Monosyll.*

9.

10. *Quid frivusculum.*

Sape in conjugiis fit noxia, si nimia est dos.

Vnde Cujac: Gallicum vocabulũ *noiser* Scipio Gentilis, Italicũ, *Noia*, deducit, qui & idem Frivusculum Vlpiani derivat, à Germanico Frevel/ *libr. 3. de donat. inter vir. & uxor. c. 20.* cum tamen Germani id nominis mutuò potius à Romanis sumsisse videantur, & verisimilius à Frivolo, Latinorum vocabulo, quam ab ignoto & extraneo Germanico, quod tamen & ipsum à Latino descendit, Frivusculum deducitur. Hæc a.liricula, quæ secundum Terentium, amoris sæpe redintegratio est, & id genus similia dissidia, quæ simulata vocantur, *l. vir mulieri. 64. de don. inter vir. & ux. l. si liberis 17. de pact. dot.* pro divortiis non habentur *d. l. 3. de divor.* nec brevi reversa uxor divortisse videtur, *d. l. 3. & l. 48. de R. I.* Divortia enim dirimunt individuam vitæ consuetudinem, quam promittit & stabilit conjugium. *§. 1. Inst. de nupt.* Licet enim separatim habitent vir & uxor, *l. nihil. de act. rer. amot.* quod scimus interdum & inter consulares viros subsecutum, *l. cum hic status. § si mulier. de donat. inter vir & ux.* tamen, si honorem invicem matrimonii habeant, durare nuptias & donationes mutuas non valere, censuit Vlpian. *in d. § si mulier.* Vbi autem durant nuptiæ, divortium locum non habet. Ne quidem in *l. 1. de don. int. vir. & ux:* agitur de separatione thori & mensæ, quando matrimonium durare dicitur, facto divortio, quo liberta recessit à patrono invito. Quia enim à patrono, cui nupsit, libertæ dissidendi facultas non datur, si patronus non consentiat, *l. in eo jure 45. de rit. nupt.* ob reverentiam juris patronatus, *ut explicat Ant. Fab. in Iurispr. Pap. t. 9 princ. 5. Illat. 26.* merito damnatur à liberta factum divortium, *d. l. 1.* & in pœnam temerè divertentis adjicitur, ut nihilominus manere fingatur matrimonium. Tantum abest, ut divortium illud, cum quo simul durat matrimoniũ, à jure

11. *Divortium non est, nisi solvatur vinculum.*

[illegible]

à jure civili probetur, ut potius in pœnam sit introductum & prorsus improbetur. Pœna verò non contingit, nisi reos, & proinde ad innocentem personam nequit extendi, quod faciunt Canones, qui divortio suo, manente vinculo, non minus innocentem gravant, quam nocentem. *Alber.Gent. lib.6. de nupt. c.1.Scip.Gent. libr. 3. de donat.vir.& ux. c. 21.* Pariter & D.Paulus. 1.*Cor.7.* discedenti à viro mulieri pœnam viduitatis imponit, nisi reconcilietur, dum ait: *Si verò discesserit, maneat innupta, aut viro reconcilietur.* Ostendimus autem supra Paulum loqui de discessione ex causa injusta. Propter causam verò injustam temerariam mulieris secessionem, nemo vel Theologorum vel JCtorum probare poterit, nedum ut legibus sanciri & permitti debeat. In reliqua verò scriptura tam Novi quam veteris testamenti nullibi apparet vestigium licitæ separationis quoad habitationem & thorum. Nam quod Moses permisit Judæis, divortium verum fuit, quo facto licebat utriq; parti ad nova transire vota. *Deut.24.* Christus *Matt.19.* de eodem respondit interrogatus à Pharisæis. Sic enim argumentatur ipse Bellarm.*c.14.de sacr. ad obj. 2.* Dominum *Matth. 19.* locutum de dimissione perpetua, quia de hac loquebantur, qui eum interrogaverant. Quærebant Pharisæi non tantum de dimissione perpetua, sed etiam de ea, quam Moses concesserat, ad disrumpendum vinculum conjugii. Debuit igitur de eadem respondere Christus, nisi fallere fallentes voluerit, & litem lite resolvere. Imò quia verba Christi generalia, *Marc. 10.& Luc. 16.* accipienda sunt necessariò de divortio à vinculo, non potest alius sensus affingi verbis à Matthæo cum exceptione relatis, quia utrobiq; eadem historia & idem responsum narratur. Patet idem ex ratione à Christo ex prima institutione conjugii deducta, quia negat hominem separare posse, quod Deus conjunxit. In his autem verbis contineri vinculum matrimoniale tradit ipse Bellar.*d.c.14.in fi.* Ergo de solutione vinculi loquitur Christus, & non de separatione habitationum, quia alias peccarent in conjugii institutionem etiam illi, qui ex aliis, quam adulterii causis, à thoro & mensa conjuges secluderent: quod quidem tacitè cogitur concedere Bellar. *c.16. in arg. 2. ad fin.* nec id referre putat, cum separatio thori & mensæ stabiliatur *ex c.5.Matth.* Ego verò non video, quo interpretandi acumine eadem verba, de diversis generibus divortiorum quis accipere possit. Et sane si Christus loquatur de divortio, quoad thorum tantum, contra præceptum eius faciunt Pontificii, quando ex multis causis separant conjuges, cum Christus adulterio occasionem præbere dicat hominem

12. *Etiã de sententia Pauli Apost.*

13. *Et Christi ipsius.*

quemcumq; qui extra causam adulterii, divortium faciat. Quin etiam manifestè respicit Christus *ad c.24. Deut.* & cum dixisset, à Mose concessa fuisse divortia cum libello repudii, per adversativam subjicit suam censuram & sententiam de iisdem divortiis, eaq; prorsus damnat, nisi ob adulterium instituantur. Nullibi igitur fit mentio in sacris literis divortiorum quoad lectulum & mensam, nisi quando parti temerè discedenti novis nuptiis interdicitur, in pœnam, ut emolumentum inde non sentiat, unde intulit injuriam, & cujus gratia ad peccatum inducta fuit. Pœnam verò ad refrenandam libidinem præter modum lascivientem, & præscindendam occasionem temerariorum divortiorum imponi posse, in nostris Consistoriis dubium non est.

14.

15. *Utrum divortia à Mose concessa vacent peccato.*

Verum de divortiis disceptatur inter Scholasticos præcipuè, utrũ sint ex eorum numero, quæ, ut dicitur *in c. nervi. dist. 13. ignoscuntur quidem, sed non præcipiuntur, nec probantur*, vel permissione Mosis tale jus & privilegiũ acquisiverint, ut licita & ab omni peccato aliena censenda sint. Sed quia hæc quæstio concernit divortia Hebræorũ, quæ nos paulò post repudiaturi sumus, breviter sic statuimus: Divortia ex sua natura repugnare legi naturæ, & institutioni conjugii à Deo profectæ, prout disputatione sua evincit Christus ipse, *Matth. 19.* Unde Paludan. *in 4. sent. dist. 33. q. 1. art. 2. & ibid. Bassol. q. 1. art. 2.* opinionem Magistri, qui divortia nunquam facta fuisse licita contendit, cujus sententiæ subscribunt *ibidem Thom. Bonavent. Richard. Domin. à SCto d. dist. 33. Azor. 6. Inst. Moral. c. 13. q. 3.* nec non *Innoc. in c. gaudemus: de divort. Alphons. de castr. libr. 2. de potest. leg. pœn. Covarr. part. 1. de matr. c. 7. §. 4. n. 7. Beza de repud. pag. 216.* magis scribunt convenire verbis Evangelii & Christi, licet

16. *Probatur affirmativa.*

ipsi contrariam teneant, sed dispensatione Mosis divortiis abstersam fuisse maculam improbitatis, quam probant & sequuntur. *Abulens. in Matt. c. 19. q. 49. 50. Cajet. ibid. Bellarm. c. 14. de matrim. ad object. ult.* & proprius ad veritatem accedere videntur, qui ab extrema iniquitate eximunt divortia post dispensationem, quippe cum ea non tantum permiserit Moses,

17. sed etiam præceperit. *Deut. 24.* Polygamiam quidem toleravit, nec præcepit Deus, & seditiones nonnullas ob bonum publicum excitatas excusamus, quo argumento lupanaria aperiunt Pontifices, ut præveniant adulteria. Cæterum divortium conceptis verbis præcepit Moses, & proinde non est ex eorum classe, quæ per conniventiam permittimus, *ut ait Chrysost. in hom. in c. 19. Matth. c. hac ratione. 31. q. 1.* sed apertè ad vitandum

dum

dum homicidium Judæis imperatur. Nec est, ut in verbis Mosis effugium quæras, quasi humana autoritate indulgentiam concessisset populo contra jus divinum & naturale, quia Moses tantum sibi nunquam arrogare sine sacrilegio potuisset. Nec leges tulit ex suo cerebro, sed jussu & præscripto divino. Accedit, quod Malachias *c.2.* Deo ipsi originem legis asscribat, quando ait: *Qui odio habet uxorem, dimittat eam, dicit Dominus.* 18. *Ex Malachia.* Cum verò nefas sit, putare: A Deo quicquam præcipi, quod mortale peccatum in se contineat, consequenter credendum est, Deum, dispensatione, jus à se constitutum remisisse, adeoq; vinculum matrimonii licitè potuisse rumpi, ne deterius quid ex inveterato odio oriretur. 19. *Ex absurdis ex negativa deductis.* Nisi enim hoc concesserit: Deus præcepit manifesta peccata in ignominiam juris naturæ & divini. Deinde toleravit in sua Republ. per legum suarum approbationem continua & aperta adulteria, quia repudiatæ licebat ad nuptias reiterandas progredi. *Deut. 24. Levit. 21.* Si jam vinculum Deus solvi noluisset, ex ratione Christi, *Matth. 5. 19. & Marc. 10.* necessariò mœchabatur, quæ alieno thoro se miscuerat. Quid, quod vetaretur vir dimissam uxorem post alterum conjugium ritè dissolutum recipere. *Deut. 24.* Non debuisset autem prohiberi, si vinculum salvum mansisset.

20. *Deum facilitatem divortiorum semper improbasse.* Ex ratione tamen illic addita, & superiùs explicata, quando polluta dicitur, quæ in duplici conjugio, ante & post repudium vixerit, patet Deum divortiorum frequentiam vehementer improbasse, & viro dimittendi occasionem pollutionis asscripsisse, quod patet ibidem ex lamentis dimissarum, *apud Malach. c. 2.* quibus, tanquam justis, facilem se accommodasse aurem Deus ipse testatur: nec non ex ratione, ob quam Christus dicit permissa esse divortia à Mose, ut videl. miseriæ & imbecillitati mulierum contra pervicaciam virorum prospectum esset. Non enim dedit Deus aliquid pervicaciæ cordium ex promta voluntate, sed quia satius putavit vinculum conjugii relaxari, quam *fœdioribus divortio, malè cohærentium rixis, ut ait Sen. libr. de remed. utr. fort.* & hinc nasci consuetis insidiis, veneficiis & parricidiis viam & occasionem aperiri. Postquam verò divortiorum licentiam Christus revocavit ad principiũ, nec pertinaciæ improborum hominum amplius connivere voluit, Iudæorum perversitas Christianis imitanda non est.

Iudæi quippe levissima quaq; ex causa divortium faciebant, *Ioseph. 4. Antiq. in fin.* quarum catalogum pertexit Iohann. Gerson. *in lib. de doct.*

ptura, quam ex humanis rationibus interpretari debeamus, quod ut eò plus ponderis iterū habeat, interpretationis nostræ indicia depromemus prius ex aliis Mosis legibus, mox etiā ex responsis Christi. Permisit n. Moses, ut repudiata novum contraheret matrimonium, *Deut.*24. quippe quā solus Pontifex Max. ducere prohibebatur, ut & viduam & meretricem. *Levit.*21. Non videtur a. adulteræ hanc gratiam facturus fuisse, quam lapidibus obruendam censuit. Præterea solis viris fecit potestatem dimittendi uxores, nec ea ullibi legitur vel mulieribus tributa, vel ab iis usurpata, ut paulò ante ostendimus. *Ioseph.* 15. *Antiq.c.*9. & consentit Gent. *d. li.* 6. *c.*21. Sed si repudium ob solū adulteriū indultū fuit, iniquè id in solius viri manū posuit Moses, relicta interim uxore innocente sub durissimo adulteri jugo. Quod a. hæc iniquitas à Mose aliena sit, ex. *Lev.*20. & *Deut.* 22. patet, ubi in æqualem pœnam damnantur adulter & adultera. Sed & ex hac pœna, quæ capitalis est, sic argumentor. Qui adulteriū capite punire jubet, non poterit adulteræ jus novarum nuptiarum sancire, quin supplicio summo deroget. Cui n. licet autoritate legis de uno conjugio vagari in alterum, morti minimè oportet esse destinatam. At præviderat de neglectu legis, *inquit Gentil.* quemadmodum neglectam dicunt, cum Christus repudium concederet ob adulteriū. Si prævidit, cur neglectui potius obviam non ivit: aut cur ipse neglectui occasionem dedit & viam aperuit? dum repudiatam ob adulterium impunè sivit de conjugio insilire in conjugium. Christus noluit involare officium magistratuum, sed conscientiis, sub negligente magistratu, prospicere: Moses verò, qua legislator, qua princeps, non debuit funestæ, quam prævidebat, negligentiæ aut connivere, aut aditū patefacere. Imò ne patefecit quidem, quia in d. c. 24. dicitur maritus dimittens fecisse pollui dimissam, & propterea punitur, ne jus habeat ejectam post secundas nuptias recipiendi, ut explicat Calvin. Si verò uxor dimissa est ob adulteriū, dimittens pollutioni causam non præbuit, nec ipse interdicto, de non recipiendo, plectendus fuit, sed potius mulieri aditus præcludendus, cum illic consistere pœna debeat, unde prodiit culpa. Sed pergit Gentilis: vetat lex mendicum & meretricem esse in Israël, & tamen jubet mendico succurri, & vetat meretricium inferri in templum. Facit autem fraudem in verbo: *Esse in Israël.* Lex enim vult ne spurius, mendicus, meretrix sit de tribu seu populo Israëlitico, *ut patet Deuteronom.* 23. Inde tamen non sequitur, quod statim coactæ fuerint id genus personæ solum mutare, cum potuerint tolerari in terra, licet essent seclusa

24. *Ex lege Mosis.*

25. *Instantia Gentilis.*

26. *Item alia.*

seclusæ à communione populi. Quin etiam, cum aliunde munera mitti solerent, potuisset meretricium offerri à gentibus. Et mendicis propterea jubet lex succurri, ne sint mendici, sed honorificè sustententur.
27. Exceptiones cæteras, si profugerit adultera, si crimen non fuerit satis evidenter ad pœnam corporis infligendam probatum, si aliis exceptionibus pœna capitis elusa, legislator non debuit attendere. De profuga lex intelligi non potest, quia vult, ut libellus repudii porrigatur dimissæ in manum. Si de adulterio non constat ex evidentia probationum, ne quidem ad divortium procedendum. Romæ lex de adulteriis elusa non fuit, cum pœna capitalis illic nunquam ante Theodosium, ut creditur, & supra nobis definitum fuit, præfinita reperiatur. Athenis quoq; duæ diversæ leges non reperiuntur, cum capitalis pœna, quæ illic sancita di-
28. citur, non fuerit inflicta à magistratu, sed Zelo mariti ἐν ἔργῳ adulterum cum uxore deprehendentis, datum, ut impune habeat, si sic deprehensum hominem justa indignatione ad Manes misisset. Nihil igitur pro sua sententia ex veteri lege afferunt, qui divortia à Mose concessa ad sola adulteria coarctant.

Agitur de verbis Christi

Sed nec verba Christi illis suffragantur. Nam cum Pharisæi responso Christi opponerent libellum repudii à Mose concessum, tanquã contrarium verbis responsi, Christus ostendit discrimen inter suam sententiam, quæ revocat rem ad prima principia, & indulgentiam Mosis, quæ à primo principio quodammodo desciverat. Si jam Moses tantum concessit ob adulteria licentiam dimittendi, nihil differt à sententia Christi & parum apposite respondisset; *Ab initio non erat ita*. Nam si Christus nihil statuit difforme à prima conjugii institutione, nec Moses
29. statuisse culpandus est, cum utriusq; eadem sit sententia. Porro, quomodo fuerit ab initio, explicat Christus, in responso ipso, quod vid. vir & uxor separari non debeant, quia abierunt in unam carnem. Ea verò institutio & unio ipso jure cadit, per adulterium, quo carnium unio dissolvitur, & effectum suum perdit, & proinde Mosis lex, si intelligatur de causa adulterii tantum, non magis adversabitur primæ institutioni, quam nova Christi reformatio. Deniq; Mosis indulgentiam excusat Christus per invictam Judæorum duritiem. At quænam cordis duritiesaccusari possit in eo, qui nesciat ferre adulteram? Homicidam uxoris si quis jure persequatur, in opprobrium, puto, non cadit: Atqui gravius ferunt viri cordati uxoris stuprum, quam necem, *ait Hieron. in Amos* &

Salomon

Salomon implacabile Zelotypi viri odium depingit, *Prov. 6.* qui & stultitiæ & impietatis alligat adulteram retinentem, *Prov. c.* 18. imprimis, si illa sæpius ad vomitum redeat, nec seriò pœnitentiam agat. Nam tum saltem à marito non debere eam recipi, sancit Concilium Arelatense, *ubi gl.* 32. *q.*1. Idem elicitur ex dicto Christi. *Matth. 5.* Nam non tantum explicat legem Mosis, sed quædam etiam in foro conscientiæ secus, quam Politicus, disponit, ut de pœna talionis & odio inimici, quæ quidem in foro Politico, si absit injuria, tolerantur, sed in Christiano requirit Christus majorem perfectionem, quomodo se res quoque habet de divortiis, concessis à Mose, & propter dispensationem a Deo toleratis. Sed postquam eam Christus revocavit, & non excepit nisi casum adulterii, jam divortiorum licentia novo jure sublata est, & immeritò allegatur à quibusdam eadem ratio pertinaciæ, quasi eadem lex durare debeat, quam diu durat eadem ratio. Nam contra expressam legem Dei sufficiens nulla ratio allegari potest, ne dum, quæ ex pertinacia & propria turpitudine petitur. Non enim subditorum, sed regis est, rationem legi applicare. Christus verò pertinaciæ, quam ipsius adventus, exemplum & doctrina prorsus delere debuisset, in novo testamento frena amplius laxare noluit, & proinde intra præscripti eius cancellos nos continere cogimur, nec vel Judæorum, vel Romanorum vel aliarum gentium libidinosa divortia imitari.

30. *In novo testamento divortia esse inexcusabilia.*

De causis divortiorum in genere. SECT. 3.

1. *Charondæ & Mahometis lex quã facile divortia permiserit.*
2. *De lege Romuli, quot causas divortiis definiverit.*
3. *De lege 12. tabul. in hanc rem.*
4. *Primis quingentis annis repudium Romæ fuisse inauditum.*
5. *Cui computationi nihil obstat repudium P. Sempronij Sophi.*
6. *Distinctio quædam Alberici Gent. rejicitur.*
7. *Primus Carbilius Ruga dimisit uxorem.*
8. *Quem insecuta fuit divortiorum frequentia.*
9. *Eaq; levißimis de causis admissa.*
10. *Cui rei Impp. tandem remedium afferre coacti fuerunt.*
11. *Qui ab initio certis solemnitatib. divortia illigarunt.*
12. *Formulæ renunciationis apud Roman.*
13. *Apud Iudæos.*
14. *Duplex divortium cum bona gratia & ira.*
15. *An matrimonium solo conjugum dissensu*

dissensu solvi queat.

16. *Negatur multis argumentis.*

17. *Insolubilitas matrimonij non dependet à consensu contrahentium, sed autoritate conjunctionis divinæ.*

18. *Ne ipsos quidem Romanos divortia à se concessa probasse.*

19. *An Theodosius vel Iustinianus primus certis causis divortiorum licentiam circumscripserit.*

1. *Quam levi de causa Mariti & Turcæ dimiserint uxores*

CHarondæ lex dabat mulieribus facultatem quacunq; de causa à viris divertendi. Sed cũ ea mulieres passim abuterentur, & prout quamque impellebat dira libido, viros mutarent, quibus omne imperium simul è manibus excussum jacebat, unanimi Thuriorum consensu abrogata fuit. *Diod. Sic. lib. 12. biblioth.* Turcæ pluribus de causis, quas viris comminisci facile est, divortia faciunt. Mulieres ægrius à viris divertunt. In causis quibus id eis permissum, hæ continentur. Si mariti debitis eas alimentis fraudent: item si præter naturæ præscriptum (quod nefas Turcis familiare) eis abuti conentur. *Aug. Busbeq. Epist. 3.* Romulus vulgo scribitur ex quatuor causis viro dedisse potestatem ejiciendi uxorem, cum uxori nullam daret deserendi virum, nimirum ob veneficium, adulteriũ, clavium & partus suppositionem, in qua rem citatur vulgo illud Plauti *in Trucul. Quadrupus, venefica, suppostrix puerûm*, quod procul dubio spectat legem aliquam antiquam. Cæterum de suppositione partus, quam quidem capitalibus criminibus asscripsit Anton. Imp. *l. 1. ad l. Corn. de fals.* nullibi video *apud Halyc. aut Plutar.* mentionem fieri. Nec divortiũ sed licitam cædem sancitam in mulieres adulteras & vinum libentes, scribit Halycarn. Plutarchus, non quodvis veneficium nominat, sed quo Liberis paratum fuerit malum, nec puerorum, sed clavium ὑποβολὴν damnat, dum ait viro jus fuisse, γυναῖκα ἐκβάλλειν ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων, ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ, καὶ μοιχευθεῖσαν. Si quis vero præter has causas ejiceret, ejus bona consecrari voluit partim Cereri, partim uxori relictæ adjudicari.

2. *Lex Romuli.*

3. *Lex 12. tab.*

Lege quoq; 12. tab. cautum fuisse de divortiis, colligere est ex illa Ciceronis in Antonium criminatione, quando ait: *cum Volumniam Mimã res suas habere jussisse, ex duodecim tabulis claves ademisse, exegisse, hoc uno spectatum civem, quod cum Mima fecerit divortium.* Philipp. 2. Item ex verbis Caij, *ad l. Iul. de adult: Si ex lege repudium missum non sit, & idcirco mulier adhuc nupta videatur, tamen si quis eã uxorem duxerit, adulter non erit.* *Vide Hottom: part. 3. comm. ad 12. tab:* Et quanquam Romanis semper licita, ex aliqua saltem causa, fuerunt di-

discidia nuptiarum: tanta tamen apud eos extitit primis quingentis annis reverentia matrimonii, ut concessa licentia nemo uti deprehensus fuerit, *ut testantur Tertull. de Monog. & Apol. & Iun. in annot. Halycarn. lib. 2. Gell. lib. 4. c. 3. lib. 17. c. 21. Plut. in comp. Rom. & Thes. Item: Num. & Lycur. in probl. Rom. 14. Valer. lib. 2. c. 1. lib. 6. c. 3. Cal. Rhodig. lib. 28. lect. antiq. c. 16. Sabell. lib. 9. En. 4. Sigon. li. 1. antiq. Iur. civ. Rom. c. 9. in fin.* licet de tempore inter se unanimiter non conveniat. Nam Tertullianus per annos 600. *in Apol.* aut post annum 600. *de Monog.* nullum factum divortium testatur, cui subscribit Cujac. *1. obs. 39.* Gellius sibi ipsi non constat, dum *lib. 4. c. 3.* factum dicit anno V.C. 523. M. Attilio, P. Valerio Coss. *lib.* verò *17. c. 21.* retrahit in annum quingentesimum undevicesimum, & hujus relationi fidem habent pleriq; ICtorum, nisi quod Alber. Gentil. *lib. 6. de nupt. c. 8. ad fin.* ex levi quadam suspitione, omnes eos autores redarguat, P. Sempronii Sophi divortium, cujus testis est Valer. *lib. 6. c. 3.* ante annum quingentesimum factum conjiciens, quia is anno V.C. 485. sive ut Fasti Græci, Cuspinian. & Goltzius computant 486. Consul fuit. Quod si post Servilium uxorē dimisit, jam oportuit ipsum fuisse octuagenarium, quod verisimile non videtur. Si libidinis causa dimisisset, forte verisimile non esset, sed quia, quod ludos spectasset, repudiavit, nihil obstat, quò minus & hic Zelus potuerit cadere in senem, imprimis si uxor juvencula lascivias theatri spectatum temerè provolasset. Sed, si concesserimus hæc omnia, nihil certi assumit Gentilis, sed gratis sibi credi vult, Sempronium eundem fuisse consulem, quem scribit Valerius divortium fecisse cum uxore. Quid si alius quispiam extiterit ejusdem nominis? Ex gratuitis autem conjecturis, fas non est, quæ diu vera & ab omnibus recepta extiterunt, temerè convellere, & ut idē dicit alibi *ex Bald. 2. Cons. 112.* ***Rarò bene loquitur, qui contra omnes loquitur.*** Interpretationem enim de causa legis & extra legem, quam excogitavit Gentil. nec verba autorum, nec historiæ admittunt. Nam & ludorum spectatio extra leges erat, & tam Valerius, quam Plutarch. exemplū Sempronij inter ea, quæ singulari severitate celebria putabant, reponunt. Tertullianus etiam conceptis verbis dicit: *in Apol.* ***Per annos fere 600, nulla repudium domus sensit.*** Plutarch. *in probl.* adhuc apertius: ***Sulpitiū Gallū & Publ. Sempronium*** ait ***Corbilium secutos fuisse, & uxores ex diversis causis dimisisse.*** Idē colligitur ex verbis Gellii 4. c. 3. qui addit: ***tum demū necessariæ visas actiones uxorias,*** quib. ante quoq; opus fuisset, si ante mulier divertisset.

4. *Primis 500. annis nulla domus repudium sensit Romæ.*

5. *P. Sempronii Sophi repudium quo tempore factum.*

6. *Interpretatio Alber. Gentil. rejicitur.*

8. *Quo tempore cœperint divortia Romæ increbescere.*

Postquam autem via facta fuit à Spur. Carbilio, aut Carvilio Ruga, ut eum appellat Gellius, seu Spur. Corbilio, ut Plutarchus, quem alii Servilium, alii Corvinum, alii aliter appellant, & uxorem, sive jussu censorum, *ut Halycarn. notat.* sive, *ut Gellius*, de amicorum sententia, postquā apud censores juraverat, se uxorem liberorum quærendorum gratia ductarum, impunè dimisit, magno impetu secuti sunt, qui vel odiosas & graves domi uxores habebant, vel novis se implicatos amoribus cupiebant, adeò ut Satyricorum irrisionibus passim crebra divortia excipiantur, ut *apud Iuven. Sic fiunt octo mariti Quinq; per autumnos.* & *apud Martial. lib. 8.*

Julia lex populis ex quo, Faustine, renata est,
Atq; intrare domos jussa pudicitia,
Aut minus, aut certè plus quam vicesima lux est,
Et nubit decimo jam Thelesina viro.

Seneca non veritus fuit suæ ætati testimonium ferre *libr. 3. benef. cap. 16. Nunquid jam ulla repudio erubescit, postquam illustres quædam ac nobiles fœminæ, non consulum numero, sed maritorum, annos suos computant, & exeunt matrimonij causa, nubunt repudij? Tam diu istuc timebatur, quamdiu rarum erat. Quia verò nulla sine divortio acta sunt, quod sæpe audiebant, facere didicerunt.* Exemplum præbet Octavius Sagitta trib. pl. Pontiæ mulieris nuptæ amore vecors, quam cum ad adulterium ingentibus donis pellicere non posset, tandem, ut omitteret maritum emercatus est, suum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus. Quamvis mulier ubi vacua fuit, reperta spe ditioris conjugii, promissa exuit, & Octavio eadem temeritate repudium remisit, qua divortium fecerat cum marito, ut scribit Tacit. *in hist. Neron.* Juvenalis ad repudium mittendum suffecisse annuit, si mulier gravis cœperit esse marito, aut nares habuerit minus siccas. *Sat. 6.*

Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi,
Jam gravis es nobis: sicco venit altera naso.

Sulpitius enim Gallus uxori nuntium remisit, quod veste de capite deducta foris se conspiciendam præbuisset, Sempronius, quod ludos spectasset se ignorante, *Plut. in probl. Rom. 14. Val. 6. c. 3.* Antistius, quod cum libertina vulgari confabulata familiariter fuisset. *Valer. d. c. 3.* Lucullus ob suspitionem impudicitiæ abdicavit Clodiam, *Plut. in Luc.* Sylla Cæciliam ob

ob prætextum sterilitatis. *Plut. in Syll.* Paulus Æmylius, ne causam quidem repudii reddere cognatis ejectæ uxoris voluit: Tantum calceum ostendit novum & benè, ut videbatur, pedi aptum, sed quem tamen ea parte se premere dicebat, quà minime putaretur. *Plut. in Æmyl.* Julius Cæsar suspectam saltem adulterii Pompejam, antequam convinci posset, dimisit, dicens: *suam domum etiam suspitione carere debere*. *Sueton. in Cæs.* Quid habuit Augustus prætexendum contra Scriboniam, nisi quod, ut ipse scribit, *pertæsus esset morum ejus perversitatem*? quid contra Claudiam, nisi quod sibi & socrui Fulviæ per omnia non conveniret. *Suet. in Aug. c. 62.* Quid potuit Claudius Æmiliæ Lepidæ sponsæ vitio vertere, præter offensiunculas paternas, quid Plantiæ Urgulanillæ uxori? *Sueton. in Claud. c. 26.* Quid Nero Octaviæ, nisi quod conversatione ejus non delectaretur, quam tandem, quod coacta abstinentia sterilis esset, repudiavit. *Sueton. in Ner. c. 28.* Caligula multis mulieribus libertum misit invitis, cum viri domo abessent, ut iis liberius potiri posset. *Sueton. in Cajo.* 9. *Quam levide causa concesse*

Eo igitur cum jam ventum esset, ut nulla pene matrimonia, quæ individua vitæ consuetudine definiuntur, remanerent, coacti fuerunt Imperatores divortiis modum ponere, quod Augustum & Tiberium quidem tentasse testatur Sueton. sed quantum profecerint non subjicit, nisi fortasse solemnitates hinc introduci ceperunt, ut nisi septem civibus Rom. puberibus & per libertum repudium non daretur, *l. nullum de divort.* cujus jam mentionem fecit Iuven. dum ait: *Collige sarcinulas, dicet libertus & exi.* 10. *Cui rei Impp. modum ponere aggressi sunt.*

Unde simul colligitur formula renuntiationis, cui consonat illa Petronii *in Sat. Res tuas ocyus tolle*, & Caij *l. 2. de divort. Tuas res tibi agito, tuas res tibi habeto*, cum in sponsalibus dicere solerent: *conditione tua non utor*, in quam sententiam plura congessit Alexandr. ab Alex. *lib. 4. c. 8.* Forner. *ad l. 101. §. 1. de V. Sign.* Prolixius aliquantulum Judæi, qui & hoc addebant, *se ex animo & citra coactionem dimittere uxorem, concessa eidem facultate renubendi, cui voluerit*, *Iohan. Gerson. in doctr. Iud. Ioach. Steph. libr. 1. de jurisd. c. 7. n. 61. 62. Osiandr. in Annot. ad harmon. Evang. lib 3. c. 23. Connan. lib. 8. comm. c. 12. n. ult. Cypræ. c. 13. de sponsal. §. 5. Bodin. 1. de Republ. c. 3.* 11. *Formula divortiorum.* 12. *Roman.* 13. *Judæor.*

Duplicia autem divortia notat Ulpianus. *in l. cum hic status. § cum divortium. de don. inter vir & ux.* Pleriq; enim cum bona gratia discedunt: 14. *Duplex divortium.*

plerique; cum ira animi sui & offensa, quanquam Tertull. *in lib. de Monog.* *Repudium* dicat *aut discordia fieri, aut discordiam facere.* Cum bona gratia discedebant, qui utrinq; in divortium consentiebant, sive causam aliquam rationabilem, & nonnunquam etiam necessariam, ut ex militia ostendit Scip. Gentil. *lib. 3. de donat. inter vir. & ux. c. 18.* sive nullam aliam, præter liberam voluntatem, haberent. Tertullian: *de monog.* vocat *amicabilem separationem,* & Ambros. *lib. 2. de Abrah. c. 6. dimissionem cum bona venia.* Putabant enim nil tam naturale esse, quam eo genere quidquam dissolvi, quo colligatum est, *l. nihil tam natur. l. omnia. l. ferè quibuscunq;. de R. I. l. quamvis saltus. de acquir. poss.* ideoq; nudi consensus obligationem, contrario consensu, *ut ait Vlpian. in d. l. nihil tam.* seu, *ut Pom-*
15. *An solo dissensu solvi possit matrimonium.*
pon. l. prout in fin. de solut. dissensu contrario tolli, *§. fin. Inst. Quib. mod. toll. oblig.* quod ad emtionem & venditionem trahit Paul. *l. 3. de rescind. vend.* & non incommodè videtur accommodandum ad nuptias, quas solo consensu contrahi supra diximus. Accedit, quod conjugium sit societas quædam: Societates autem intercidant, intercidente voluntate. *l. verum est. 63. §. ult. pro Socio.*

16. *Quod negatur.*

Cæterum leviores sunt hæ rationes, quam ut fulciendæ divortiorum iniquitati esse queant. Nam Paulus ipse emtionis & venditionis per mutuum consensum dissolutionem limitat ad eum articulum, *Antequam fuerit res secuta.* Postquam enim res non est amplius integra, solo consensu dirimi nequit, quod per traditionem realem validatum fuit & consummatum. Postquam enim vir & uxor in unam carnem abierunt, etiamsi voluntates de novo dissiliant: corporum tamen commixtionem extergere, aut infectam facere nequeunt. Tum etiam nati sunt liberi, quorum favor impetrat, difficiliorem debere esse matrimonii solutionem. *l. 8. C. de repud. l. 1. sol. matr.* Et regulare est apud Canonistas: *Spiritualia facilius constitui, quam solvi. c. 2. de transla. Episc.*
17. *Ad vinculum conjugii accedit autoritas divina.*
Nam si conjugii copulam Christianis oculis intueri velimus, non subsistit ex solo consensu contrahentium, sed ex autoritate eius, qui per Adamum dixit: *Derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, Et erunt in carnem unam,* *Gen. 2.* unde regulam hanc extrahit Christus: *Matth. 19.* *Quod Deus conjunxit, homo non separet,* & Paulus ex ejusdem ore derivat repetitum præceptum: *Iis, qui matrimonio iuncti sunt, denuncio non ego, sed Dominus: Uxor à viro ne discedito, &c. 1. Cor. 7.* Ipsos etiam Romanos concessisse quidem, sed non

pro-

probasse divortia ex eo patet, quod Tacit. scriptum reliquit, *lib. 2. Annal. in fi. cum Fonteius Agrippa & Domitius Pollio filias Vestæ offerrent initiandas, prælatã fuisse Pollionis filiam, non ob aliud, quam quod mater ejus in eodem conjugio manebat.* Hæc cum considerarent Christiani Impp. ceperunt de remedio cogitare, & ad imitationem legis Romuli, & 12. tab. causis quibusdam certis circumscripserunt effusam dissidiorum licentiam, de qua re primam constitutionem debemus Theodosio, *l. 9. C. de repud.* licet ejus correctionem sibi primo tribuat Justinianus, *Novell. 117. ut lic. matr. & aviæ. §. quia verò ex consens. l. ult. C. de repud.* quod se sæpe miratum dicit Beza, *de repud. pag. 222.* quare sc. alienam laudem sibi asscripserit Justinianus, cum tamen restaurator sæpe auferat nomen & dignitatem autoris. *l. 2. de orig. Iur.* Non enim interciderat tantum constitutio Theodosii, sed contraria lege abrogata fuerat ab Anastasio, *l. constante. C. de repud.* imò ab ipso Justiniano, *Nov. 22.* adeò, ut *in d. Nov. 117.* non tantum alioru͂, sed & sui ipsius leges corrigat, gravibus verbis, & validis rationibus, cui idcirco, tanquam juri novissimo standum putamus potius, quam ratiunculis *Novell. 140.* ubi contrarium statuitur. Ná, præterquam quod vanis instrepat rationibus, quod adversetur conjunctioni & auctoritati divinæ, quod odiosæ & iniquæ conjugiorum diremtioni faveat, etiam non tam Justiniano, quam Justino II. asscribi solet, & proinde ex præscripto sacrarum literarum divortia ex mutuo consensu, *cum Nov. 117.* prorsus tollenda censemus. Quod autem Justinianus illic statim excipit votum castitatis, de eo vidimus supra. Causas verò ex quibus Theodosius & Justinianus divortia permiserunt, ad examen oportet, ut revocemus.

19. An Theodos. vel Justinia. primus divortia certis causis circumscripserit.

De primis duabus divortiorum causis, Adulterio & desertione malitiosa.

Sect. 4.

1. *De adulterio remittitur lector ad superius disputata.*
2. *Paulus 1. Cor. 7. adulterio addit desertionem malitiosam.*
3. *Nec tamen contrarius est Christo, quia de diversa quæstione agit.*
4. *Bellarmini falsa distinctio inter conjugia fidelium & infidelium.*
5. *Quæ repugnat verbis Apostoli Pauli 1. Cor. 7.*
6. *Ubi non tam consilium proponitur, quam præceptum datur.*
7. *Bellarminus facit Apostolum contrarium Christo.*
8. *Effugium aliud Bellarmini.*

9. Resp.

9. Rejicitur.
10. Conjugium non est Sacramentum.
11. Etiamsi Paulus non dedisset nisi consilium, tamen contra consilium agendum non esset.
12. Explicatur ratio consilij Paulini.

1. *De adulterio actum supra.* DUæ enim tantum à sacris literis permissæ reperiuntur, Adulterium, & Desertio, de quorum primo cum abundè supra, *c.5.sect.7. & 8.* disputatum sit ex verbis Christi *Matth. 5. & 19.* quibus ferè solum dicitur causam divortiis summis præbere, cramben eandem hic recoquere operæ pretium non judicamus, sed progredimur ad desertionem, quam subjecit Paulus, *1.Cor.7.* nec in eo contrarium quid statuit sententiæ Christi. 2. *Desertio adjicitur à Paulo.* Cum enim Pharisæi quærerent, an ex ulla causa liceat cuiquam dimittere uxorem, respondet Christus, quod ex nulla, nisi ob adulterium, adeoque non agnoscit aliam divortiorum causam præter adulterium, cui non refragatur Apostolus, quia non agit de eadem quæstione, scilicet de causis divortiorum, sed præsupposito illegitimo infidelis divortio, consilium suppeditat, quomodo conscientiæ fidelis prospiciendum sit, adeoque non introducit novam causam divortiorum, sed postquam factum est illicitum divortium ab Infideli, censet innocenter propter fidem patientem non esse sub injusta servitute cum injuria detinendum. 3. *Nec tamen contrarium quid statuit Christo.* Manet igitur rata dispositio Christi: Solum adulterium dissolvere matrimonium: & desertionem non liberare deserentem à peccato nec à vinculo conjugii, quia non discessit jure, sed de facto interim tamen innocentiæ & conscientiæ partis desertæ ab Apostolo novo præcepto consulitur, ne sit jugo infidelis præter meritum subjecta, sed liberam recipiat potestatem renubendi in Domino.

4. *Falsa distinctio Bellarmini.* Bellarminus *de matrim. c.12.* affert aliam distinctionem, falsam & à mente Apostoli prorsus alienam, dum distinguit inter conjugia fidelium & Infidelium. Hæc enim, salva conscientia dirimi quoad vinculum, quia carent Sacramento: Sacramenti enim characterem facere, ut conjugia ante mortem sint insolubilia, & hinc pergit depravare textum Apostoli, quod, quia consilium dederit & non præceptum, liceat fideli etiam dimittere uxorem infidelem, etiamsi cohabitare velit, sed tum maxime, si cohabitare renuat. Rectè dixit Augustinus, frontem hæreticorũ, 5. *Repugnat verbis Apostoli.* non esse frontem. *lib. 4. in Iul.c.8.* Quis enim crederet, (nosti tua verba Bellarmine) hominem, qui ullo pudore teneretur, tam impudenter potuisse depravare verba & sententiam Apostoli, Apostolus ait, *Si quis fratrum*

fratrum infidelem habet uxorem, consentiat habitare cum illo, ne dimittat eam & mulier ne discedat, &c. Bellarminus vero: *Si quis infidelem habet uxorem, etiamsi consentiat habitare cum illo tamen fas est, ut eam dimittat.* Paulus enim præceptum non dedit, sed consilium, idq; ex sententia Augustini 1. *de adult. conjug. c. 2. & 3.* & à consilio fas est desciscere. At unde scis de consilio? quia Paulus inquit, dicit Aug. *Ego dico, non Dominus:* quasi non & Apostolus præceptū dare potuerit, nactus scientiam & facultatem in tertio cœlo, 2. *Corinth.* 12. quique manifesto confitetur, à Domino, se accepisse, quæ tradiderit. 1. *Corin.* 11. Non potuit Apostolus vel consilium vel præceptum dare contra dispositionem Christi, ut confitetur Bellarm. *c. 14. ad object. 1. c. 16. ad obj. 4.* cum nec Angelo credendum sit, si novum afferat Evangelium. 2. *Ioh. c. un.* Si verò ob infidelitatem licet disturbare vinculum matrimonii, redarguuntur verba Christi, paulò ante ab Apostolo præmissa: *Vir non dimittat, mulier non discedat, nisi ex causa fornicationis.* Iam enim licet etiā discedere ex causa infidelitatis. Non potest igitur Pauli sive consilium sive præceptum aliter stare, quam si intelligatur de ratione, qua consulendum sit conscientiæ personæ injustè desertæ. Nam ea concessione non derogat sententiæ Christi, nec introducit novum divortium contra expressum Christi mandatum.

6. *Quæ non sit consiliū continent, quam præceptum.*

7. *Bellar: Apostolum facit contrarium Christo.*

Sed effugium hic aliud in parato habet Bellarm. Christum loqui de matrimonio inter fideles, Paulū de matrimonio contracto inter infideles, & id constare putat ex verbo: *Cæteris.* Cæteri igitur apud Paulum nota sunt & nomen infidelium, quasi non in eodem §. consilium totum dirigatur ad fideles. Sed, inquit, Bellarm. qui infideles erant eo momento, quæ conjugiū inibant, ut ita matrimoniū ipsorum caruerit sacramento. Quæso te, ex qua saltem suspicione, ne de verisimili conjectura loquar, id elicis? Paulus in genere dicit: *Si quis habet uxorem infidelem*, nec excipit, utrum maritus fidelis fuerit, vel infidelis, cum eam duceret. Qua igitur audacia tu excipis, ubi lex non excipit? Nam figmentum illud heri hodieq; cusi Sacramenti, tanti momenti non est, ut in tam absonam interpretationem verba Apostoli trahere debeat. Quia nec Sacramentum est conjugium, ut Theologi docent, cum non omne mysterium vim sacramenti habeat, & Paulus *ad Ephes.* 5. cū dixisset: *Hoc est mysterium magnum*, statim illud transfert ad conjugium Christi & Ecclesiæ, inquiens: *Loquor autem de Christo & Ecclesia*,

8. *Aliud effugium Bellar.*

9. *Rejicitur.*

10. *Conjugiū non est Sacramentum.*

nec si Sacramentum esset, vinculum aliquod firmitatis circumponeret conjugatis, quia aliam rationem indissolubilitatis reddidit Christus, nexum vid. divinum, ex quo sic argumentor: Conjugium est indissolubile; quia non licet separare homini, quod Deus conjunxit in carnem unam. Atqui Deus conjunxit etiam eos, quorum matrimonia non habent secundum Bellarmin. rationem Sacramenti. Ergo & illi indissolubiliter junguntur, & ratio vinculi aliunde, quam à Sacramento derivanda est. Præterea cum ratio hæc ex jure naturæ prodeat, quod scilicet conjuges abeant in unam carnem, infidelium quoq; conjugia debent esse insolubilia. Unde Christus, non solis fidelibus, sed & Pharisæis rogantibus & reliquæ Iudæorum turbæ, hanc ex primævo conjugii jure deductam rationem proponit, & divortiis, nisi ob fornicationem, qua unio vicissim solvitur, prorsus interdicit. Cur igitur fingit Bellarm. solis fidelibus datum præceptum à Christo, cum Christus idem dederit Pharisæis tentantibus & toti Iudæorum cohorti, qui procul dubio non omnes erant ad fidem conversi.

11. Sed etiamsi concedamus Bellarmino. *d.c.12. Johan: Arbor. li.6. Theos. c.10. Domin. de Sot. 4. sent. dist. 39. q. un. art. 3. & 4. Sylve. tr. in verb. matrim. Imped. 10. Covarr. part. 2. de matr. c.6. §. ult. n. 2 c.7. §. 4. n. 8. 9.* Paulum dedisse consilium & non præceptum: Sapientiorem oportet Paulo esse, qui contrarium inire velit consilium, ut facit Bellarm. Consilium enim Pauli non potest esse nisi honestum & utile Ecclesiæ. Qui igitur consilium infert contrarium, is necessariò non suadebit honesta, nec quæ sunt è re Ecclesiæ. Imò, quæ sunt honestatis & vergunt ad utilitatem Ecclesiæ, sive suadeantur, sive imperentur, Christiano & pio homini semper sunt necessaria, idq; de præcepto ejusdem Apostoli: *ad Philipp. 2. Quæcunq; vera, quæcunq; honesta, quæcunq; justa, hæc facite, & 1. Cor. 14 Omnia facite ad ædificationē.* Nemini igitur salva conscientia licet à consilio Pauli deficere, quia armatum est autoritate divina, *Matth. 19.* & deductum ex primævo jure conjugii, *Gen. 2.* quia honestum & commodum Reipubl. Christianæ, in quæ omnia peccat Bellarm. quando infidelium conjugia propterea dirimit, quia carent Sacramento. Et ut futilitas hujus rationis evidentius sese prodat, confer eam; cum ratione ipsius Apostoli, qui tum demum dissilire vinculum conjugii permittit, ex

12. *Ratio consilii Paulini.* parte fidelis deserti, quando infidelis discessit, quia tum frater vel soror non debet detrudi sub jugum injustum præter suam culpam. Hæc ratio

non

non facit jus novarum nuptiarum parti fideli, nisi quando perfidè deseritur ab Infideli, & proinde, qui ante desertionem, Infidelium conjugia passim distrahi posse censent, aut fidelem non patiuntur consistere cum Infideli in iisdem nuptiis, dedita opera impugnant sententiam Apostoli, qui fidelem à jugo nuptiali non liberat, nisi, ne conscientiam ejus captivam detineat propter injuriam infidelis desertoris.

Utrum Matrimonium inter fidelem & infidelem contrahi & ratum esse possit.

SECT. 5.

1. *Si vetita sunt hæc matrimonia sacris literis, non potest Papa de ijs dispensare.*
2. *Verba Apostoli falsò traduci à Bellarmin. quasi non sint divina.*
3. *Ecclesiæ non licet contra primam conjugij institutionem disponere.*
4. *Ex assertionibus Bellarmini ostenditur, quod Ecclesia nequeat conjugijs fidelium, cum Infidelibus connivere.*
5. *Nuptias imparis cultus severè esse in Ecclesia & Republic. prohibendas.*
6. *Quia displicent Deo.*
7. *Et repugnant præscripto sacrarum literarum.*
8. *Ponunt q; fidelem sub maledictione, propter conniventiam.*
9. *Argumentis alijs reprobantur conjugia cum infidelibus.*
10. *Non esse inter licita fœdera cum Paganis & Infidelibus.*
11. *Sed ex fœderum indulgentia non esse procedendum ad conjugale pactum.*
12. *Quam severiter prohibita fuerit Iudæis commixtio cum Incircumcisis.*
13. *Disquiritur an ea lex obliget Christianos.*
14. *Examinantur argumenta aliorum ex 2.Cor.6.1.Cor.6.*
15. *Et refutantur.*
16. *Retorquentur in ipsos autores.*
17. *Opinio eorum, qui conjugium cum Infidelibus initum ipso jure irritum pronuntiant.*
18. *Nuptijs cum infidelibus initis deesse necessariò benedictionem.*
19. *Et preces.*
20. *Religionum diversitatem dirimere ipsum vinculum conjugij.*
21. *Quid intelligatur per Divini & humani juris communicationem in definitione nuptiar.*
22. *Qua ratione ex viro & uxore fiat unum.*
23. *Quot lites in conjugium invehat religionum diversitas.*
24. *Odium superstitionis penetrare in personas ipsas.*
25. *Id quod exemplis demonstratur.*

1. *Prima Bellarmini contradictio*

EX qua sententiæ Apostolicæ explicatione, eâdem operâ deducenda est, decisio illius quæstionis: Utrum licitũ ratumq; sit matrimonium inter fidelem & infidelem initum, de qua sibi non constat Bellarm. sed apertæ contradictioni suas ipsius propositiones involvit. *c. 23. de Matrim.* Nam, si non licet fidelibus cum infidelibus aut etiam hæreticis matrimonia jungere, ex præscripto sacrarum literarum, *Deut. 7. 3. Reg. 11. 1. Cor. 7. 2. Cor. 6.* ut probat *in prop. 1.* qui potest pontifex autoritatē sibi sumere dispensandi cum fideli, ut cum infideli matrimonium contrahat, quod probat *in prop. 4.* Nec enim Apostolorum & Conciliorum præcepta abrogare potest Pontifex, ut idem *ibid.* non absq; specie blasphemiæ

sphemiæ dicit: *Præceptum Apostoli Pauli, ut nubatur in Domino, & non ducatur jugum cum Infidelibus, esse positivum, humanum & proinde ab Apostolorum successore, cessante periculo, & justa causa id postulante, abrogari posse.* Major igitur est Pontificis autoritas, quã Apostoli, quia par in parem non habet imperium: & verba Pauli jam non sunt verba Dei, sed hominis, licet ille se Spiritum quoq; habere, ex quo loquatur, licet à Domino se accepisse, & in tertio cœlo verba audivisse ineffabilia protestetur. Aut quænam tam ardua obduci potest ratio, quæ cogat verbo Dei obrogare, & per dispensationem facere, ne nubatur in Domino, & ut ducatur jugum cum infidelibus. Facit igitur Pōtifex, ut nubatur in Diabolo, sicut ratiocinatur Tertul. *in li. de cor. milit:* *Sancta matrimonia copulare Deum, reliqua Diabolum: Mulierem infideli nuptam esse costam Diaboli, non Dei* &c. Præterea si conjugia fidelis cum infideli, non sunt irrita ex jure ullo, divino, naturali vel positivo, ut ostendit *prop. 2.* & per Cons. ratitudinem suam habent ex institutione primi conjugii, qua autoritate potuerunt ab illa, quam jactat, Ecclesia, contra omne jus & rationem irrita pronuntiari, & temere divelli? Deniq; si ex eo, quod vitandi sint hæretici, *2. Cor. 6. ad Tit. 3.* rectè inferre potuit Bellarmin. *lib. 5. de Rom. Pont. c. 7. & c. 8. contr. Barcl. de pot. Pont.* excutiendum esse degenerem & improbum principem, cui jus naturæ & Deus nos obligaverit, quid causæ cur non eorundem præceptorum vis extendatur ad obligationem matrimonialem, si alter sit hæreticus aut Infidelis, eamq; irritam reddat & inutilem, quemadmodum scribere non erubuit Bellarm. de obligatione principis & subditorum. Missis verò nugis & contradictionibus Bellarmini, quas ille flocci non facit, dummodo fortiter contradicat hæreticis, ad rem ipsam tendimus, ubi varias tam Pontificiorum quam nostrorum opiniones deprehendimus, de quibus, ut quid nobis videatur, ordine proponamus, illud ante omnia, quod omnium opinionibus commune est, præsupponimus, nuptias, quos vocant, imparis cultus in Republ. non esse tolerandas, sed severè prohibendas, tum quia Deo displiceāt, tum quia evertunt universum jus & naturam nuptiarum, tum quia periculo exponunt partem fidelem, tum quia ob lites necessarias in infelicem plerunque desinunt eventum.

Quin Deo displiceant, dubium non est, & id copiosè, & durius, quam par est, & fortasse admitti possit, disputant Tertull. *lib. 2. ad ux. &* de

2. Ejusdem blasphemia.

3. Secunda contradict. Bell.

4. Tertia contradict. ...

5. Nuptias imparis cultus esse severè prohibendas ob 4. causas.

6. Quia displicent Deo.

de cor. Milit. Cyprian. *in serm. de lapſ.* quem citat Auguſt. *de fid. & oper. c.* 19. Ambroſ. *Ep.70. & 1.de Patr. Abr.c.9.* Hieron. 1. *contr. Iovin.* Impoſſibile enim eſt, ut ſine fide Deo quicquam placeat. Ex fide verò non agit, qui ſacrorum & profanorum individuam ſociam ſibi juncturus, cum piarum copiam ante pedes & oculos habeat, inſano amore provolat ad

7. *Repugnant ſacris literis.* impiam, Deoq; inviſam perſonam. Inconſulto errore & præcipiti affectu eum agi, nec admodum ſtabili in religione propoſito confirmatum eſſe oportet, qui amorem ſuum præfert timori Dei & pietati. Vult Apoſtolus, ut non nubatur niſi in Domino 1. *Cor.7.* Qui verò in Domino nubet, qui ipſum Dominum nubendo contemnit, ad hoſtes eius ſe recipiens? quem in ſenſum Hier. 2. *in Iov.* Tert. 2. *ad Vx.* Ambr. *Ep.70.* verba generalia Apoſtoli rectè interpretantur, quia genus comprehendit ſpeciem, & Dominus non tantum vult, ut Chriſtianus maneat, qui coniugium init, ut alicubi exponi poſſe notat Auguſt. 1. *adult. conj. c. 25.* ſed in omnibus actibus & per omnia conformem ſe gerat præſcriptis religionis Chriſtianæ, quæ requirit non tantum, ut parentibus ſuis deferatur honos, ut publicè & coram facie Eccleſiæ deſponſatio fiat, ſed etiam, ut

8. *Qui infidel. ducit, conniver Idololatriæ.* commercium illud Sanctum ineatur cum honeſta, & pia perſona. Si enim rectè raciocinatur Hieron. *in c.19. Matt.* Virum, qui adulteram retinet, fore ſub maledicto cum ipſa, quod tum demum recipiunt Theologi, ſi peccato conniveat, nos pari modo concludemus, qui maledictam ducit, & hoc facto tacitè mores probat, non minus ſub anathemate eſſe, quam illum, qui fovet adulteram. Tertull. 2. *ad uxor.* accommodat huc Romanorum legem, qua mulier ſervo conſueſcens recide-

9. *Alia argum.* bat in poteſtatem Domini, cui ſervus vivebat obnoxius: Ita veriſimile eſt, caſuram in caſſes Diaboli mulierem, quæ abducitur in thalamum impii mariti. Quin etiam ſervis diſtribuebantur uxores ex arbitrio Dominorum: An verò perſuadere ſibi quiſquam poteſt, Domino ſuo placituram conditionem quæſitam apud hoſtes?

10. *Deum ferrè fœdera cum infidelibus inire.* Illud quidem Martyris 1 *Reg. c.3.* & Alber. Gentil. 2. *de nupt. c.19.* argumentum in hoc negotio non probò, quod cum Deus non ferat fœdus ſingulare percuſſum cum hominibus impiis, multò minus ferre velle præſumatur fœdus conjugale, quia contra hanc opinionem jam alibi in *tract. de bell cauſ. L.* diſputavimus, cum Abraham, David, Salomon, Joſaphat, *Gen.14. 1. Reg. 5. & 22.* licita fœdera cum alienigenis Idolatris inie-

runt

sint: sed etsi probentur fœdera, sine quibus Respubl. stare non possent: tamen propterea non probantur conjugia, quia in conjugiis intimior nexus est, certius periculum, ob quotidianam conversationem & impensiorem amorem, & conjuges ex lege & fine conjugii obligantur sibi mutuas ferre operas, quod in Josaphato improbat Jehu sc: *quod opem tulerit impio, & amaverit, qui oderunt Deum. 2. Paral. 19.* Adde, quod fœdera temerè & non ex necessitate cum idolatris contracta vitio non carerent. Temerè autem ineuntur omnia conjugia cum Ethnicis & Infidelibus, cum liceat ubivis ducere, cum qua in religione tibi conveniat, ut Samsonem ad Philistinæ nuptias properantem admonebant parentes. *Iud. c. 14.* Proinde licet fœdus Iosaphati & Achabi propriè non damnetur, damnatur tamen domestica familiaritas & qui hinc natus erat, amor propensior, quam erga impios fas erat, *2. Paral. 19. in pr. & 20 in fin.* unde tot mala postea prodierunt in Iuda, quod Ioramus Achabi filiam Athaliam, Ochoziæ sororem duxisset uxorem, de consilio & suasu patris Iosaphati. *2. Par. 18. & 20.* Voluerat enim Deus abominabiles esse Iudæis commixtiones cum Gentilibus & Idolorum cultoribus, præsertim, cum septem populis, *Exod. 34. & Deut. 7.* & duobus aliis *Deut. 23.* enarratis, incolis illius provinciæ, quam Deus traditurus erat populo suo. 11. *Sed improbantur conjugia cum infidelibus.*

Sed quia lex hæc pertinebat ad solos Hebræos, ut ex ea jure reprehenditur Salomon *1. Reg. cap. 11.* & Iosaphat, *2. Paral. 18. 19. 20.* & Esdra contra ejus vetitum contracta conjugia dirimit *cap. 9. & 10.* ita præter intentionem legislatoris trahitur ultra fines Reipublic. Hebrææ, quia una causa assignatur particularis, ad solos Iudæos spectans, *Deuteronom. 23.* ex qua Edomitis & AEgyptiis locus fit, licet essent de numero Gentilium: Altera, licet sit generalis, tamen legem non parit generalem, quia ratio legis sæpe latius patet ipsa lege, & cum odiosa non sint amplianda, sed restringenda, extendi non potest ultra populos nominatim expressos. Alias enim & alteram partem ejusdem legis, ex eadem ratione reducere tenemur, ut videlicet nulli hostium parcamus, sed funditus omnia, homines ferro, urbes incendio absumamus, quia *Exod. tricesimoquarto*, generalis ratio additur, ne ad cultum Deorum suorum illiciant. Constat autem, quam mobiliores ad mutandam religionem extiterint 12. *Imprimis in Rep. Judæa.* 13. *An etiam in novo testam.*

extiterint Judæi, quam nunc sint Christiani. Ideo occasiones ad repetendam Idololatriam pressius cavere & diligentius circumcidere voluit Deus, quam nunc sit fortasse necessarium.

14. *Examinantur argumenta aliorum.* Afferunt præterea Bellarm. *d.c.23.* Cathar. *lib.5.contr.Cajet.c.de Matrim.* & quicunq; illicitam negant esse societatem fidelium cum infidelibus, dictum Apostoli. 2. *Corinth.6. Nolite jugū ducere cum infidelibus*, quo etiam inconsideratè utitur Covarr. *part. 2. de Matrim. c. 6. §. 11. n. 4* quando prohibitionē conjugii in dispari cultu juris statuit humani tantum, non divini nec naturalis & tamen eam probat ex jure divino, 2. *Cor. 6. 1. Cor. 6.* Bellarmin: etiam Augustinum hinc refutat, qui *lib.1. ad Pollent. c.25. & lib de fid. & oper. c.19.* in scripturis novi testamenti negat se reperire certum de hac prohibitione testimonium. 15. Certè ad prohibenda matrimonia dictum Apostoli trahi directè non potest, quia non prohibet conversationem aliquam Politicam, sed communionem vitæ pravæ & morum, quod indicat oppositio justitiæ & injustitiæ, lucis & tenebrarum, Christi & Belial, &c. Nam alias prohiberet Apostolus etiam commercia, fœdera & politicos contractus quoscunq; cum infidelibus, quibus tamen licitè usi sunt Abraham, David, Salomon. Improbè quoq; & contra præceptum suum fecisset Paulus, quod jugo Cæsaris se subjecisset, & jussisset suos pro ejus salute orare: improbè fecissent omes Christiani, qui vel in aulis, vel militia, Imperatorum, & Reipubl. gentilis saluti & propagationi studuerunt, si statim exeundum præcepisset Apostolus ab omni conversatione gentili? Quin etiam Jacob fratrē suum Esau non debuisset complecti ut fratrem, *Gen. 33.* nec David sollicitum se habere de puero Absalone, tanquam de filio, *2. Sam. 18.* postquam cujusvis Infidelis impietatem, parricidialibus plurimis sceleribus supergressus erat, si cum quibusvis impiis statim sit divortium faciendum. 16. Accedit, quod hæc interpretatio Apostoli Pauli destruat alteram partem sententiæ, ad cujus confirmationem adducitur. Statuunt enim conjugia imparis cultus esse quidem illicita, sed non tamen irrita ex jure divino, *ut constat ex Lomb. 4. sent. dist. 39. ubi Thom. Scot. Palud. Braß. Soto. item ex 28. q. 1. c. 1. de sponsal.* licet ex praxi & consuetudine Ecclesiæ dirimantur, quæ sit loco legis. 17. *Conjugium cum Infidelibus ipso jure esse irritum.* Nam Paulus addit: *Propterea exite de medio eorum & separamini.* Separari nequeunt, qui non fuerunt conjuncti. Si jam præceptum hoc extenditur usq; ad conjuges, ii quoq; jubentur divortium facere, & ita matrimonium cum Infidelibus contractum ex præcepto

Apostoli

Apostoli & jure divino erit irritum, quod Brassol. *in d.29. q.un.art.3.* confitetur, ut & Alber. Gent. *lib.2. de nupt.c.19.* Mart. *class.1. loc.com.t.de nupt.* quæ est etiam communis sententia patrum superius adductorum, ut paulò post disputabimus. Nunc enim id tantum propositum est nobis deducere, quantopere & quibus ex causis connubia ob disparem cultum displiceant Deo, & quousque improbentur à sacris literis.

18. *Nuptijs Infidel deest benedictio.*

Ambros. *in Ep.70.* adducit ad hanc rem duo alia argumenta, quorum posterius tangit etiam *lib.1. de Abrah.c.9.* quod scilicet talibus nuptiis desit benedictio sub velo sacerdotali in Ecclesia recipienda, quod referendum est ad morem istius seculi. Sicut enim Deus benedixit primo à se instituto conjugio, *Gen.2.* ita putavit Ecclesia benedictionem hanc in singulorum matrimoniorum auspiciis divina autoritate sibi repetendã, quod cum fieri fas non sit circa eum, qui alienos Deos colit, & Ecclesiam ludibrio habet, meritò improbavit ea conjugia Ambros. tanquam nefasta & infausta, quippe quib. deficiat benedictio divina. Addit etiam defectum precum, ad quas simul obligari conjuges dicit Paulus. Quin etiã in contrarium sæpe orabunt diversæ religionis cultores, & sese mutuò impedient, & quantum in quoq; erit, ab iis sese retrahere laborabunt. Tertullianus exaggerat hoc incommodum per sacra nocturna, quæ ea ætate apud Christianos, metu Tyrannorum, in usu erant. Nam ad ea Infidelis non passurus esset uxorem sese subducere. Gentilis inde deducit argumentum, quo probat dissolvi naturam conjugii.

19. *Et preces.*

Id enim secundo loco nobis ostendendum est, quod religionum divisio dividat ipsum nervum conjugii, quem Paulus 1.*Cor.7.* in eo collocat, quod neuter conjugum sui potestatem habeat, adeò ut ne quidem se sibi invicem subducere possint, nisi ad tempus, idque ex mutuo consensu, propter jejunia & preces. Ubi verò quis annexus est mulieri infideli, nunquam licebit parti fideli cum bona alterius gratia, jejuniis, precibus, aliisve suis sacris vacare, & ita cogetur aut Deum deserere, aut officio conjugali ad postulata conjugis satisfacere non poterit. Accursius id elicit ex iis definitionis verbis: *Divini & humani juris communicatio.* Licet enim de varietate religionis fortè non cogitarint ICti, & per divinum jus intelligant sacra privata, & singulis familiis propria, *Cic.2. de ll.Duar. & Hottom.ad t. de rit.nupt.Connan.lib.8. c.4.n.2.* tamen, cum sacra illa tempore Iustiniani jam desiissent, & is eadem verba retinuerit, non dubitant Accursii patroni ea Christiano sensu, ad mentem Iustiniani,

20. *Religionum diversitas dividit vinculum conjugij.*

21. *Quid sit divini & humani juris cõmunicatio.*

ni sic interpretari, quasi divinæ domus socia, *l. 4. C. de crim. exp. hered.* (nisi legem illam sic corrigas *cum Anton. Fabr. Iurispr. Pap. t. 9. princ. 2. illat. 14.* quæ *socia rei humanæ atq; divinæ, domi suscipitur*) sacrorumq; particeps, *Balduin. ad ll. 12. tab.* dicatur mulier propterea, quod in eandem Ecclesiam, religionem, & sacra transeat cum viro. Nec enim omnia sunt communia inter conjuges, inter quos divisa sunt sacra. Gentilis *d. c. 19. arg. 4.* idem hoc argumento demonstrat: Lex matrimonii est: Erunt duo in carnem unam. Una caro esse non potest, si non & anima sit una, quia una forma facit unum. Quod ego non probo. Nam Physicè non fit unum ex uxore & viro, ut hic illud accersi debeat de forma una. Unio enim Conjugalis consistit in commixtione corporis, & consensu animi. Consensum animi dico, non quemvis, quia & dissentientes eodem manent alligati vinculo, sed conjugalem, sive in conjugium, qui integer servari potest, etiamsi animi alias & in religione & in rebus cæteris maximopere dissideant.

22. *Quomodo ex viro & uxore fiat unum.*

Hactenus quidem tantum damnamus nuptias ex diversæ religionis cultoribus, quod sinceram & expertem litium amicitiam non ferant, sed manet vinculum matrimonii, etiamsi perpetuis agitetur contentionibus, & in periculum disruptionis deducatur. Litium autem segetem facilè subnasci ex diversitate religionis, præter quotidianam experientiam, rationes manifestæ evincunt. Si enim similitudo est mater amicitiæ, *8. Eth. c. 2. & 3. Cic. in Lal.* unde explicavimus illud in nuptiis usitatum, & à Pittaco, ex lusu puerili depromtũ: τὴν κατ᾽ σαυτὸν ἔλα: *Tu tibi sume parem. Diog. in Pytt. Atar.* Et si, dicente Ausonio: *Quod impar est, dissidet*, seu ut Cic. *in Lal. Dispares mores disparia studia sequũtur*, quæ amicitia sperari poterit, ex animis diversa & sibi invicem inimica religione dissociatis. *Ex dissimilitudine* enim *studiorũ oritur discrepantia voluntatum, quando etsi amor non succenset, superstitio tamen adversatur. Nam licet vir non oderit uxorem, error tamen odit veritatem,* ait Salvian. *Epist. 4.* Nihil est, quod arctius uniat, aut funestius dissolvat animos, quam religio, quippe cujus Zelum ad Deum ipsum pertinere putamus, & quæ ad Deum pertinent, majori cura quisque tractare videri cupimus, & magis nos, pietatis, quantumvis affectatæ prætextu, excusatos putamus, licet in fidem & concordiam conjugalem peccemus, imprimis quando suos Antistites Pontificii animant prava sententiæ Christi interpretatione. *Qui non odit uxorem, patrem, matrem,*

23. *Diversitas religion causa litium in conjugio.*

matrem, filios, &c. propter me. Luc.16. aut auribus insusurrant patrum quidam illa consueta, *de costa Diaboli, Abnegatione fidei, & jugo cum Infidelibus non trahendo.* Hieron. huc accommodat legem Mosis, de non jungendis simul bobus & asinis, & de non texenda tunica nuptiali ex vario subtegmine, quod eatenus acceptamus, quatenus ex disparitate apparet infelix operarum progressus & simul junctorum diffidium. Theophilus Imperator, quem à secta & odio imaginum Iconomachum appellant, uxorem habebat Theodoram, non alio ex capite religionis à se dissentientem, excepto studio Imaginum. Tam pertinacis tamen odii, tamq; gravium contentionū causa extitit hæc dissensio, ut quamdiu Imperator viveret, amicè nunquam vixerint. *Zonar. in Theoph.* Lis tamen erat tantum de imaginum autoritate: Quid si disputent inter se de summa religionis? *Difficile est*, jussu Senecæ, *amici vitia novisse, non odisse*, & Augustinus ait *contr. Adim. c.16. Perfectorum tantum esse, non odisse in peccatoribus, nisi peccata.* Si tibi odio est religio conjugis, vix fieri potest ut id non redundet in personam ipsam.

24. Nā bene conveniunt veritas & error: superstitio & vera religio.

25. Declaratur exemplis.

Præterea societates omnes connectuntur fide: fides subsistit in religione, ut deductum à nobis fuit. *2. de jur. Maj. c. 6.* Tolle igitur concordiam religionis, pessumire una necesse est, & fidem & societatem universam conjugalem. Quod si ex conjugio tam dispari communes nascuntur liberi, quid ibi non mali videt familia, dum quisq;, saluti eorum prospectum cupiens, suæ religioni ut applicent animum, diligenter dat operam, altero nequicquam obnitente & æternæ, quam instare timet, perniciei eos eripere conante. Childebertus & Clotharius Reges Gallorum sororem Clotildin elocaverant Amalrico Gothorum in Hispania Regi, sperantes hujus conjugii occasione ab Arrianismo eum avertere. Sed is cum obloquentem fœminam non ferret, adeò in eam exarsit, ut ne verberibus quidem parceret, donec domo & regia expulsam fratres ad se reducere cogerentur. *Volat. lib. 3. Geogr. Gill. in princ. Annal.* Ethelredus rex Anglor. Gormoni Regi Daniæ filiam Thyram elocaverat, ut ipsum à Paganismo averteret, sed & ipse actum egit, & admonitione acrius Tyrannus exarsit. Nec enim apud pertinacem vel hæreticum vel Paganum, diligentia Christianorum semper ex animo procedit, præcipue si uxor fidelis exponatur injuriæ & superbiæ mariti Infidelis, *ut notat Tertull. 2. ad uxor.* Is enim facilius vias Ecclesiæ uxori occludere, & impedimenta exercendæ religionis injicere potest, quam mulier viro. Quid

26. Cum religione tollitur fides conjugalis.

27. Contentio de educatione puerorum.

c. 11. Joſaphat ceperat Joramo filio uxorem ab Achabo : Nec mora, ut fatis ceſſerat Joſaphat, Joramus, relicta via patrum ſuorum, cepit calcare veſtigia Iſraëliticæ ſuperſtitionis, *quia Athalia erat uxor illius*, ait ſacra ſcriptura. 2. *Paral. c. 21.* Ipſe Achab licet ſuo impetu in præceps iret, impulſu tamen Ieſabelis uxoris citatius in cædem Prophetarum & Nabothi properavit. 1. *Reg. 18. 21.* Quò enim quiſq; minus firmo ſtat talo, ei facilius impellitur, quod iis quidem contingere neceſſe eſt, qui amores ſuos ſtudio pietatis anteponunt. Nam ſi ſeriò religionem colerent, ab ea præ amore mulierculæ tam facilè non deſciſcerent. Iſraëlitæ, ut ſe ceperunt miſcere filiabus Moabitarum, ut ſe participes fecerunt impietatis eorum, non tantum Idolis immolata in convivus cupidè deglutientes, ſed etiam ad adorandos Deos alienos in genua provoluti. *Num. 25.* Nihil enim efficacius permovet, animos, quam preces & ſtudia ejus, cui adverſari tibi religio eſt, quemadmodum Livius innuit, *lib. 1.* inquiens: *Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium cupiditate atq; amore, quæ maximè ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt.* Propterea prohibitioni, de non ducendis alienigenis potiſſimum hanc rationem adjecit Moſes, *Exod. 34. Deut. 7. 1. Reg. 11. ne ſeduceretur populus Dei ad peregrinam ſuperſtitionem*, quæ etiam retrò trahi poſſet, antequam gentes illæ ſub maledictionem ponerentur ubi Simeonis cum Cananitide nuptiæ, non ſine probro referuntur, & tacitè damnantur. *Geneſ. c. 46.* Iſaac quoq; vetabat Iacobum ad Exemplum Eſavi uxorē ſibi capere ex Cananitibus, quas *ſordidas in conſpectu Iſaaci* vocat ſcriptura, *Gen. 28.* & iram eius in Eſavum hinc prædicat, qui, ut illam emolliret ſimulata quadam hypocriſi reliquis uxoribus ſuperinduxit neptem Abrahami ex Iſmaële. Exemplum à Samſone capiamus, qui cum contra Dei præceptum, & conſilium parentum, occultè tamen Deo omnia ad ſui honorem dirigente, Philiſtinam duxiſſet uxorem, & nuptiales convivas inſolubili ænigmate premeret, exoratus tandem precibus & lachrymis novæ nuptæ, ſuo ſe indicio prodidit ut Sorex. *Iud. c. 14.* Maluit triginta veſtes perdere, quam cupiditati ſponſæ adverſari.

32.

33. *Efficaces preces mulierum.*

34.

Nam quod quis ſecum iratus cogitet,
Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modo:
Mori me malim: ſentiet, qui vir ſiem.
Hæc verba, me hercule, una falſa lachrymula

Quam oculos terendo miserè vix vi expresserit,
Restinguet, & is se ultro accusabit, & ei dabit
Ultrò supplicium. Terent. in Eun. Act. 1. sc. 1.

Accedit quotidiana conversatio, quæ assueta transfert in naturam, & facit, ut non tantum non detestemur, sed & sensim amare incipiamus, quæ quotidiè videmus & audimus. *Quod enim sæpe audimus,* ait Sen. 3. *de benef. c.* 16. *facere discimus, & delictorum evanescit pudor, postquam res innotescere & latius evagari cepit.*

Sic natura jubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos autoribus. Iuven. Sat. 14.

55. *Assueta facili eximuntur.* Quam multi sua ignorantia felices sunt, & ut de Scythis dicit Iustin. *lib.* 1. vitiis abstinent, quia vitia ignorant. quam multi simpliciter credunt, quia inanes argutias non audierunt. Deduc autem mobiles animos in novam religionem, eamq; individua consuetudine redde familiarem: tanto avidius novitatem amplectentur cognitam, quantò diligentius detestati sunt ignotam. Vulgare est, quod D. Paulus ex Menandro repetit. *Colloquia prava corrumpere bonos mores:* & Psalmista inculcat: *Cum impuris eris impurus.* Item quod vulgo circumfertur: *Qui juxta claudum habitat, claudicare discit, & picem qui tangit, inquinatur, qui oscitantem intuetur, eundem imitatur.* Quantò facilius id eventurum verisimile est, ubi intima animorum conjuratio & perpetua vitæ unio, indissolubili nexu mores copulat, & sermones amicis interpellationibus devincit.

56. *Tam Canones, quam Leges nuptias Imparis cultus damnant.* Propter has causas tam Conciliorum Canones, quam Imperatorum & Regum decreta ejus speciei nuptias, inter fideles & Infideles, semper tum legibus, tum factis detestati sunt. Persarum Rex negat sibi per leges licere ducere Christianam, *apud Niceph. lib.* 18. *c.* 22. idq; jure gentium receptum dicitur, *c.* 9. *dist.* 2. sc. ne alienigena ducatur. Herodes rogatus à Sylleo Arabe, ut Salomen sororem sibi in matrimonium traderet, negavit facere, quia is negabat religionem patriam ejurare & novam recipere. *Ioseph. lib.* 16. *antiq. c.* 11. Paulò post Agrippa Junior Agrippæ F. Epiphani Antiochi F. negavit Drusillam sororem elocare, quod is recusasset cum circumcisione Judaismum profiteri, & cum eandem perditè expeteret Zizus, Rex Emeseniorum, non prius in postulata ejus consensit,

consensit, quam se circumcidi passus esset: *Ioseph. 20. Antiq. c. 5.* perinde, ut olim Iacobi filii sororem nolebant in matrimonium concedere Sichemo, nisi & ipse & tota civitas præputiis se multari sivissent. *Gen. 36.* Carolus Simplex rex Galliæ, initurus amicitiam cum Radulpho, duce Normanniæ, filiam, pignoris loco addidit, sed ea lege, ut ad fidem converteretur, quod is potius, quam & tam pingui conditione & tam opima provincia excideret, libens ultroq; fecit. *Gill. in Car. Simpl. & Phil. 2.* Poloni Iagellonis postulatis consentire semper detrectarunt, donec baptismo Christianæ religioni initiaretur, quo facto Hedvvigin Reginam, Ludovvici filiam, cum regno hæreditario, precium conversionis, in manus ipsi tradiderunt. *Michov. in hist. Pol. Munster. in Geogr.* Uladislaus Locticus Gedemini Litvaniæ ducis filiam, filio Casimiro nuptum elocaturus, 37.
ne quod impedimentum contrahendis nuptiis superesset, quodve contractas turbare, aut fortasse disturbare potuisset, in vera religione prius institui, & ab Ecclesia in aulam deduci curavit. *Cromer. lib. 11.* Jagello postea, exemplum de se capiens, legem tulit, ne essent inter Russos & Catholicos matrimonia, nisi Russi superstitiones patrias abjurarent, *Crom lib. 15.* quod si Alexander quoq; Dux Litvaniæ observasset, potuisset eo 38.
bello, quo à Iohanne Moschorum principe impetitus fuit, carere. *Sigism. Bar. in hist. Musc.* Apud Romanos ex l. 12. tab. à connubii commerciis seclusi erant omnes peregrini, ut supra deduximus & repetitur *in C. Theod. libr. 3. t. 14.* Valentinianus & Theodosius adulterii pœnam irrogarunt Christiano cum Iudæa, aut Iudæo cum Christiana nuptias contrahenti. *l. ne quis Christianam & ibi Salyc. C. de Iud.* quod repetit lex Hispanica, *l. 3. t. 11. lib. 4. fori.* cum jam olim Concilium Toletanum IV. *Can. 62.* inter Judæos & Christianos contracta matrimonia solvat, tanquam irrita, de 39.
quo paulò pòst agemus. Quod vero Concilia Toletan. III. *Can. 14.* Chalced. *Can. 14.* Agathens. *Can. 67.* Laodic. *Can. 10. & 31.* fideles abigant à matrimoniis infidelium, id sententiam nostram optime confirmat, & ab omnibus, qui de hac re scripserunt, uno ore asseritur.

De legibus Roman.

De Conciliorum sententia.

Quod verò d. Concilium Toletan. IV. & Concilium VI. Con- 40.
stantinop. *Can. 72.* contracta matrimonia, quasi illegitima & nefaria, rescindant & irrita pronuntient, quibus subscribunt Lombard. Thom. Scot. Brassol. Palud. Dom. de Soto *4. sent. dist. 39.* Gratian. *28. quæst. 1.* Arbor. Theos. *libr. 6. cap. 10.* Panorm. *cap. 1. de Sponsal.* Covarr. *part. 2. matrimon. cap. 6. §. ultim. cap. 7. §. 4. num. 8.* Bellarmin. *d. t. 23. prop. 3.* Alber.

Utrum contracta inter Christianos & Infid. conjugia rescindi debeant.

ratitudinem suam habebit ex autoritate divina, etiam in impiorum conjugis, quod bonum & legitimum est, probante & fovente *c. pen. de divort.* & sic irritum ab homine pronuntiari non potest. Si verò ratum non est, cur prohibent Canones ab eo, qui infidelem coactus fuit repudiare, matrimonium reiterari? *Gratian. 28. q. 1.* Si respondeant, à parte saltem fidelis fuisse ratum, repeto id, quod prius dixi, ratitudinem hanc nihilominus oboriri sine sacramento, & non licuisse homini, quod autoritate divina ratum fuit, separare, & hanc esse sententiam Pauli, ex rei veritate, & generali locutione manifestum evadit, ut præter scopum fortasse suum ipse Domin. à Sot. *d dist. 39. q. un. art. 2.* confitetur.

Manifestius adhuc conspicietur rei veritas, si causam intueamur, propter quam antiquitus irritum censuerunt hoc matrimonium. Tertul. enim *lib. 2. ad uxor. stuprum* vocat, & contrahentes reos stupri, cujus rationem sic deducit, quia cum alienigena justæ nuptiæ contrahi non possunt, propterea, quod persona est inidonea, *quicquid præter justas nuptias est, aut stuprum est, aut adulterium.* Ambros. *1. de Abrah. cap. 9. Christum* dicit *negare, qui gentilem ducat,* Cyprian. *de lapsis: prostituere membra Dei gentibus*: Hieron. *1. contr. Iovin: parentes Christianos membra sua Idolis prostituere, & mulieres sic nuptas fieri costas Diaboli.* Quod si hæc ita habent, quocunque modo interpreteris verba Apostoli, non effugies, quin eum stuprum, & abnegationem nominis divini suadere, concedere cogaris. Vult enim, ut mulier fidelis maneat cum viro infideli, in stupro, costa Diaboli. Sed Paulus distinxit inter conversationem civilem & fidei. Nec enim mentibus commisceri necesse est, qui corporibus miscentur, aut in religionis negotio consentire, qui consentiunt in re familiari. Ne dicam interim, quam malè Tertull. opponat nuptiis non justis, id est, lege civili prohibitis stuprum.

44. *Causa antiquorum, ex qua conjugia infidelium damnarunt.*

45. *Adversatur verbis Apostoli.*

Ad minimum, si spes sit inductum iri ad fidem infidelem, dirimendum non erit conjugium. *Qui scis verò,* ait Paulus, *an Deus gratiam tibi sit facturus, ut conjugis animam lucrari possis?* Quod bono animo suscipitur, & ex quo etiam infidelis sanctificatur propter pietatem conjugis fidelis, hoc certe stuprum dici non potest, quemadmodum S. Monica maritum, patientia & prudentia ab Ethnicismo deduxit ad veram religionem. *August. lib. 9. Confess. c. 9.* Theodelinda Longobardorum regina, ad quam D. Gregorius Dialogum de moribus scripsit, sua opera & pia suasione Eutharin priorem maritum ad veram pietatem permovit.

46. *Tolerantur idgiinus nuptiæ spe conversionis.*

47.

hæresis non potest inter legitimas causas divortiorum numerari. Nam etiam, qui consensum parentum negligunt, iniquè agunt, & contra leges contrahunt: Et tamen Bellarm. c.19. Prop.2. negat insciis parentibus contractum conjugium esse irritum. Multa enim valent ex post facto, quæ ab initio non subsistunt, ut docent Pontificii, de interdicto Ecclesiæ & feriis, his versibus: 50. *Multa tolerari in Rep. quæ sunt prohibita.*

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Utrum desertio locum habeat etiam inter Christianos conjuges.

SECT. 6.

1. *Non videri concessionem D. Pauli ad Christianos extendendam.*
2. *Quinam populi contrarium observent.*
3. *Idq; propter identitatem rationis.*
4. *Diuturnam desertionem habere innexam suspitionem adulterij.*
5. *Desertorem familiæ esse pejorem Ethnico.*
6. *Præsertim, si negaverit audire Ecclesiam.*

Redeamus igitur ad causam, ex qua à servitute liberat Paulus personam fidelem, si ab infideli deseratur, & quod superest considerandum, adjiciamus, sc. utrum de sola desertione hominis Ethnici sententia Pauli sit interpretanda, qui odio religionis discidium faciat, an verò extendi possit ad personam etiam fidelem, si temerè & malitiosè innocentem sua ope & auxilio destituat. Nam quia divortiorum ratio odiosa est, non videtur concessio Pauli, præcipuè quia excipit à regula Christi, ultra personas & causam, in verbis expressam, trahenda. Loquitur enim Paulus de infideli, discedente ex odio religionis, & proinde dispositio Paulina non videtur comprehendere infidelem ex alia causa, aut fidelem ex quacunq; divortium facienté, *ut disputat Alb. Gent. lib. 6. de nupt. c.14.* Cæterum ex constitutione & consuetudine Saxonica, *Beust. de matrim part.2. c. 26. Mauser. t. de nupt. ad fin. Sneidevv. de nupt. part.4. n.37.* ex legibus Ecclesiæ Genevensis, *Beza de divort. pagin. 205.* & communiori Theologorum interpretatione, *Luther. in libell.* von Ehsachen. *Melancht. loc. de conjug. de desert Bez. d. loc. Bugenh. de caus. matr sub fin Brent. in li. ejusdē arg. q. ult. VVigand. de divort. Menzer. de conjug. circa fin. de desert.* censetur

1.

2. *Desertio separat conjugium etiam inter fideles.*

sub permissione Paulina etiam illa persona contineri, quæ injustè deseri-
3. Propter identitatem rationis. tur. Ratio enim eadem hic militat, ne persona, temerè ope conjugali destituta, & remedio ustionis privata, sub alieno jugo iniquè detineatur, & sine culpa sua contabescat, dum altera in peccato triumphat & luxuria, procul à freno conjugali diffluit. Ita enim solent, qui conjugii odio domo abeunt, & ut ait illa in nostra Comœdia

Dum nos colo affigunt & foco
Impunè interdiu noctuq; liberis lustris student,
Alienas permolunt uxores &c.
Fundum alienum arant, incultum familiarem deserunt.

4. Propterea rectè conjiciunt Beza & Menz. cum diuturna desertione plerunq; conspirare tacitum adulterium, ut eò faciliùs divortio locum aperiant. Nec refert, quod desertor professione non sit infidelis, quia, fidem non æstimamus ex verbis, sed ex factis, ut docet idē Aposto-
5. Desertor familiæ pejor est infidele. lus, *ad Tit. c.1. in fi. & 1. ad Tim. c.5.* conceptis verbis ait: *Si quis negligit suos & maximè domesticos, fidem negavit, & Ethnico sive infideli deterior evasit.* Accedit, quod ad divortium properandum non sit, nisi prius tentatis omnibus, quæ vel admonendo, vel suadendo, vel puniendo, desertorem in viam reducere queant, usque adeò, ut ab Ecclesia publicè corripi & officij seriò admoneri soleat, priusquam innocenti succurratur.
6. Postquam verò neglexit Ecclesiam, ex sententia Christi, *Matth.18.* habendus est instar Ethnici & publicani. *c. si peccaverit. 2. q. 1. c. novit. latè Dd. de jud.* & proinde sub dispositione Pauli, sine omni violenta interpretatione commodè comprehenditur.

Quid sit propriè desertio malitiosa.

1. *Duplex genus desertionis constitutum à Salyc.*
2. *Desertio necessaria quadruplex est.*
3. *Quæ desertionis species non tollant vinculum conjugij.*
4. *Causam probabilem involuntariæ desertioni præbens, tenetur de culpa.*
5. *Licet desertor prorsus non excusetur.*
6. *An mulier deserat virum, si exulem sequi detrectet.*
7. *Exilium indicitur aut ex culpa mariti, aut ex invidia sine culpa.*
8. *Desertorem non æstimari nisi ex proposito.*
9. *Conjuges debere esse utriusque fortunæ*

fortunæ participes.

10. De jure civili servitus pœnæ aut captivitas solvit nuptias.

11. Quod probabiliter videtur constitutum.

12. Sed tamen, tanquam principijs Iuris adversum refutatur.

13. Deportatio, quatenus non tollit libertatem, non tollit conjugij vinculum.

14. Nec captivitas.

15. Exempla laudatarum matronarum, quæ viros nec in ipsa morte deseruerunt.

16. Earum institutum probatur ex caritate & unione conjugali.

17. Mulier debet omnes amicos postponere viro.

18. Amicorum est in fortunæ injurijs sese non deserere.

19. Fœmina magis tenetur virum, quam vir uxorem sequi.

20. An uxor teneatur virum ex sua culpa in exilium actum sequi.

21. Quod quinam qua ratione affirment.

22. Distinguitur pro negativa.

23. Mulier, quæ salvo pudore sequi nō potest, impossibilitate excusatur.

24. Quid juris apud Romanos fuerit & nunc sit apud Saxones.

25. Paulus respicit maximè voluntatem partis discedentis.

26. An Christianus pro desertore habendus, qui non revertatur ad uxorem, monitus ab Ecclesia.

27. Disputatur pro Beza contra Gentilem.

28. Quousq; cogatur uxor expectare virum absentem sine dolo.

SEd hic, ne in desertionis interpretatione fallamur, quid ejus nomine Paulus intellectum velit, paucis subjiciendum erit. Salycetus *in l. 2. n. 1. C. de sponsal.* duplex constituit genus desertionis seu absentiæ. *Necessariam* seu *probabilem*, & *voluntariam*. Gloss. *in l. fin. verb. appellare. de rest. in integr.* & Dd. *in §. rursus. Inst. de act.* prius membrū minutius dividūt in quatuor species. Alia enim necessaria est simul & probabilis, ut quando Reip. causa quis abest: Alia probabilis tantum, sed non necessaria, ut quando studiorum gratia: Alia necessaria, sed non probabilis, ut quando in exilio, & vago metu: Alia quidem voluntaria, sed sine contumacia, ut quando mercaturæ exercendæ, aut negotii expediendi gratia quis domo abest: Et quia probabilis causa excludit dolum & malitiam, sine qua desertio criminis locum subire, & divortio causam præbere nequit, sejungimus primùm ab hac contemplatione absentiam, quæ fit ex causa necessaria & probabili, tum etiam quæ fit ex consensu mutuo, quia si jus suum communi utriusq; saluti, cujus gratia maritus abest, concedat uxor, posse eos ab invicem ad tempus abstinere docet Apostolus. 1. Cor. 7.

1. *Duplex genus desertionis.*

2. *Desertio necessaria quadruplex.*

3. *Quæ desertionis species non tollat conjugium.*

maritus, aut perpetrata fuit à marito, aut eidem imputata, cum culpa vel non esset, vel injuria & falsò imposita fugienti, quemadmodum vitandæ Tyrannidis, aut furoris popularis gratia multi in voluntarium abeunt exilium. Sic Alcibiades, ut primum accusari cepit ad populum, Miltiadis, Phocionis, Socratis & optimorum quorumq; infelice innocentia edoctus, quā periculosū opus aleæ subeat, qui subeat judiciū populi, *cum fugere liceat*, dixit, *non esse experiundam litem. Plut. in Alcib.* Sic Coriolanus, invidia magis, quam culpæ onere pressus, de cognatorum consilio, furori & invidiæ populari cessit, *Plut. in Coriol. Liv. libr. 2.* & quos præterea aggregat Sen. *5. de benef. c. 17.* Quin etiam amore religionis plurimi transmutant domicilia, aut transmutare coguntur, & hoc casu conjugium non dirimitur, quia persona, vitandi periculi gratia, fugere coacta pro desertrice non habenda, quia nec volens, nec animo deserendi abest. Sicut enim Emansionis causas semper examinari vult JCtus *l. 4 de re mil. cur & ubi fuerit, & quid egerit. Quin etiā valetudini & affectioni veniam dat*: Ita absentiæ causæ diligenter ponderandæ, quia is propriè desertor est, qui nulla necessitate foras detinetur, nec ex probabili causa vagatur, aut peregrinatur, sed sola voluntate sua & animo deliberato nocendi, incommodis & molestiis conjugalibus se subducit. Qui, cùm in militia abesset, vel negotiorum suorum gratia per mare, aut peregrinas regiones iter faceret, ab hostibus, piratis, aut latronibus, in captivitatem abducitur, vel venditur, sua captivitate mulierem à vinculo non liberat, quia desertor non est, & nihil fidei conjugali & amicitiæ, quæ hinc exurgit, arctissimæ, tam consonum est, quam bonæ simul & malæ fortunæ ex æquo utrumque participem esse. *l. si cum dotem 22. § si maritus. 7. solut. matr.* Tum demum enim charitas efflorescit, & experiundum est, quorsum mulier facta sit in adjutoriū, quando fortunæ iniquitas om̄ia alia eripit adjumenta.

7. Alij sua culpa, alij innocenter mittuntur in exilium.

8. Desertor æstimandus ex voluntate.

9. Coniuges utriusq; fortunæ participes

Sed tamen in jure civili aliter cautum est, ubi captivitate solvitur matrimonium, sive quis in potestatem hostium venerit, sive servus pœnæ factus fuerit, *l. 1. de divort. l. sed si mors. 13. §. 1. de donat. inter vir. & ux. l. res uxoris. 24. C. eod. l. 5. de bon. damnat.* cujus rationem reddunt, juri civili admodum, ut videtur, verisimilem, quia servitus comparatur morti. *l. cum hic status. § [illegible] de don. int. vir. & ux. l. [illegible] 59. in fi. de cond. & demonstr. l. [illegible] 209. de R. I.* S[illegible] autem quælibet morte dissolvitur, licet contracta sit in perpetuū. *l. 1. l. 4. § 1. l. 52. § [illegible] § ult. l. actione. 65 § 9.* pro

10. De jure civili servitute solvi nuptias.

11. Cujus ratio subjicitur.

pro socio. Ideoq; quamvis maneat in domo mariti uxor, & cupiat matrimonium cum captivo continuatum, tamen illud durare lex non sinit. *l. in bello. 12. §. sed captivi uxor. de capt. & postlim.* Nescio tamen si hæc ratio, ab Anton. Fabro assignata, *Iurispr. Pap. t. 9. princ. 2. Illat. 15.* ipsius juris civilis principiis sit consentanea. Nam servitus à solo jure humano introducta est, secundum jus civile, cum naturâ omnes simus liberi. *l. 5. §. 1. de stat. hom. l. quod attinet. de R. Nov. 89. Quib. mod. nat. eff. leg. c. 3. §. Et sicut.* Jus

12. Et improbatur. verò humanum non potest jus naturale, ex quo matrimonia, *§ jus naturale. Inst. de jur. nat. gent. l. 1. §. jus naturale. de just. & jur.* & cognationes prodeunt, abrogare aut tollere, nedum divinum, ex quo dependet indissolubilitas vinculi. Alias nec naturales parentes & cognatos haberent servi, *l. hos accus. §. pen. de accus.* quia civiles nullos habent. *Stip. Gent. 3. de donat. inter vir: & ux: c. 8. per l. uxores. de divort. & repud.* Minus verò urget hæc dispositio, postquam servos pœnæ sustulit Iustin. *Nov. 22. de nupt. c. 8. §. quod tamen prius.* & ex doctrina Ecclesiæ servitus prorsus desiit inter Christianos, *Bart. in l. hostes de capt: Salyc. in l. ab hostibus. col. 2. C. de captiv.* & Covarr. *in rel. c. peccatum. §. 11. n. 6. de R. I. in 6.* ne apud Turcas quidem, aut Sarracenos justam esse Christianorum servitutem, disputat, de qua re videbimus infra, sed de piratarum, latronum, aut injustorum hostium captivitate, *in tract. de bell.* ostendimus, quod servitutem veram captis inducere non possint, nec redituris opus sit fictione legis Corneliæ &

13. Deportatio non solvit matrimonium. postliminii. Ubi igitur servitus non tollit libertatem, nec inducit capitis diminutionem, matrimonium solvere non potest, etiam ex juris civilis ratione, quia deportatio etiamsi civitatem auferat & deportatum in peregrinitatem redigat, *l. sed si hac 10. §. sed si per pœnam. de in jus voc. l. 1. C. de her. inst. l. ult. de var. & extr. cogn. l. pen. de cap. min.* tamen, quia libertatem non aufert, nec deportatum inter mortuos, nisi quoad bona, quæ deportatione amittit, constituit, *l. verum est. 63. §. ult. pro soc. l. 1. §. penult. de bon. poss. contr. tab. l. si necem. 4. §. si deportatus. de bon. libert. l. Gallus. 29. §. & quid si tantum. de liber. & posth.* matrimonium non dissolvit, si parti superstiti placeat in fœdere manere. *l. 1. C. de repud. l. res uxoris. 24. C. de don. inter vir: & ux. l. sed si mors. 13. §. 1. ff. Eod. l. 5. de bon. damn.*

14. Nec captivitas. Captivitas igitur aut exilium injustum, præter viri culpam imperatum, non tollit matrimonium, quoniam, quod in definitione Modestini positum est: *Consortium omnis vitæ*, Conn. *lib. 8. c. 4. n. 1.* sic interpretatur, quasi omnis fortunæ participes & consortes fieri debeant conjuges.

jugæs. Si enim Indicæ mulieres non detrectarunt communem rogum com viris, sed vivæ cum mortuis conscendere, *Valer. lib. 2. c. 6. Ælian. lib. 7. var. c. 18.* qua specie perfidiæ & desertionis dubitant multæ nostratium viros suos sequi in exilium? Alcestis Admeti Thessaliæ Regis uxor, cum ex Apollinis oraculo certior facta esset, marito instare periculum mortis, cui eripi non posset, nisi morte alicujus ex amicis, nec inveniretur, qui id ultrò subiret, se tanquam alterum ipsum, pro salute mariti devovit. *Eurip. in Alcest. Juven. Sat. 6.* Arria seipsam gladio transverberavit, cum maritum de vita periclitari videret. *Plin. lib 3. Ep. ad Nepot.* Panthei Laced. uxor ultimum sibi funus fecit, cum marito eandem operam prius post longum exilium præstitisset, *Plut. in Cleom.* & Portia, cum certior fieret de morte Bruti & 15. *Exempla mulierum, quæ viros ad mortem comitatæ sunt.*

Subducta sibi quæreret arma dolor
Nondum scitis ait, mortem non posse negari,
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit & ardentes avido bibit ore favillas. *Mart.* ne fato mariti sola superesset. Nec incerto periculo se objecit Hypermestra, cum Linum maritum, paratam à socero Danao cædem fuga prævertere doceret,

Me inquiens, *pater sævis oneret catenis,*
Quod viro Clemens misero peperci,
Me vel extremos Numidarum in agros
Classe releget. *apud Horat. lib. 3. Od. 11.*

& apud Ovid. in Heroin: de fato & precio fidei suæ sic augurans:

Et sepeli lachrymis perfusa fidelibus ossa
Sculptaq; sint titulo nostra sepulchra brevi:
Exul Hypermestra pretium pietatis iniquum
Quam mortem fratri depulit ipsa tulit.

Fausta Constantini Imper. uxor, venientem in Gallias patrem Maximinianum, & insidias Constantino clanculum locantem, ad maritum detulit, atq; ita, patri maritum prætulit, ut ait Pompon. Læt. *in Diocler. ad fin.* Exigit hoc charitas Christiana, exigit fides conjugalis, exigit commune periculum & discrimen, quod eo momento, quo unione divina in unum corpus coaluerunt, simul subierunt, ut scilicet par fortuna maneat utrumque & separatim neutrum feriant ruinæ. Cum Darius Inta- 16.

ddd phernem,

phernem, unum ex septem optimatibus, cum tota familia in carcerem conjecisset, propterea quod satellitibus regiis, qui ipsum a cubiculo regis arcuerant, nares & aures præcidisset, mox verò precibus uxoris emollitus, huic non tantum abeundi, sed & abducendi secum, quem vellet, ex carcere copiam fecisset, patrem præ reliquis omnibus adeoq; ipso viro selegit, mirantiq; Dario, cur virum & liberos patri postposuisset, respondit: *Virum & liberos recipere mihi datur, patrem non item. Herod. lib. 3.* Propius verò ad præcepti divini sententiam, *Gen. 2. & Matth. 19.* accessit affectus & amor mulierum Weinsbergensium in Suevia, quæ cum precibus à Conrado III. Imp. obtinuissent optionem & facultatem, tantum ex imminente pernitie secum eripiendi, quantum tergo gestare singulæ possent, relictis parentibus & liberis, adeoque preciosa quacunque suppellectile, viros sibi imposuerunt, & calamitati oppidi subduxerunt. *Lautem libr. 3. Polit. c. 3. Car. & Peuc. lib. 4.* Memorabile est & illud, quod de
7. Mimarum uxoribus refert Valer. Max. *li. 4. c. 6.* *Illa cum mariti à Spartanis in carcerem conjecti, postridiano spectaculo destinarentur, impetrato à custodibus aditu, carcerem ingressa, commutata cum maritis veste, salvum ijs abitũ præbuerunt, & seipsas obsides statuerunt*, qua arte Cabadem quoq; Persarum regem liberavit uxor, sed non sine specie lenocinii, dum Rex eam sivit sciens præfecto carceris misceri, ut liberius ad virum accedendi potestatem perverso servitio sibi emeret. *Cedren. in Zen. Imp.* Sicut enim Paulus conjuges hortatur ad mutuum amorem, quia nemo carnem suam unquam odio habuit, *ad Ephes. 5.* ita nemo facilè alium prius eripuit periculo, quam seipsum, & proinde relictis rebus omnibus mulier tenetur virum sequi, ne contra divinum mandatum, & fidem ab initio datam, sua culpa unam carnem dividat in duas. Hipsicratia uxor Mithridatis, nullis delitiis detineri potuit, quin virum exulem sequeretur. *Valer. lib. 4. c. 6.* Filia Leonidæ Spartani, etiamsi patri, relicto Cleombroto marito, ab initio se comitem dedisset, Tegæum usq; : mox tamen, ubi ad se rediit, & in memoriam sibi revocavit fidem mariti, mutata sententia, ad exulem maritum rediit. *Plut. in Agid. n. 5.* Uxor Craugasii, Nobilis viri in Armenia, non potuit à Sapore Persarum rege vel vi, vel præmiis induci, ut in Persiam se abduci pateretur, nisi & virum Rex accersiri juberet, quo impetrato, nihil causæ sibi superesse putabat, cur non illuc ire deberet, quo à marito comite duceretur. *Ammi. Marcell. li. 10.* Telcha soror Dionysii accusata à fratre, quod

conscia-

conscia esset fugæ mariti sui, Polyxeni: *Adeone*, inquit, *me vilem abjectiq; animi fœminam putas, ut si sensissem illum moliri fugam, non me illi navigationis & omniũ fortunarum comitẽ additura fuerim.* *Erasm. in Apophth.* *Amicus* enim *certus in re incerta cernitur*, ait Minus, & prima amicitiæ lex est, Mala juxta & bona communia & indivisa habere, quo argumento demonstrat Arist. inter cætera: *8. Eth. c. 6. & 9. Eth. c. 10.* Amicitiam non ferre multos vel corrivales, vel competitores. Amicus enim amici bona & mala fortuna afficitur, perinde ac sua. Qui plures habet amicos, pluribus simul compati tenetur, quod & molestum est, & fortassè impossibile, quia quo momento huic condolendum, eodem illi congratulandum esset. Simul autem seriò lætari & dolere non licet. Vsq; adeò vel ex generali amicitiæ lege ad mutuas operas obligantur sibi conjuges: sed plus tamen viro debet mulier, quam vir mulieri ex lege amicitiæ inæqualis, quam secundum excellentiam vocat Arist. *8. Eth. c. 7. 11. & 13.* & præterea, quia vir est caput mulieris, *c. fœminæ. 30 q. 5. c. quæcunq; dist. 20.* & uxor in viri domum deducitur, non vir in domum uxoris. *l. penult. de don. inter vir & ux. l. cum in te. C. Eod. l. 5. de rit. nupt.* Propterea enim mulier tenetur sequi domicilium mariti, *c. unaquæque 13. q. 2.* nisi is temerè vagetur, non autem maritus uxorem, etiamsi pactum intervenerit, à marito consensum & firmatum, de non mutando loco habitationis, quia pactum illud vergit contra bonos mores & reverentiam maritalẽ, *l. pen. de jurisd. l. exigere. de judiciis. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* & modus legato adjectus, ut legatarius in eadem civitate perpetuò moretur, regulariter rejicitur, *l. Titio. §. 2. de cond. & demonstr.* quia species servitutis eo inducitur, *d. l. Titio, & Dd. ibi & in l. 2. de lib. exhib. Rom. sing. 629.* ut uno ore & iisdẽ ferè verbis demõstrant, Cov. *part. 2. Matr. c. 7. n. 6.* Beust *de matr. part. 2. c. 32.* Heg. *part. 2. q. 14. n. 9.* Sneid. *de nupt. par. 4. n. 47.* 18. 19.

Fœmina magis tenetur virum, quam vir uxorem sequi.

Nec ea res patitur difficultatem, si ex justa causa locum mutet maritus, aut sine sua culpa in immeritũ incidat exilium. Tenetur n. uxor sequi: Alias desertionis accusabitur, ex lege Apostoli, nec alligata manebit persona deserta pervicaciæ deserentis: Sed si bannitus sit maritus, & cum infamia in exilium ob sceleris atrocitatem seclusus, An tum quoq; mulier tenetur viro sese reddere, ut censent Danæ. *Eth. Christ. li. 2. c. 14.* Beza *de divort.* Zanch. *de matr. t. de divort.* ex eo, quod conjugii conditio nõ aliter fert, quã ut mutuæ sint miseriæ utriusq;? Conjugiũ certe interdicto igius & aquæ, quod in locũ veteris deportationis successit, *l. 1. C. de hær. inst.* seu 20.

An uxor teneatur bannitum virum ex culpa sua sequi.

relegatione non solvitur. §. *quod autem prius.* §. *deportatio. Auth. de nupt.* l. 1. C. *de repud.* l. 24. C. *de donat. inter vir. & ux.* l. 13. §. 1. ff. Eod. l. 5. *de bon. damn.* c. 2. *de divort.* & æquum est, ut mulier viro hoc quoq; in casu non desit, si is post supplicium destiterit à scelere, & ad frugem se recipiat, uti prolixè disputat Sarcer. *lib. de conjug. part.* 4. & Luther. *comm. in Gen. c.* 4. exemplo uxoris Caini demonstrat, de quo testatur etiam Joseph: 1. *Antiq.* quod cum uxore sua multas emensus regiones, oppidum Nod condiderit. *Adde Luther. part. 2. lib. de caus. Matrim. Philipp. in loc. de conjug.* Afferunt ad hujus rei probationem etiam verba domini jubentis servum venundare omnia, & inter omnia ipsam etiam uxorem. *Matth. c.* 18. Cæterum si mulier detrectet ad virum redire, quod infami crimini se nolit miscere, vel quod peregrinari salva pudore non queat, vel quod rem familiarem in præjudicium liberorum prodigere vereatur, cogendam nō esse, censent Joh. Saison. *ad consuet. Turon. t. de success. feud. art.* 9. Heg. *d. q.* 14. *n.* 21. Hemming. *de conjug.* quia mulier, puniri non debet ob delictum mariti, nisi in atrocissimis. Puniretur autem, perinde, ut vir, si unà cum viro invita ejiceretur in exilium. Nec refert, quod peccatum alterutrius

22. *Distinguitur pro negativa.* propter unionem redundet in alterum, quia sic satis punitur mulier, si marito suo cogatur carere præter meritum, & viduam vitam, marito superstite, exordiri, *durissima oblivione matrimonij, ut ait Tertull. ad uxor. de viduis Africanæ Cereris.* Nec desertionem accusare habet maritus, quā ipse sua culpa sibi attraxit. *l. si mulier. 21. in pr. Quod met. caus. l. si fidejussor. 7. §. si necessaria in fi. l. 2. §. si quis tamen. Si quis caut. in jud. sist.* Quin etiam deser-

23. tio non est, nisi ex temeraria voluntate, sine causa probabili, & quæ sine incommodo, & dignitate sua salva, sequi non potest, necessitate ipsa excusatur, quia non potest, qui salvis rebus & dignitate sua non potest. *l. cum. 16. hæ demum 38. de op. lib. l. nepos. 125. de V. S. l. 2. si quis caut. l. si cum dies. §. sed si in aliq. de rec. arb.* Subest enim, ait Sen. 4. *de ben. c. penult. tacita exceptio: Si potero, si debebo. Vadimonium promittimus, tamen deseritur: Non in omnes datur actio: deserentem vis major excusat.*

24. Apud Romanos deportatio non solvebat quidem jus connubiorum, sed is nexus dependebat à sola voluntate ejus, qui deportatus non erat. *l. si quis sic stipuletur. 56. sol. matrim. l. 1. C. de repud.* cujus rationem ex interdicto aquæ & ignis tale reddit Anton. Fab. *c. 9. de nupt. princ. 2. illat. 14.* ut ex communione rerum, vitæ necessariarum sublata, statim intelligatur communio vitæ dissoluta, nisi placeat conjugibus affectionem ultra, quam lex juberet.

juberet, extendere. Constitutio Elector. Saxon. *part.4.const.19.* non facit mentionem, nisi unius casus, quo cogenda sit uxor sequi virum exulem sc. quando adulter, cui imminebat pœna capitalis, donatus sit precibus uxoris; *Heg.d.q.14.n.ult.* & ita exceptio in uno, firmare videtur regulam in reliquis. *l. si qui certa. in pr. de jur. immun. l. quæsitum.12. §. Idem respondit, Ibi. deniq; Neratius, de instruct & instrum.*

Per desertionem igitur non accipit Paulus quamvis absentiam, sed affectatam & malitiosam, quando ait, qui *Nolit cohabitare*. Ad solam enim voluntatem discedentis, refert causam discessus. Sed & brevi reversa uxor, divortisse non videtur. *l.3. de divort. l.48. de R.I.* Qua de causa desertionem non aliter accipit Beza, *de divort. pag. 188.* quam si individuæ vitæ consuetudo penitus sit abrupta, quod vehementer probat Alber. Gent. *de nupt. 6. c. 14.* & inde pergit destruere ipsius Bezæ de desertione dogmata & definitiones. Desertum enim negat virum, quem uxor sequi recusat: desertorem negat, qui monitus ab Ecclesia non redit, quia penitus non abrumpitur matrimonium, & potest uxor cras sequi, potest conjunx cras redire. Sed & altera conditio desit, quia desertrix pars non est infidelis. De infidelitate supra diximus, quod, qui uxorem & liberos destituat, deterior sit Infideli: Esto, magna sit differentia, inter Turcam, & Papistam; *ex Bez. Ep. 4. & 10. Calvin. Ep. 103.* multoq; magis inter Infidelem & contumacem fidelem. Nam quia Paulus dicit, *Desertorem domus suæ abnegasse fidem*, & fides æstimanda est non tam ex verbis & professione, quam factis ipsis & vita, id sufficit, ut desertor Ecclesiæ sit loco infidelis, præcipuè quando detrectavit totius Ecclesiæ admonitionem. Nec illud admittendum, quod ex interpretatione gratuita Pontificiorum recoquit Gentilis, Infidelitatem sc. supervenientem non esse satis ad dissolvendum matrimonium in fidelitate contractum, quia Pauli generalis locutio, & ratio adjecta prorsus & hunc casum comprehendit. Adest igitur infidelitas in desertione: adest & totalis matrimonii abruptio, quam æstimamus ex refractaria abnutione. Nam sicut affectione coëunt matrimonia *l.4. de concub. Nov. 22. 74. 117. c. matrimonium 27. q. 2.* ita ex affectionis mutatione conjectura capitur, de contraria, sed injusta dissolutione. Potest quidem, qui discessit, redire: potest etiam infidelis repetere fidelem & redire ad amicam voluntatem cohabitandi, imò potest fidem ipsam suscipere: Et tamen ex malitiosa discessione judicat Apostolus matrimonium ruptum esse. Potest, qui divortium fecit, seriò

25. *Paulus respicit voluntatem discedentis.*

26. *An monitus ab Eccles. si non redeat sit desertor.*

27. *Pro Beza contra Gentilem.*

pœnitere, & uxorem reductam cupere, ut timet Moses *Deut. 24.* Interim, si adsit animus constituendi perpetuam dissensionem, is sufficit Celso, quò divortium ritè factum censeat. *l. 2. & 3. de divort.* Animum verò ex evidentibus conjecturis & signis prudenter æstimandum esse, rectè monet ipse Beza, priusquam ad irreparabile divortium deveniatur. Quod post hæc addit Gentil. addi à Beza causam novam divortii à Paulo alienam, quando scil. qui decennium abest, & post diligentem indagationem nullibi reperitur, mortuus judicatur, & relictæ parti datur jus novarum nuptiarum. *Bez. de divort. pag. 212.* In eo nihil neq; à Pauli sententia, neq; à Canonum & Legum præscriptis, diversum constituit Ecclesia Genevensis, de cujus legibus is potius, quam sua ipsius sententia agit. Nam virum absentem cogebatur uxor expectare de jure ff. quinquennium, *l. uxor. C. de repud.* de jure novissimo decennium. *l. uxores. de divort,* de jure C. quadriennium, *l. uxor. C. de repud.* de jure novissimo decennium, §. *novimus Auth. de nupt.* aut etiam amplius, §. *quod autē à nobis. Auth. ut liceat matr. & aviæ.* nisi interim constet de morte viri, quod etiam in Canones receptum est, *c. in præsentia de sponsal. ubi latè Panorm. c. Dominus. de sec. nupt.* & usu obtinet in Ecclesiis nostris, ut post diuturnam absentiam, quando de vita absentis verisimiliter nihil sperari potest amplius, jus novarum nuptiarum personæ relictæ indulgeatur, *Sneid. de nupt. part. 2. n. 46.* non quia desertione solutum matrimonium, sed quia probabili morte finitum judicatur. Nihil igitur à Iuribus hisce & consuetudinibus statuitur juri divino contrarium, quia Paulus loquitur de dissolutione matrimonii per desertionem: hic indulgetur jus nuptiarum novarum post finitionem per mortem. Mortem autem quomodo vel ex sufficientibus testimoniis probemus, vel ex violentis indiciis præsumamus, videre est *in c. quoniam frequenter. §. si autē. Vt lit. non cont. ubi gl. in verb. præsumatur & Abb. in d. c. in præsent. de spons.*

29. Quamdiu cogatur uxor expectare virum absentē.

SECT. 8. Utrum præter adulterium & desertionem vel Ecclesiæ vel Reip. liceat alias divortiorum causas fingere, & primum, De impotentia & sterilitate.

1. *Quam varias causas Iudæi & Romani, nec non Pontifices addiderint.*
2. *Discrimen inter impedimenta nuptiarum & causas divortiorum.*
3. *Sola sterilitas non solvit conjugium.*
4. *Qui ob sterilitatem abdicant uxores, magis inservire libidini, quam studere propagationi sobolis.*
5. *Cessante uno fine matrimonii, non cessare vinculū conjugii, dum stringitur*

NOn modò Judæi fœditatem, propter quam licebat iis ex concessione Mosis à se invicem divertere, *Deut. 24.* largè interpretati sunt, *Ioseph. 4. Antiq. c. 6.* sed etiam tam Imperatores, quam Pontifices & nostræ quoq; Ecclesiæ multas variasq; divortiorum causas, præter adulterium & desertionem, introduxerunt, *ut videre est in l. consensu. C. de repud. §. quia vero. Auth. ut lit. matr. & av. Leon nov. 212. tot. t. de divort. de conjug. lepros. Lombard. 4. sent. à dist. 34. ad dist. 43. & ibi Comment.* Distinguimus autem inter Impedimenta, quæ propriè non dirimunt conjugium, sed prohibent, ne ab initio coalescere potuerit, & inter causas divortiorum, quæ legitimè contractū, & optimo jure validū dissolvunt. Si n. ex errore, in substantiā ipsam conjugii peccerrante, contrahatur matrimoniū, eo defecto, nō tam dirimitur, quod ab initio nullū fuit, quam vitiatū & nullū fuisse ostenditur. Idē judiciū ferendum de impotentia coëundi & incurabili sterilitate.

1. *Variæ causæ additæ.*

2. *Distinguitur inter impedimenta nuptiarum & causas divortiorum.*

Sola

3. *Sterilitas non solvit conjugium.*

Sola sterilitas, si adsit absq; impotentia, licet primum nuptiarum finem eludat, adeoq; conjugium sine spe prolis susceptum nullum facere videatur: *c. 2. de frig. l. nuper. C. de natur. liber.* tamen nec conjugium, si præcedat, impedire, nec si sequatur, contractũ dissolvere potest. & qui uxores sub prætextu sterilitatis dimiserunt magis libidini suæ morẽ gerere voluerũt, quã quod propagationẽ familiæ seriò spectaverint, ut exemplo disputatur *apud Sen. li. 2. Contr. 13.* nisi Spuriũ Carbiliũ excipias, qui,
4. si Gellio credimus *lib. 17. c. 21.* uxorẽ, cum qua sibi optimè conveniebat, coactus dimisit, quod apud Censores jurasset, *se uxorem quærendæ sobolis gratia habiturum*: nec non Anaxandriden regem Spartanorum, qui maluit uxori sterili, quam ob sterilitatem jussus erat repudiare, secundam superinducere, quam ex causa tam futili immerentem dimittere. *Herod. lib. 5.* Sylla enim licet Cæliæ nuntium remitteret, quod alvo esset conclusa; fingere tamen causam magis videbatur, quam quod ita se res haberet: *Plut. in Syll.* ut & Nero Imp. qui cum Octaviæ consuetudinem priorem odisse inciperet, mox etiam à thoro separatæ uxoria ornamenta debere sufficere diceret, tandem eam ex causa sterilitatis prorsus dimisit. *Sueton. in Ner. c. 35.* Basilius Muscovitarum princeps Salomen, quam ex mille quingentis virginibus unam elegerat, invento sterilitatis prætextu, in monasteriũ detrusit. *Sigism. Baro in hist. Musc.* Griffina Roscislai Russorũ ducis, ut refert *Dlugossus*, filia, accusata viri sui Lesci Siradiensis frigiditate, divortiũ petiit. *Crom. lib. 9. hist. Polon.* Tartari verò ne quidẽ pro uxoribus habent, quæ non pepererunt, *Pantal. in descript. Tart.* & Solon ex sterili matrimonio robustum juvenem extrahi voluit, ne in sinu vetulæ pinguescens, sua culpa familiam contabescere sineret. *Plut. in Sol.* Galen. *5. Aph. comm. 59.* de generali consuetudine testatur. *Sæpius*, inquit, *ut permaneat genus alicujus sacerdotis vel regis, student civitates, ut prolem habeant, mares, seu fœminas, in quibus vel solis genus consistat. Atq; ita ubi mulieres non concipiunt, quæritur utrius causa hoc accidat, ut facto divortio mulieres concipiant.*

5. Ut autem pleraq; alia, ita & hoc minus rectè circa nuptias statutum fuit à Solone, quia non unus conjugii finis est, sed plures, ut supra docuimus; & cessante una causa, dum viget altera, non cessat dispositio. *5. affinitatis. de nupt.* Quod si spem subolis explorata aliqua præscindat sterilitas, adjutorio nihilominus opus est & remedio ustionis, & ut ait Thom. *4. sent. dist. 34. quæst. 2.* si non contrahitur matrimonium in

offi-

officium naturæ, contrahitur in *remedium concupiſcenitæ*. Auguſtin. *de bon.conjug. c.15.* ſcientibus licet conjugibus ſe non habituros liberos, ſeparationem denegat, quia, ut *c. 7.* dixerat, *Tantum valet vinculum ſociale, ut licet cauſa procreandi colligetur, tamen ob ejus defectum nequeant ſeparari. c.tantum.32. q.7.c.matrim.27.q.2.* Exemplum à Davide capere licet, qui licet præ ſenio rigeret, & veſtium tegumentis incaleſcere amplius non poſſet, Abiſag tamen Sunamitidem de conſilio procerum ſuorum in ultimam duxit uorem, non quidem ut prolem ex ea tolleret, quam nunquam cognovit, ſed ut interdiu officia familiaria ſibi præſtaret, & noctu juvenili calore exuccum & exangue corpus foveret. *1.Reg.c.1.* Hoc eſt, quod nuptias in quibuſdam appellet, *humanitatis ſolatium* Auguſtinus. *c.nuptiarum 27. q.1.ut ibi explicat gl.in verb.in quibuſdã.* Nec video, quo argumento nuptiæ hæ Davidis Colophoniæ tantopere ſint improbandæ, cum non ex laſcivia quadam, nec fallaci conſilio, ſed ut novum ſibi pararet adjutorium, ad eas nuptias ſe paſſus fuerit reduci. Alioquin enim ſenes juvenibus aut vetulas ſenibus conjungi ſemper illicitum eſſet, *contra l.ſancimus 27. C. de nupt.* & primævo conjugii fini contrarium, de qua re prolixius & diſtinctius egimus ſupra. *c.2.* Imò ſi ſterilitas ſolveret matrimonium, cur Abraham non dimiſit potius Saram, quam Agar ipſi ſuperinduceret? Sterilitatem enim ſuam confitetur Sara, *Gen.c.16.* quando ait. *Ecce nunc privavit me Dominus generatione: ingredere nunc ad ancillam meam, ſi fortè ſuſcpiam filios ex ea*, & *Gen. 18.* cum filium ſibi promitti, poſt oſtium ſermones hoſpitis ſublegens, audiviſſet, riſit intra ſe. *Poſtquam conſenui, erit mihi juventus: & Dominus meus ſenex eſt.* Quin etiam jam ipſi defecerat, ſine cujus affluxu naturaliter mulieres non concipiunt: nec tamen de ea repudianda unquam conſilium cepit Abraham, magis, quam Zacharias, qui & ipſe amicè vivebat cum Eliſabetha, quantumvis ſterili, uſq; ad eam ætatem, quæ liberis ferendis non eſſet amplius idonea, *Luc. c.1.* aut Helkana, qui Annam nihilo remiſſius quam Phenennam dilexit, licet per naturam ſterilis eſſet, & non niſi ſingulari voto Samuelem, hinc denominatum, à Deo exoraſſet. *1.Sam.c.1.* Si ob ſterilitatem fas fuiſſet uxorem dimittere, nulli prius id facere debuiſſent, quam Patriarchæ & ejus ævi homines, quibus propagatio generis humani, & præcipuè Eccleſiæ, certo populo alligatæ, ſolis incumbebat. Nec tamen vel horum quiſquam cum infæcundis uxoribus, vel Jacob cum Rahele, quam Dominus certo

6. *De Davidis poſtremis nuptiis.*

7. *De ſterili conjugio Saræ.*

8. *Zachar. & Eliſab.*

Helkan. & Ann.

9. *Jacob & Rachel.*

to consilio sterilem reliquerat præ Lea, *Gen. 29. & 30.* divortium vel facere jussus est a Deo, vel privato consilio fecit, sed confisi sunt in misericordia divina, ad quam Jacob, stomachose nimis liberos efflagitantem Rachelem remittit, *Gen. c. 30.* & sua pietate Anna ipsa confugit, cum ad sedandam æmulationem Phenennæ, nihil haberet reliquum.

10. **Fæcunditatē dari desuper.** Fæcunditatem enim pónit Psalmista, inter notas divinæ benedictionis, *Psal. 128. & Psal. 127.* ait: *Liberos esse donum Dei & ventrem mulieris fæcundari desuper.* Item *Psal. 113. Deus est, qui sterilem facit habitare in domo, ut læta densæ prolis mater evadat.* Paraphrastes

11. Hierosolym. *super c. 30. Gen.* tres claves scribit Dominum sibi retinuisse in sua manu: Clavem pluviæ. *Deut. 28.* Cibationis, *Psalm. 144.* sepulchri, *Ezech. c. 37.* & sterilitatis. *d. c. 30. Gen.* prolixiusque demonstrat Perer. *in Gen. c. 16. vers. 2. c. 30. vers. 2.* Deum sæpe occulto consilio & concludere uterum & aperire, *Gen. 16. 20.* &c. cujus vivum exemplum prostat in Sunamitide, hospita Elisæi. 2. *Reg. 4.* Qui scis igitur, quo tempore lectum tuū fæcundaturus sit Dominus? aut cur ejiceres illam, de cujus fæcunditate, non prius desperare posses, quam Deum scires desiisse esse omnipotentē, nec velle causis secundis amplius cooperari? præsertim cum nec incura-

12. bilis naturaliter sit sterilitas, nisi oriatur ex impotentia aliqua notoria. Seminis enim & sanguinis, quoad qualitatem & quantitatem, vitium, uteri intemperies, aut alia præter naturalis dispositio unde Hipp. sterilitatem mulierum accersit *5. Aphor. & 1. de nat hum.* & Aristot. *2. de gen. anim. c. 2.* adeò naturam non evertit, ut arte & cum tempore corrigi non possit.

13. Quoties enim multas mulieres decennium, atq; etiam diutius in eodem versari matrimonio videmus sine prole, quibus, quò minimè sperassent tempore, novi partus, quasi divinitùs dati fuerunt? quemadmodum aqua Nilotica quarundam viscera longa sterilitate præclusa, ad conceptū relaxati testantur Sen. *3. nat. qq. c. 25.* & Plin. *lib. 7. c. 3.* Boleslao III. Ethnarchæ Polon. uxor Adelheidis Henrici IV. Imp. filia, post decennii sterilitatem, peperit adhuc quinq; filios & filiam unam. *Cromer. lib. 6.* Salome Gabrielis Basilii Magni Moschorum ducis uxor, post annum 21. adhuc enixa est Georgium filium, plures fortè additura, nisi in cœnobium damnata fuisset. *Henning. in Geneal. Mosch.* Novi nobilem fœminā, quæ octodecim annos cum marito exegit steriles: postea intra triennium trium puerorum mater facta fuit, plures etiam enixura, nisi maritum inopina mors præripuisset. Quam diu verò desperatum non est, tam diu separandi non sunt, qui generari possunt ex propria natura, licet hoc & illo anno

natu-

naturam ad habitum & exercitium non deducant, *ut ait Abb. c. 2. de frig. & mal.* Spadones certè à matrimonio non excludunt leges, quamdiu spes est generaturos.

Quin etiam evidentes debent esse probationes ad inducendum divortium. Atqui plerunq; incertum est, unde sterilitatis origo accersenda, an ab uxore, vel marito, cum non rarò, quod uxori imputatur vitiũ, in viro hæreat. Interdum enim mulier in culpa est, interdum vir, interdũ uterq;, & tum iniquum esset, soli mulieri excedendum obtrudi, quod ambo intrivissent. Multos generare videmus cum alia uxore, multas parere ex alio viro. *c. 1. penult. & ult. de frig.* Tum igitur sterilitas oborta fuit non ex morbo mulieris, sed vitio utriusq;, & has steriles vocant Medici in comparatione ad virum, *Francisc. Bonam. lib. 5. de aliment. c. 36.* quia, quod semina inter se debitam proportionem non habeant, hinc frustratur conceptus, ut innuit Hippocr. *lib. de ster. & 5. Aphor. 59.* & Plato *in Theat.* hinc adjecit partem officio obstetricum ut sciant conjungere invicem corpora apta ad conceptionem, & simul discernere, qui viri sint infæcundi, quæ mulieres steriles. Signum ex penetrante odore per uterum ad os & nares, ponit Hipp. & id per omnes intemperies deducit Gal. *5. Aph. com. 62.* Sed præterquam, quod nihil designet nisi densitatem uteri ex frigida & sicca intemperie, aut etiam humiditatem, in qua odor evanescat, ut illic explicat Gal. & notat Avic. *lib. 3. Fen. 21. tract. 1. c. 9.* & proinde multas sterilitatis causas extra ambitum suum relinquat, sive à conformatione uteri, sive à semine & sanguine dependentes, nõ designat etiam morbos incurabiles, & proinde sterilitatem ad faciendum divortium non satis confirmat. Multò minus ad id sufficient cætera signa, quæ ad initium dicti *c. 9.* recenset Avicenna, magis ex aliorum, quam sua sententia, quanquam Capivac. *lib. 4. pract. c. 5.* Rhud. *lib. 2. c. 59.* ea Avicennæ tribuant. Nam dum 7. grana hordei, totidem tritici, & totidem fabas septem dies in urina defodit, & si post germinent, fæcunditatem, si minus, sterilitatem inde conjicit, item dum urinas jubet profundere super lactucam, & eum sterilem pronuntiat, cujus urina arefacit lactucam, præterquam quod nescio quid Magicum affectet in primo experimento, in utroq; infert à qualitate urinæ ad naturam seminis, quod quam fit irrationale, vel illi sciunt, qui conceptum non posse ex urina dignosci sciunt & quanto intervallo, quò ad virtutes & functiones vesica & testes cum utero dissideant, probè pervestigarunt. Semen projectum in aquas, quod refert etiam Arist. *3. de gen. an. c. 6.* licet propius videatur affectum designare, tamen ad viros solos refertur

14. *Mulieres quæ steriles in comparatione.*

15. *Signa sterilitatis incerta.*

16.

phernem, unum ex septem optimatibus, cum tota familia in carcerem conjecisset, propterea quod satellitibus regiis, qui ipsum a cubiculo regis arcuerant, nares & aures præcidisset, mox verò precibus uxoris emollitus, huic non tantum abeundi, sed & abducendi secum, quem vellet, ex carcere copiam fecisset, patrem præ reliquis omnibus adeoq; ipso viro selegit, mirantiq; Dario, cur virum & liberos patri postposuisset, respondit: *Virum & liberos recipere mihi datur, patrem non item. Herod. lib. 3.* Propius verò ad præcepti divini sententiam, *Gen. 2. & Matth. 19.* accessit affectus & amor mulierum VVeinsbergensium in Svevia, quæ cum precibus à Conrado III. Imp. obtinuissent optionem & facultatem, tantum ex imminente pernitie secum eripiendi, quantum tergo gestare singulæ possent, relictis parentibus & liberis, adeoque preciosa quacunque supellectile, viros sibi imposuerunt, & calamitati oppidi subduxerunt. *Lautem libr. 3. Polit. c. 3. Car. & Peuc. lib. 4.* Memorabile est & illud, quod de

17. Mimarum uxoribus refert Valer. Max. li. 4 c. 6. *Illa cum mariti à Spartanis in carcerem conjecti, postridiano spectaculo destinarentur, impetrato à custodibus aditu, carcerem ingressa, commutata cum maritis veste, salvum ijs abitũ præbuerunt, & seipsas obsides statuerunt,* qua arte Cabadem quoq; Persarum regem liberavit uxor, sed non sine specie lenocinii, dum Rex eam sivit sciens præfecto carceris misceri, ut liberius ad virum accedendi potestatem perverso servitio sibi emeret. *Cedren. in Zen. Imp.* Sicut enim Paulus conjuges hortatur ad mutuum amorem, quia nemo carnem suam unquam odio habuit, *ad Ephes. 5.* ita nemo facilè alium prius eripuit periculo, quam seipsum, & proinde relictis rebus omnibus mulier tenetur virum sequi, ne contra divinum mandatum, & fidem ab initio datam, sua culpa unam carnem dividat in duas. Hipsicratia uxor Mithridatis, nullis delitiis detineri potuit, quin virum exulem sequeretur. *Valer. lib. 4. c. 6.* Filia Leonidæ Spartani, etiamsi patri, relicto Cleombroto marito, ab initio se comitem dedisset, Tegæum usq; : mox tamen, ubi ad se rediit, & in memoriam sibi revocavit fidem mariti, mutata sententia, ad exulem maritum rediit. *Plut. in Agid. n. 5.* Uxor Craugasii, Nobilis viri in Armenia, non potuit à Sapore Persarum rege vel vi, vel præmiis induci, ut in Persiam se abduci pateretur, nisi & virum Rex accersiri juberet, quo impetrato, nihil causæ sibi superesse putabat, cur non illuc ire deberet, quo à marito comite duceretur. *Ammi. Marcell. li. 19.* Telcha soror Dionysii accusata à fratre, quod

conscia-

conscia esset fugæ mariti sui, Polyxeni: *Adeone*, inquit, *me vilem abjectiq; animi fœminam putas, ut si sensissem illum moliri fugam, non me illi navigationis & omniũ fortunarum comitẽ additura fuerim.* *Erasm. in Apophth.* *Amicus* enim *certus in re incerta cernitur*, ait Minus, & prima amicitiæ lex est, Mala juxta & bona communia & indivisa habere, quo argumento demonstrat Arist. inter cætera *8. Eth. c. 6. & 9. Eth. c. 10.* Amicitiam non ferre multos vel corrivales, vel competitores. Amicus enim amici bona & mala fortuna afficitur, perinde ac sua. Qui plures habet amicos, pluribus simul compati tenetur, quod & molestum est, & fortasse impossibile, quia quo momento huic condolendum, eodem illi congratulandum esset. Simul autem seriò lætari & dolere non licet. Usq; adeò vel ex generali amicitiæ lege ad mutuas operas obligantur sibi conjuges: sed plus tamen viro debet mulier, quam vir mulieri ex lege amicitiæ inæqualis, quam secundum excellentiam vocat Arist. *8. Eth. c. 7. n. & 13.* & præterea, quia vir est caput mulieris, *c. fœminæ 30 q. 5. c. quæcunq; dist. 20.* & uxor in viri domum deducitur, non vir in domum uxoris. *l. penult. de don. inter vir & ux. l. cum in te. C. Eod. l. 5. de rit. nupt.* Propterea enim mulier tenetur sequi domicilium mariti, *c. unaquaque 13. q. 2.* nisi is temerè vagetur, non autem maritus uxorem, etiamsi pactum intervenerit, à marito consensum & firmatum, de non mutando loco habitationis, quia pactum illud vergit contra bonos mores & reverentiam maritalẽ, *l. pen. de jurisd. l. exigere. de judiciis. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12.* & modus legato adjectus, ut legatarius in eadem civitate perpetuò moretur, regulariter rejicitur, *l. Titio. §. 2. de cond. & demonstr.* quia species servitutis eo inducitur, *d. l. Titio, & Dd. ibi & in l. 1. de lib. exhib. Rom. sing. 629.* ut uno ore & iisdẽ ferè verbis demõstrant, Cov. *part. 2. Matr. c. 7. n. 6.* Beust *de matr. part. 2. c. 32.* Heg. *part. 2. q. 14. n. 9.* Sneid. *de nupt. par. 4 n. 47.* 18. 19. *Fœmina magis tenetur virum, quam vir uxorem sequi,*

Nec ea res patitur difficultatem, si ex justa causa locum mutet maritus, aut sine sua culpa in immeritũ incidat exilium. Tenetur n. uxor sequi: Alias desertionis accusabitur, ex lege Apostoli, nec alligata manebit persona deserta pervicaciæ deserentis: Sed si bannitus sit maritus, &. cum infamia in exilium ob sceleris atrocitatem seclusus, An tum quoq; mulier tenetur viro sese reddere, ut censent Danæ. *Eth. Christ. li. 2. c. 14.* Beza *de divort.* Zanch. *de matr. t. de divort.* ex eo, quod conjugii conditio nõ aliter ferat, quã ut mutuæ sint miseriæ utriusq;? Conjugiũ certè interdicto ignis & aquæ, quod in locũ veteris deportationis successit, *l. 1. C. de hær. inst.* seu 20. *An uxor teneatur bannitum virum ex culpa sua sequi.*

relegatione non solvitur, §. *quod autem prius.* §. *deportatio. Auth. de nupt. l.*
1. C. de repud. l. 24. C. de donat. inter vir. & ux. l. 13. §. 1. *ff. Eod. l. 5. de bon. damn.*
c. 2. de divort. & æquum est, ut mulier viro hoc quoq; in casu non desit,
si is post supplicium destiterit à scelere, & ad frugem se recipiat, uti pro-
lixè disputat Sarcer. *lib. de conjug. part. 4.* & Luther. *comm. in Gen. c. 4.* ex-
emplo uxoris Caini demonstrat, de quo testatur etiam Joseph: 1. *Antiq.*
quod cum uxore sua multas emensus regiones, oppidum Nod condide-
rit. *Adde Luther. part. 2. lib. de caus. Matrim. Philipp. in loc. de conjug.* Asserunt
ad hujus rei probationem etiam verba domini jubentis servum venun-
dare omnia, & inter omnia ipsam etiam uxorem. *Matth. c. 18.* Cæterum
si mulier detrectet ad virum redire, quod infami crimini se nolit misce-
re, vel quod peregrinari salva pudore non queat, vel quod rem famili-
arem in præjudicium liberorum prodigere vereatur, cogendam nō esse,
censent Joh. Saison. *ad consuet. Turon. 1. de success. feud. art. 9.* Heg. *d. q. 14. n.*
21. Hemming. *de conjug.* quia mulier, puniri non debet ob delictum ma-
riti, nisi in atrocissimis. Puniretur autem, perinde, ut vir, si unà cum vi-
ro invita ejiceretur in exilium. Nec refert, quod peccatum alterutrius
22. *Distinguitur pro negativa.* propter unionem redundet in alterum, quia sic satis punitur mulier, si
marito suo cogatur carere præter meritum, & viduam vitam, marito su-
perstite, exordiri, *durissima oblivione matrimonij, ut ait Tertull. ad ux-*
or. de viduis Africanæ Cereris. Nec desertionem accusare habet maritus, quā
ipse sua culpa sibi attraxit *l. si mulier. 21. in pr. Quod met. cons. l. si fidejussor. 7. §.*
si necessaria in fi. l. 2. §. si quis tamen. Si quis caut. in jud. sist. Quin etiam deser-
23. tio non est, nisi ex temeraria voluntate, sine causa probabili, & quæ sine
incommodo, & dignitate sua salva, sequi non potest, necessitate ipsa ex-
cusatur, quia non potest, qui salvis rebus & dignitate sua non potest. *l.*
cius. 16. hæ demum 38. de op. lib. l. nepos. 125. de V. S. l. 2. si quis caut. l. si cum dies. §.
sed si in aliq. de rec. arb. *Subest* enim, ait Sen. *4. de ben. c. penult. tacita ex-*
ceptio: Si potero, si debebo. Vadimonium promittimus, tamen de-
seritur: Non in omnes datur actio: deserentem vis major excusat.
24. Apud Romanos deportatio non solvebat quidem jus connubiorum, sed
is nexus dependebat à sola voluntate ejus, qui deportatus non erat. *l. si*
quis sic stipuletur. 56. sol. matrim. l. 1. C. de repud. cujus rationem ex interdicto
aquæ & ignis talē reddit Anton. Fab. *c. 9. de nupt. princ. 2. illat. 14.* ut ex com-
munione rerum, vitæ necessariarum sublata, statim intelligatur commu-
nio vitæ dissoluta, nisi placeat conjugibus affectionem ultra, quam lex
juberet.

juberet, extendere. Constitutio Elector. Saxon. *part. 4. const. 19.* non facit mentionem, nisi unius casus, quo cogenda sit uxor sequi virum exulem sc. quando adulter, cui imminebat pœna capitalis, donatus sit precibus uxoris; *Heg. d. q. 14. n. ult.* & ita exceptio in uno, firmare videtur regulam in reliquis. *l. si qui certa. in pr. de jur. immun. l. quæsitum. 12. §. Idem respondit. Ibi. deniq; Neratius, de instruct. & instrum.*

Per desertionem igitur non accipit Paulus quamvis absentiam, sed affectatam & malitiosam, quando ait, qui *Nolit cohabitare*. Ad solam enim voluntatem discedentis, refert causam discessus. Sed & brevi reversa uxor, divortisse non videtur. *l. 3. de divort. l. 48. de R. I.* Qua de causa desertionem non aliter accipit Beza, *de divort. pag. 188.* quam si individuæ vitæ consuetudo penitus sit abrupta, quod vehementer probat Alber. Gent. *de nupt. 6. c. 14.* & inde pergit destruere ipsius Bezæ de desertione dogmata & definitiones. Desertum enim negat virum, quem uxor sequi recusat: desertorem negat, qui monitus ab Ecclesia non redit, quia penitus non abrumpitur matrimonium, & potest uxor cras sequi, potest conjunx cras redire. Sed & altera conditio deficit, quia desertrix pars non est infidelis. De infidelitate supra diximus, quod, qui uxorem & liberos destituat, deterior sit Infideli: Esto, magna sit differentia, inter Turcam, & Papistam, *ex Bez. Ep. 4. & 10. Calvin. Ep. 103.* multoq; magis inter Infidelem & contumacem fidelem. Nam quia Paulus dicit, *Desertorem domus suæ abnegasse fidem*, & fides æstimanda est non tam ex verbis & professione, quam factis ipsis & vita, id sufficit, ut desertor Ecclesiæ sit loco infidelis, præcipuè quando detrectavit totius Ecclesiæ admonitionem. Nec illud admittendum, quod ex interpretatione gratuita Pontificiorum recoquit Gentilis, Infidelitatem sc. supervenientem non esse satis ad dissolvendum matrimonium in fidelitate contractum, quia Pauli generalis locutio, & ratio adjecta prorsus & hunc casum comprehendit. Adest igitur infidelitas in desertione: adest & totalis matrimonii abruptio, quam æstimamus ex refractaria abnutione. Nam sicut affectione coëunt matrimonia *l. 4. de concub. Nov. 22. 74. 117. c. matrimonium 27. q. 2.* ita ex affectionis mutatione conjectura capitur, de contraria, sed injusta dissolutione. Potest quidem, qui discessit, redire: potest etiam infidelis repetere fidelem & redire ad amicam voluntatem cohabitandi, imò potest fidem ipsam suscipere: Et tamen ex malitiosa discessione judicat Apostolus matrimonium ruptum esse. Potest, qui divortium fecit, seriò

25. *Paulus respicit voluntatem discedentis.*

26. *An monitus ab Eccles. si non redeat sit desertor.*

27. *Pro Beza contra Gentilis.*

pœnitere, & uxorem reductam cupere, ut timet Moses *Deut. 24.* Interim, si adsit animus constituendi perpetuam dissensionem, is sufficit Celso, quò divortium ritè factum censeat. *l. 2. & 3. de divort.* Animum verò ex evidentibus conjecturis & signis prudenter æstimandum esse, rectè monet ipse Beza, priusquam ad irreparabile divortium deveniatur. Quod post hæc addit Gentil. addi à Beza causam novam divortii à Paulo alienam, quando scil. qui decennium abest, & post diligentem indagitionem nullibi reperitur, mortuus judicatur, & relictæ parti datur jus novarum nuptiarum. *Bez. de divort. pag. 212.* In eo nihil neq; à Pauli sententia, neq; à Canonum & Legum præscriptis, diversum constituit Ecclesia Genevensis, de cujus legibus is potius, quam sua ipsius sententia agit. Nam virum absentem cogebatur uxor expectare de jure ff. quinquennium, *l. uxor. C. de repud.* de jure novissimo decennium. *l. uxores. de divort.* de jure C. quadriennium, *l. uxor. C. de repud.* de jure novissimo decennium, *§. novimus Auth. de nupt.* aut etiam amplius, *§. quod autē à nobis. Auth. ut licet matr. & aviæ.* nisi interim constet de morte viri, quod etiam in Canones receptum est, *c. in præsentia de sponsal. ubi latè Panorm. c. Dominus. de sec. nupt.* & usu obtinet in Ecclesiis nostris, ut post diuturnam absentiam, quando de vita absentis verisimiliter nihil sperari potest amplius, jus novarum nuptiarum personæ relictæ indulgeatur, *Sneid. de nupt. part. 2. n. 46.* non quia desertione solutum matrimonium, sed quia probabili morte finitum judicatur. Nihil igitur à Iuribus hisce & consuetudinibus statuitur juri divino contrarium, quia Paulus loquitur de dissolutione matrimonii per desertionem: hic indulgetur jus nuptiarum novarum post finitionem per mortem. Mortem autem quomodo vel ex sufficientibus testimoniis probemus, vel ex violentis indiciis præsumamus, videre est *in c. quoniam frequenter. §. si autē. Ut lit. non cont. ubi gl. in verb. præsumatur & Abb. in d. c. in præsent. de spons.*

28. *Quousq; cogatur uxor expectare virum absentē.*

SECT. 8. Utrum præter adulterium & desertionem vel Ecclesiæ vel Reip. liceat alias divortiorum causas fingere, & primum, De impotentia & sterilitate.

1. *Quam varias causas Iudæi & Romani, nec non Pontifices addiderint.*
2. *Discrimen inter impedimenta nuptiarum & causas divortiorum.*
3. *Sola sterilitas non solvit conjugium.*
4. *Qui ob sterilitatem abdicant uxores, magis inservire libidini, quam studere propagationi sobolis.*
5. *Cessante uno fine matrimonii, non cessare vinculū conjugii, dum stringitur*

NOn modò Judæi fœditatem, propter quam licebat iis ex concessione Mosis a se invicem divertere, *Deut.* 24. largè interpretati sunt, *Ioseph.* 4. *Antiq. c.* 6. sed etiam tam Imperatores, quam Pontifices & nostræ quoq; Ecclesiæ multas variasq; divortiorum causas, præter adulterium & desertionem, introduxerunt, *ut videre est in l. consensu. C. de repud. §. quia vero. Auth. ut lic. matr. & av. Leon nov. 212. tot. t. de divort. de conjug. lepros. Lombard. 4. sent. à dist. 34. ad dist. 43. & ibi Comment.* Distinguimus autem inter Impedimenta, quæ propriè non dirimunt conjugium, sed prohibent, ne ab initio coalescere potuerit, & inter causas divortiorum, quæ legitimè contractū, & optimo jure validū dissolvunt. Si n. ex errore, in substantiā ipsam conjugii penetrante, contrahatur matrimoniū, eo defecto, nō tam dirimitur, quod ab initio nullū fuit, quam vitiatū & nullū fuisse ostenditur. Idē judiciū ferendum de impotentia coeundi & incurabili sterilitate. Sola

1. *Variæ causæ additæ.*

2. *Distinguitur inter impedimenta nuptiarum & causas divortiorum.*

3 Sola sterilitas, si adsit absq; impotentia, licet primum nuptiarum finem eludat, adeoq; conjugium sine spe prolis susceptum nullum facere videatur: *c.2.de frig. l.nuper. C. de natur. liber.* tamen nec conjugium, si præcedat, impedire, nec si sequatur, contractũ dissolvere potest. & qui uxores sub prætextu sterilitatis dimiserunt magis libidini suæ morẽ gerere voluerũt, quã quod propagationẽ familiæ seriò spectaverint, ut exemplo disputatur *apud Sen.li.2.Contr.13.* nisi Spuriũ Carbiliũ excipias, qui, si Gellio credimus *lib.17.c.21.* uxorẽ, cum qua sibi optimè conveniebat, coactus dimisit, quod apud Censores jurasset, *se uxorem quærendæ sobolis gratia habiturum*: nec non Anaxandriden regem Spartanorum, qui maluit uxori sterili, quam ob sterilitatem jussus erat repudiare, secundam superinducere, quam ex causa tam futili immerentem dimittere. *Herod. lib.5.* Sylla enim licet Cæliæ nuntium remitteret, quod alvo esset conclusa; fingere tamen causam magis videbatur, quam quod ita se res haberet: *Plut. in Syll.* ut & Nero Imp. qui cum Octaviæ consuetudinem priorem odisse inciperet, mox etiam à thoro separatæ uxoria ornamenta debere sufficere diceret, tandem eam ex causa sterilitatis prorsus dimisit. *Sueton.in Ner.c.35.* Basilius Muscovitarum princeps Salomen, quam ex mille quingentis virginibus unam elegerat, invento sterilitatis prætextu, in monasteriũ detrusit. *Sigism. Baro in hist. Musc.* Griffina Roscislai Russorũ ducis, ut refert *Dlugossus*, filia, accusata viri sui Lesci Siradiensis frigiditate, divortiũ petiit. *Crom.lib.9.hist.Polon.* Tartari verò ne quidẽ pro uxoribus habent, quæ non pepererunt, *Pantal.in descript. Tart.* & Solon ex sterili matrimonio robustum juvenem extrahi voluit, ne in sinũ vetulæ pinguescens, sua culpa familiam contabescere sineret. *Plut.in Sol.* Galen. *5.Aph. comm. 59.* de generali consuetudine testatur. *Sæpius*, inquit, *ut permaneat genus alicujus sacerdotis vel regis, studenr civitates, ut prolem habeant, mares, seu fœminas, in quibus vel solis genus consistat. Atq; ita ubi mulieres non concipiunt, quæritur utrius causa hoc accidat, ut facto divortio mulieres concipiant.*

Sterilitas non solvit conjugium.

4.

5. Ut autem pleraq; alia, ita & hoc minus rectè circa nuptias statutum fuit à Solone, quia non unus conjugii finis est, sed plures, ut supra docuimus; & cessante una causa, dum viget altera, non cessat dispositio. *5. affinitatis. de nupt.* Quod si spem sobolis explorata aliqua præscindat sterilitas, adjutorio nihilominus opus est & remedio ustionis, & ut ait Thom. *4. sent. dist. 34. quæst. 1.* si non contrahitur matrimonium in offi-

officium naturæ, contrahitur in *remedium concupiscenitæ*. Augustin. *de bon.conjug. c.15.* scientibus licet conjugibus se non habituros liberos, separationem denegat, quia, ut *c. 7.* dixerat, *Tantum valet vinculum sociale, ut licet causa procreandi colligetur, tamen ob ejus defectum nequeant separari. c.tantum.32. q.7.c.matrim. 27.q.2.* Exemplum à Davide capere licet, qui licet præ senio rigeret, & vestium tegumentis incalescere amplius non posset, Abisag tamen Sunamitidem de consilio procerum suorum in ultimam duxit uorem, non quidem ut prolem ex ea tolleret, quam nunquam cognovit, sed ut interdiu officia familiaria sibi præstaret, & noctu juvenili calore exuccum & exangue corpus foveret. *1.Reg.c.1.* Hoc est, quod nuptias in quibusdam appellet, *humanitatis solatium* Augustinus.*c.nuptiarum 27. q.1.ut ibi explicat gl.in verb.in quibusdã.* Nec video, quo argumento nuptiæ hæ Davidis Colophoniæ tantopere sint improbandæ, cum non ex lascivia quadam, nec fallaci consilio, sed ut novum sibi pararet adjutorium, ad eas nuptias se passus fuerit reduci. Alioquin enim senes juvenibus aut vetulas senibus conjungi semper illicitum esset, *contra l.sancimus 27. C. de nupt.* & primævo conjugii fini contrarium, de qua re prolixius & distinctius egimus supra, *c.2.* Imò si sterilitas solveret matrimonium, cur Abraham non dimisit potius Saram, quam Agar ipsi superinduceret? Sterilitatem enim suam confitetur Sara, *Gen.c.16.* quando ait. *Ecce nunc privavit me Dominus generatione: ingredere nunc ad ancillam meam, si fortè suscipiam filios ex ea*, & *Gen. 18.* cum filium sibi promitti, post ostium sermones hospitis sublegens, audivisset, risit intra se. *Postquam consenui, erit mihi juventus: & Dominus meus senex est.* Quin etiam jam ipsi defecerat, sine cujus affluxu naturaliter mulieres non concipiunt: nec tamen de ea repudianda unquam consilium cepit Abraham, magis, quam Zacharias, qui & ipse amicè vivebat cum Elisabetha, quantumvis sterili, usq; ad eam ætatem, quæ liberis ferendis non esset amplius idonea, *Luc. c.1.* aut Helkana, qui Annam nihilo remissius quam Phenennam dilexit, licet per naturam sterilis esset, & non nisi singulari voto Samuelem, hinc denominatum, à Deo exorasset. *1.Sam, c.1.* Si ob sterilitatem fas fuisset uxorem dimittere, nulli prius id facere debuissent, quam Patriarchæ & ejus ævi homines, quibus propagatio generis humani, & præcipuè Ecclesiæ, certo populo alligatæ, solis incumbebat. Nec tamen vel horum quisquam cum infæcundis uxoribus, vel Jacob cum Rahele, quam Dominus cer-

6. *De Davidis postremis nupt.*

7. *De sterili conjugio Saræ.*

8. *Zachar. & Elisab.*

Helkan. & Ann.

9. *Jacob & Rachel.*

naturam ad habitum & exercitium non deducant, *ut ait Abb.c.2.de frig.& mal.* Spadones certè à matrimonio non excludunt leges, quamdiu spes est generaturos.

Quin etiam evidentes debent esse probationes ad inducendum divortium. Atqui plerunq; in certum est, unde sterilitatis origo accersenda, an ab uxore, vel marito, cum non rarò, quod uxori imputatur vitiũ, in viro hæreat. Interdum enim mulier in culpa est, interdum vir, interdũ uterq; & tum iniquum esset, soli mulieri exedendum obtrudi, quod ambo intrivissent. Multos generare videmus cum alia uxore, multas parere ex alio viro. *c.1.penult.& ult.de frig.* Tum igitur sterilitas oborta fuit non ex morbo mulieris, sed vitio utriusq;, & has steriles vocant Medici in comparatione ad virum, *Francisc.Bonam.lib.5.de aliment c.36.* quia, quod semina inter se debitam proportionem non habeant, hinc frustratur conceptus, ut innuit Hippocr.*lib.de ster.& 5. Aphor.59.* & Plato *in Theat.* hinc adjecit partem officio obstetricum ut sciant conjungere invicem corpora apta ad conceptionem, & simul discernere, qui viri sint infæcundi, quæ mulieres steriles. Signum ex penetrante odore per uterum ad os & nares, ponit Hipp.& id per omnes intemperies deducit Gal.*5. Aph. com. 62.* Sed præterquam, quod nihil designet nisi densitatem uteri ex frigida & sicca intemperie, aut etiam humiditatem, in qua odor evanescat, ut illic explicat Gal.& notat Avic.*lib.3. Fen. 21. tract.1.c.9.* & proinde multas sterilitatis causas extra ambitum suum relinquat, sive à conformatione uteri, sive à semine & sanguine dependentes, nõ designat etiam morbos incurabiles, & proinde sterilitatem ad faciendum divortium non satis confirmat. Multò minus ad id sufficient cætera signa, quæ ad initium dicti *c.9.* recenset Avicenna, magis ex aliorum, quam sua sententia, quanquam Capivac.*lib.4.pract.c.5.* Rhud.*lib.2.c.59.* ea Avicennæ tribuant. Nam dum 7.grana hordei, totidem tritici, & totidem fabas septem dies in urina defodit, & si post germinent, fæcunditatem, si minus, sterilitatem inde conjicit, item dum urinas jubet profundere super lactucam, & eum sterilem pronuntiat, cujus urina arefacit lactucam, præterquam quod nescio quid Magicum affectet in primo experimento, in utroq; infert à qualitate urinæ ad naturam seminis, quod quam sit irrationale, vel illi sciunt, qui conceptum non posse ex urina dignosci sciunt & quanto intervallo, quò ad virtutes & functiones vesica & testes cum utero dissideant, probè pervestigarunt. Semen projectum in aquas, quod refert etiam Arist. *3.de gen. an.c.5.* licet propius videatur affectum designare, tamen ad viros solos re-

14. Mulieres quæ steriles in comparatione

15. Signa sterilitatis incerta.

16.

 fertur

fertur, & possunt mulieres ex multis aliis causis, quã improbitate seminis steriles fieri. Usq; adeò difficile est sterilitatem alicujus probare, nedum, ut incurabilitas ejus certis signis dignosci aut demonstrari queat. Quam diu verò superest spes generationis, tam diu non convenit benè cohærentia matrimonia disturbari, ut de Spadonum quodam genere tradunt JCti. *l. si servo. §. Spadoni. de jur. dot. l. sed est quæsitum. §. Spadonem. de lib. & posth. §. sed & illud. de adopt. Inst.*

17. *De impotentia.*

Si verò sterilitas prodeat ex notoria quadam impotentia, quæ tamen virum magis respicit, quam fæminam, licet & fæmina Eo, quo fæmina est, ita arctata & contorta esse possit, ut viro admittendo non sit ullo modo idonea, *l. quæritur. §. mulierem. de ædil. edict.* paulò secus distinguendum est, inter impotentiam, quæ præcessit, & quæ sequitur contractum conjugalem. Quin etiam discrimen ponendum inter impotentiã, quæ habitum, ut loquuntur Philosophi, radicitus tollit, & actum omnem secuturum excludit, & quæ habitum, quidem ad tempus suffocat, post aliquod intervallum ope medicamentorum restituendum. Varii enim sunt modi, varia discrimina impotentiarum, de quibus, ne teneriores offendamus auriculas, adeantur Scholastici *ad 4. sent. dist. 34. Panorm. & Hostiens. rubr. & tot. t. de frig. & malef. Corras. Annot. 2. in Arrest. Thol. Klingius in libell. de caus. matr. Rubr. de 7. Imp. Mercurial. lib. 3. de affect. hum. corp. c. 39. Augen. in Epist. Medic. in consil. pro marit. Impot. Francisc. Bonam. 5. de Alim. 36.*

18. *Variæ species Impotentiæ.*

19. *De incantatione Magica.*

Alia quippe accidit ex causis naturalibus, alia ex ligatura magica, quam Corras. in Vasconia frequentẽ esse testatur, ego verò in tota Gallia adeò familiariter observavi necti nodum, *lier le noed* ipsi dicunt, ut plerunque sponsi missis nocturnis, antequam lucescat, copulentur, ne ab incantatoribus per lucem conspiciantur. Mercurialis rationem sibi suppetere negat, qua id fieri posse demonstretur, se tamen fidem habere experientiæ & Juri Canonico. Rationem verò aperit Vierus *lib. 3. & 4. de præst. Dæm* Brassol. *4. sent. dist. 34. art. 1.* quam nos alibi latius deduximus, quod, cum Diabolus ex permissione divina habeat in manu & potestate sua causas naturales, qui per morbos incidere solet defectus, eum incutere possit sine morbo, impediendo Spiritus, quorum ope totum opus peragitur, extinguendo calorem testium, seminis generationem, & exitum, affluxumve sanguinis prævertendo, &c. Et quis possit illusiones omnes tanti artificis enarrare? Quia vero, quod ex maleficio infligitur, sola Diaboli fascinantis manu abacta restituitur, hæc verò abigi possit partim precibus, *c. si per sortiarias. 33. q. 1.* partim per Beelzebub ipsum, ad divor-

20. *An sit possibilis.*

21. *Et solvit conjugium.*

tium

tium in hoc casu properandum non est. Paracels. etiam occultis medicamentis curationẽ aggreditur, sed falsò præsupponit à Geniis oriri fascinium, & posse genios virtute aliqua magica cogi & ad nutum artificis compelli. Ulricus Molitor *in tract. de Lam. & Python.* in foro Constantiensi decretum scribit, ut, qui maleficio ligatus dicitur, Medicorum diligenti inquisitione exploretur, *arg. l. 1. de ventr. insp. c. fraternitatis. ubi gl. in verb. districtè. de frig. & mal.* & postquam constat de fascino, nihilominus triennium cogatur mulier eius infortunium ferre, quo exacto, si frustrà periculum restitutionis factum sit, Canones parti integræ copiam faciunt novarum nuptiarum. *c. 1. c. laudabili. c. fraternitatis & ibi gl. c. fin. de frig. & mal.* Quasi non etiam post annum tertium ligamen solvi soleat, & hic quoq; valeat ratio: Impotentiam non solvere matrimonium, nisi incurabilem. Quin etiam impotens pars disjungitur ab integra, non alia de causa, nisi quia propter dolum & errorem conjugium ab initio nullum fuit. Nullus verò dolus præcessit, ubi vir præter spem in hanc calamitatem incidit.

Pari jure non solvitur matrimonium, si impotentia, ex paralysi, convulsione, frigida intemperie, aut inopina castratione, post copulam consummatam superveniat. *c. hi qui. 32. q. 7.* Inopina dico, quia si quis ad invidiam, & in fraudem conjugis virilitatem sibi excindi volens curet, quemadmodum Patriacha Constantin. contrita virilia ostendit, *Zon vol. 2.* & Monachus quidam ea sibi excindi rogavit, ut justam fratrum accusationem evidenter redargueret, *VVier. lib. 3. de præstig. dæm. c. 18.* ex malitioso dolo emolumentum capere non deberet, *l. 1. de dol. & contum. l. lege §. fin. de sic.* sicut nec mulier, quæ conscia fuit impotentiæ mariti, ab eo divortium impetrare potest, *c. consultationi de frigid. & malef.* propter dolum, quem machinata præsumitur. Beza tamen & hoc conjugium damnat, quia ludit benedictionem divinam, finem nullum conjugii attingit, & subsistere non potest, sine continuo homicidio, dum semen muliebre frustrà toto decursu matrimonii prodigitur. *de divort. in fin.* Nec consensus mulieris, etiamsi suam injuriam detergeat, ab iniquitate excusare potest, quod suapte natura detestabile est. Interim tamen, si mulier pertæsa viri sententiam mutet, & divortium petat, propter dolum audienda non est, ne ex peccato emolumentum sentiat. Ubi verò absq; dolo alteruter conjugum inhabilis fit ad reddendum debitum, ut Scholastici loquuntur, non aliter compatiendũ est parti sanæ, ac si morbus talis incidisset, qui commixtionem corporum itidem prohibuisset.

23. *De impotentia ex morbo.*

24. *Quam pars decepta præsciviit.*

25. *Quæ post incidit.*

26. *Quæ præcess. sit incurabilis.* Sed si impotentia incurabilis præcessit matrimonium, & innocenti personæ fucus factus fuit, non tenere matrimonium planum est, *c. 1. c. requisivisti. 33. q. 1. c. 1. & 2. c. laudab. c. fraternit. de frig. & malef.* non, quod nuptiæ per copulam carnalem, quæ hic nulla intervenit, perficiantur, sed quod contractum insidiosa deceptio statim ab initio nullum irritumve fecerit. *§. si vero. Auth. de nupt.* Ad conjugalem enim convictum unusquisque contrahentium afferre tenetur, quæ faciunt ad obtinendum finem, cujus gratia societas instituta est, & hac conditione frigiditas tacitè excluditur. Qui verò suæ impotentiæ sibi conscius stipulationem nihilo-
27. minus init & benedictioni Ecclesiæ, fæcunditatem apprecantis, se sistit, non tantum credulam sponsam fallit, sed & Ecclesiam & Deum ipsum ludibrio habet, & proinde nec contractus tenet, nec benedictio locum invenit. Non enim videri potest nupta, quæ virum pati nequit. *l. pen. quan. dies leg. ced. c. fraternit. de frigid. & malef.* Impotentes autem voco, qui nativa quadam frigiditate torpent, nec unquam excitari possunt. *c. ex literis. c. laudab. de frig. & malef. c. quod autem. c. requis. c. si quis acceperit. 33. q. 1.* Hippocr. *in lib. de aer. aq.* potentiam generandi perire statuit, si venæ incidantur post aures, quod probat experientia Scytharum. Sed & hæc experientia fallax est, quia præsupponit semen à cerebro derivari per venas pone aures. Hippocr. verò *in d. libr.* non obscurè causam refert ad nimiam refrigerationem, cordis & cerebri, ob sanguinis effusionem, ad equitationem assiduam & hinc excitatum dolorem coxendicum, Spiritus exhaurientem, viresq; dejicientem. Tum demum certus esse potest judex de irreparabili impotentia, quando vel membrum virile, præfectum, & corporis tam necessaria pars abest, *ut ait Paul. l. sin autem. de Ædil. edict.* vel testes ablati sunt, aut viæ seminis inversæ vel præcisæ. Sic enim per
28. *Quibus signis constet de incurabili impotentia.* descriptiones potius, quam incerta Spadonum, Eunuchorum, Thlibiarum & aut Thlasiarum nomina, rem determinamus. Nam Vlpianus Spadonum. *l. Spadonum 128. de V. S.* Theophilus Eunuchorum nomen generale facit. *§. sed & illud. Inst. de adopt.* Et spadonum etymologia generalis non est, sed ab evulsione cremasterum, ἀπὸ τοῦ σπάειν, sic dicuntur, sub qua quidem significatione, θλιβίαι, ἀπὸ τοῦ θλίβειν à contritione te-
29. *Genera Spadon, Eunuch & ...* sticulorum sic dicti, aut θλασίαι, ἀπὸ τοῦ θλάειν à frangendo, non continentur, nisi vocabulum σπάειν transferas etiam ad contorta, ut ex voce σπασμὸς demonstrat Godd. *ad d. l. spadonum. n. 2.* & hinc defendit generalitatem Vlpiani. *in d. l. spadonum.* Eunuchi verò non denominantur à quadam

quadam partium genitalium depravatione, sed ab officio, & conservatione cubilis, ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν, quasi diceres, *ut ait Scaliger. ex. 277. sect. 3.* lecti custodes, *Perer. in c. 38. v. 36. Genes.* & proinde, quia huic officio Spadones quicunq; præfici possunt, pro genere posuit Theophilus nomen Eunuchorum. *de quibus omnibus vide Vlpian. in d. l. 128. & ibi Alciat. Brechæ. Forner. Godd. de V. Sign. Budæ. in post: Annot. Conna. 2. jur. civ. com. c. 15 n. 9. Cujac. lib. 17. obs. 24. Scal. ex 277. sect. 3.* Quibus verò virilia omnia ablata sunt, quos castratos vocat Theoph. *d. §. sed & illud*, Græci, ἀποκόπτους & ἐκτομίας, ijs nuptijs meritò interdicitur, quia generare nunquam possunt, quo referimus & illos, quibus ambo testes execantur. 30. Castrati.
Nam opinionem Averrhois, *in lib. Coll.* quod etiam sine testibus semen emittere, & generare animalia possint, in disputationibus Anatomicis rejecimus, cum testibus inter principia seu instrumenta generationis debeatur principatus. Constat quidem Eunuchos esse *amatores mulierum maximos* & August. *6. contra Iulian. Pelag. c. 14.* concupiscentiam eorum ait castitate non frenari, cum Caligonus, Valentiniani Junioris 31.
Eunuchus, meretricis confessione convictus, gladio ultore punitus sit: *Neq; enim*, inquit, *in libro Ecclesiastico adhiberetur inde similitudo, atq; diceretur: videns oculis atq; ingemiscens, quasi Spado complectens virginem & suspirans, sed conatum illum ibid. vocat* August. *irritum*, quia ob defectum testium, semen emittere nesciunt. Quibus verò pueris contriti sunt tantum testiculi, quod digitis fieri solitum testatur Ægineta *lib. 6. c. 68.* ii, teste eodem *in d. c. a l fin.* interdum ad appetitum Venereum redeunt, & fortasse etiam, si non fuerint exquisitè contriti, semen emittunt. Quibus vel nodo incurabili, obturatæ sunt viæ, aut cultro præcisæ, ut in sectione herniæ & calculi ab incautis Chirurgis fieri solet, in ijs consequenter evanescere generationem necesse est, non quod vis generandi extinguatur, sed quod exercitium seminis vel generandi vel ejaculandi impediatur. Infibulati verò & quos ἀποσπαδίας vocat Gal. *15. de V. P. c. 3.* ab adoptione & conjugijs prorsus arceri non debent, *Franc. Bonam. d. c. 36.* quia generationi prorsus non sunt impares, *ut censet Brechæ. d. l. 128.* sed *ut addit Galenus*, absciso vinculo semen, quod in contorto meatu retinebatur, emittunt, & generant. Idem statuendum de iis, quorum mentionem facit Rufus *apud Oribas. lib. 6.*

Vtrum

lic. matr. & expressè Canones iis ex causis negant conjugium separari. *c.
quod proposuisti. c. requisivisti. 33. q. 1. c. hi qui. c. ne ȝ. furiosus. 32. q. 7. c. 1. & 2. ubi* 3
Panorm. de conj. lepr. c. consultat. de frig. quibus consentiunt Theologi nostri. *Melancht. in loc. de conjug. Beza de divort. pag. 90. & 225. Hemming. in lib. de conjug: VVigand. de divort. §. propter morbos. Beust. de matri. part. 2. c. 9. & 10. Alber. Gent. c. 18. & 19. libr. 6. de nupt. Menz. de matr. t. de divor.* Primus Leo Imp. non tantum sponsalia, sed & matrimonium ipsum, lege lata dirimit, & Rhetoricis rationibus jus illud novum deducit, *Constit. 111. & 112. Harmen. lib. 4. Epit. t. 1.* quas valdè graves & magnas dicit *Reusn. q. 8.* Sarcerius quoq; in casu lepræ & morbi incurabilis, parti sanæ facit novarum 4.
nuptiarum copiam *in libell. de caus. matrim.* si se continere nequeat, ad præ- *Qui contra*
vertendam turpiorem fornicationem. Quantò rectiùs Beza aliud reme- *sentient.*
dium ostendit contra incontinentiam, corporis scil. per abstinentiam & labores coërcitionem & preces indefessas, quibus pondus Deus non præsumitur denegaturus, cum ipse obstaculum alteri remedio objecerit, & non temerè, qui petit, ordinatum à Deo remedium, ut Pontificii sacrifi- 5.
culi & Monachi solent, negligat aut repudiet. Iis enim solis, quibus ho- *Refutantur.*
nestè & salva conscientia licet, dixit Paulus: *Qui se continere nequit, nubat in Domino.* In Domino non nubit, quæ nubit contra jus & præceptum divinum, quod etiam ægroti conjugio partem sanam illigat, quia nullis pejus convenit solitaria vita, quam ægrotis & furiosis: nemo plus indiget adjumento, quam qui adjumentis à valetudine destituitur.
Ut in procellis præcipuus est usus anchoræ, ita amicitiæ in adversis. Nam 6.
ut aurum purissimum in ardenti fornace probatur optimè: ita uxor in miseria viri. *Cas. 2. Oecon. c. 1. q. 6. & 7.* Aristoteles addit *honoratiorem fieri uxorem cum viro infortunato, quam felici. 2. Oec. c. 1.*

Si nihil infesti durus vidisset Ulysses,
Penelope felix, sed sine laude foret. ait Ovid.

Atheniensium fidem, & mutuos amores laudat Thucyd. *lib. 2.* qui non abstinuerunt sese invicem invisere, licet de contagio non dubitarent. Viget enim finis secundus, licet cesset primus, vid. generatio prolis. Nec propter prolem non susceptam dirimenda sunt conjugia, si impedimentum contractis & benè jam constitutis superveniat, quia firmitas eorum æsti-
matur ex articulo temporis, quo contrahebantur. Si tempore contracti 7.
fœderis furor detinuit alterutram contrahentium, propter defectum consensus, contractus judicatur irritus, *l. 16. de rit. nupt.* sed *postea inter-*

veniens, ait JCtus, *contractū non infirmat, l. 8. de spons.* Si eodem tempore, Elephantiasi, Lepra, lue Gallica incurabili, nec non paralysi, aut alio morbo fontico, qui præcipuè inducat impotentiam, aut periculum mortis ex contagio, alteruter contrahentium laboret, contractus itidem nullus erit propter dolum unius partis, & errorem alterius circa essentialia matrimonii.

8. *An furor & morbus superveniens solvat sponsalia.* Sed si superveniat furor aut talis morbus, promisso & consensu mutuo stabilito matrimonio ante copulam carnalem, Beza censet non esse amplius progrediendum, sed sponsalia rescindenda, *de repud. pag. 90. & seq. cui subscribit Cypr. c. c. 13. de matrim. §. 59. n. 1. Hemming. in lib. de conj. t. de caus. repud. Beust. de spons. part. 1. c. 20.* contrà quam leges civiles statuunt, *d. l. 16. d. l. 8. l. 22. §. si maritus: sol. matr.* quæ sponsalia viciata & irrita non pronuntiant, nisi ex furore intractabili, cui cohabitari sine discrimine vitæ non possit. *Alex. in d. §. si maritus. Covarr. part. 2. de matrim. c. 7. §. 5. n. 6.* Disputat in Bezam plurima quoque Alber. Gent. *6. de nupt. c. 18. & 19.* ex hoc fundamento, quod conjugii vinculum nascatur non ex commixtione corporum, sed mutuo consensu, & proinde ratum sit & à Deo nexum ante consummationem, nec magis solubile ante, quam post copulam, cum Adam etiam ante commixtionem carnis, os de ossibus suis agnoverit in Eva, & cum ea sese abiisse pronuntiarit in unam carnem, *Gen. 2. Corras. c. 4. Senat. Thol. cent.* Vitanda quidem sunt matrimonia furiosorum, leprosorum & aliis contagiis insanabiliter infectorum, ut multis rationibus ostendit Bonav. *4. sent. dist. 35 q. 1.* & evincunt ferè etiam argumenta Leonis *in d. const. 111. & seqq.* quia à leprosis inutiles concipiuntur partus, quos olim Germani in Rhenum, *teste Galen.* Lacedæmonii in Taigetum, *teste Plut. in Lycur.* abjiciebant, ne Reipubl. probro essent aut detrimentum cæteris civibus inferrent: A furiosis, autem si quid conceptum sit & in lucem editum, educari nequeat: tum insuper, quia qui properat sive in leprosæ sive furiosæ mulieris amplexus, utrobique in præsentaneum se conjicit vitæ discrimen, & audiendus non est, perire volens *l. 13. de appell.* Nec auxilium sperare mutuum habet persona sana, dum ipsa se totam cogitur impendere sibi non profuturis dispendiis: Nec ad benedictionem divinam, qui furit, se sistere potest, nec affectionem & consensum matrimonialem publica voce coram facie Ecclesiæ repetere, & quæ præterea ab aliis huc afferuntur. Cæterum, postquam legitimè in individuam omnis vitæ societatem semel ab utrisq; libera voluntate consen-

9. *Cur vitanda sint furiosor. & leprosor. conjugia.*

10. *Quæ ab iisdē contracta sunt nō solvuntur.*

consensum est, quæ Deus immittit, infortunia, patientiâ superanda potius sunt, quam temerario & sacrilego ausu contrà dictamen voluntatis divinæ excutienda, semper occinente divina voce: *Homini fas non esse, separare, quod Deus conjunxit:* itẽ. *Nemo carnem suã odio habuit.* Licet enim lepra inficiatur pater, aut in Melancholiam furiosam incidat, non propterea desinit esse pater, aut à liberorum commercio & ope sequestrandus est. Quantò minus fas erit uxori deserere maritum, cum propter hunc sæpius deserere parentes teneatur, nunquam autem maritum propter parentes. *Deus* enim *ipse* ait Arist. 2. *Oecon.c.1. imposuit legem mulieri*, & improbè exprobrat uxor Jobo ex pietate, ut ipsa errabat, obortas calamitates, *Iob. 3.* quibus uxorio affectu condolere potius debuisset, & pro jure arctissimæ amicitiæ, parte earum in se derivata, maritum intolerabili istoc onere liberare. Nam quod communiter ob furorem separant habitationem, *ut tradit Alexand. in d. l. si cum dotem.* §. *si maritus. sol. matr.* id nec ipse Alex. *ibid.* probat & non prius admittendum est, quam si furoris violentia nulla arte demulceri, nullis viribus compesci, nullis catenis ligari potest. Tum enim vitæ innocentis consulendum, quam temerè velle insano furori objicere, quid esset, quam Deum tentare & in cædem præsentem aliquem agere? Multò minus probandum, quod Jus civile ob furorem intractabilem nuptias prorsus dissolvat. *d. l. si cum dotem l. 4. de divort.* Facilitas enim ista adhuc testatur de Romanorum, in concedendis divortiis, nimia temeritate, quam Christianis imitandam non esse supra diximus. Quin etiam ex hac ratione, ne tentemus Deum & in præceps periculum scientes volentes ruamus, improbat Alciat. & Beza *capit. 2. de conj. lepros.* quod thorum vetat separare propter lepram. Si medicamentis contra contagium satis armata sit pars sana, aut alias ob bonitatem naturæ ab eo sibi non metuat, causæ nihil est, cur separari vel ad thorum debeant. Cæterum, si pernicies certa ex infectione expectetur, bona conscientia in eam nemo se præcipitare tenetur. Interim manente vinculo ad omnia boni conjugis officia adigi potest pars sana, ut prolixius demonstrat Vives *in lib. de off. conj.*

11. *Quo casu furor solvat contractas nuptias.*

12. *Nec nõ lepra.*

SECT. 10. Utrum vinculum solvatur per crimina alterutrius ex conjugibus.

1. *Crimina, ex quibus creditur solvi conjugiũ, digeruntur in duas classes*
2. *Non esse recedendum à jure divino, ex causa quadam levicula.*
3. *Quinam quibus rationibus moti novas causas divortiorum extra jus divinum addiderint.*
4. *Non licere cuiquam novas causas juri divino addere.*
5. *Nec Mòsis divinam dispensationem contra interdictum Christi in N. T. locum habere.*
6. *Crimina, quantumvis horrenda, conjugia non dirimunt.*
7. *Quæ verò in matrimonij vinculũ redundãt, inter quæ adulterium primas tenet, ad dissolutionem sufficiunt.*
8. *An sub adulterio contineatur fornicatio Spiritualis.*
9. *Præcipuè, si hæreticus nitatur vi aut insidiosè conjugẽ à fide avertere.*
10. *Fornicatiõnẽ Spiritualem à Christo non contineri sub adulterio.*
11. *Multæ aliæ causæ divortiorum ad adulterium revocantur.*
12. *Quibus de causis Imper. in mulieribus, quam viris castitatem majorem requirat.*
13. *Quam arctis legibus mulierum castitatem circumscripserint Græci, Roman. Arabes.*
14. *Nec non hodie Turcæ, Muscovitæ, Itali.*
15. *Romani dimiserrunt uxores ex suspicione adulterij.*
16. *Ex lascivis osculis nasci suspitionem adulterij.*
17. *Clericus cum virgine non præsumere orare: Pater noster.*
18. *Periculosa cohabitatio Monachorum & Monialium.*
19. *Quid fuerint fœminæ subintroductæ.*
20. *Ob osculum Vasallus feudum, mulier amittit dotem.*
21. *Osculum præbet pravam præsumtionem.*
22. *Quod tamẽ dijudicandum ex moribus cujusq; regionis.*
23. *Causæ, quæ inducunt præsumtionem adulterij, in quantum operentur divortium.*
24. *Fæminas incurrere suspitionem impudicitiæ, si lascivè circumcursitent & se ostentent.*
25. *In suspecto colloquio cum uxore deprehensum marito licet impunè interficere.*
26. *Examinantur crimina, quæ in conjugij noxam non vergunt, nisi ex accidenti.*
27. *Quid sit, & quando ceperit veneficium.*
28. *Veneficium intentatum, si caveri possit, non tollit vinculum conjugij.*
29. *Necessitas verò ex periculo vitæ inducta, tollit legem.*

30. Ma-

30. *Magistratui ostenditur aliud remedium contra veneficos.*
31. *Utrum sævitia intolerabilis solvat nuptias.*
32. *Qui affirment.*
33. *Maritus sæviens, utrum sub desertoris definitione comprehendatur.*
34. *Probatur affirmativa.*
35. *Dummodo ad divortium non properetur.*

QVod attinet cæteras causas, ex quibus leges Imperatoriæ divortia indulgent & conjugibus discedendi copiam faciunt, eas digerimus in duas criminum classes, quorum alia vergunt directò in conjugium, alia convellunt quietem & statum Reipubl. Leviores enim causas, ex quibus ait Leo interdum solvi conjugium. *d. const. 111.* meritò rejicimus, quia urgentissimam oportet esse ratione, cujus gratia à divino jure recedatur. *c. dispensationes. c. tali. 1. q. 7. c. cum tanto. ubi Roch. sect. 2. n. 3. de consuet.* Imò Gregorius IX. in jure positivo demum distinguens, utrum causa sit probabilis, satis apertè supponit distinctionem in jure divino locum non habere, *d. c. cum tanto,* quia inferior nequit tollere decreta superioris, *c. inferior & ibi gl in verb. ligare. de maj. & obed. Clem. Rom. in pr. de Elect.* præcipuè si clausula prohibitoria sit adjecta, quemadmodum Christus divortia, excepto casu adulterii prorsus sustulit. Nam quod Alciat. *6. Parerg. c. 20. Corras. c. 4. Cent. SCt. qui opinionem suam tribuit VVicleff. li. 4. Dial. c. 21. & Erasm. in Annot. ad c. 7. Ep. ad Corinth.* plures posse causas, adulterio æquipollentes, admitti disputat, & id probat autoritate veteris Ecclesiæ, quæ Theodosii, Justiniani, & Leonis legibus ex pluribus causis divortia indulgentibus, non intercessisse legitur, item quod Martyr. *in 1. Cor. 7.* non impiam sed verisimilem & quæ difficulter rejici queat, vocat opinionẽ eorum, qui adulterio causas alias adjiciunt, unico hoc ariete facilè subruitur, quod conjunctioni divinæ, nemo obrogare queat, nisi Deus ipse. Deus non autẽ autoritatem suam relaxavit in solo casu adulterii, nec fas est homini ulterius progredi: nec Paulus ulterius progressus est, quippe, qui causam novam divortij non adjecit, sed post dissidium, personæ fideli desertæ consilium dedit. Et ut Paulo potestas ea competiisset, non competiisset Imperatoribus, quia Paulus loquebatur ex Spiritu & verba sua à Domino mutuatus erat. Magistratus verò, etsi loco Dei imperet in Politicis, contra dispositionem tamen divinam, in rebus sacris, & conscientias concernentibus, nullam decernendi facultatem nactus est: *ut in lib. 2. de jur. Maj. c. 3. prolixè deduximus.* Nec redeundum hic est ad causam, quæ Mosen permovit, quia Deus tum dispensavit de prima naturæ lege. Post-

1. *Duæ classes criminum.*

2. *Ob leviora non est distrahendũ conjugiũ.*

3.

4. *Juri divino non licet alias causas cuiquam addere.*

5. *Mosis dispensatio locum non habet in N. T.*

quam verò Christus viam hanc occlusit, & primævæ institutionis jus revocavit, expressimq; adjecit: extra culpam adulterij dimissam, mulierem justo conjugio, absq; adulterio, non posse alteri viro copulari, frustrà & absurdè allegatur pertinacia cordis, tanquam causa sufficiens ad permittendum adulterium. Tantum enim peccatum in Rempub. introducendum non est, propter solam pervicaciam hominum. Quod enim Deus in veteri Test. Judæis indulserat, id in novo nunc revocavit, ut tantò minus licentia peccatoribus daretur, quantò Christianos convenit Judæos perfectione ant ecellere. Nec illud alicujus momenti est, quod Ecclesia non intercesserit legibus Imperatorum Christianorum, quia prostant tam scripta patrum, quam decreta Synodorum, quibus divortiorum licentiam in tantam compingunt angustiam, ut ab infausto vinculo etiam illum nolle liberare videantur, à quo per adulterium alter se abruperit.

6. *Crimina, quæ non dirimunt nervum conjugij, non rectè censentur inter causas divortiorum.*

Propterea cum crimina, ob quæ solvitur conjugium jure Imperatorio, duorum sint ordinum, quæ conjugium non attingunt, à conjugii separatione meritò amoventur, quemadmodum paulò ante diximus, ut sunt illa, quæ *in d.l. consens.* referuntur: *Perduellio, Homicidium, Veneficium, Sacrilegium, Crimen falsi, Sepulcri violatio, Plagium, Latronum receptio & defensio.* Si enim magistratus officium faceret, & crimina tam atrocia ultimo supplicio prosequeretur, dubitatione hac opus non esset. Vbi verò magistratus cessat, ut conscientiæ suæ & mariti consulat mulier, ex jure conjugiali & indissolubili vitæ consuetudine tenetur maritum exulem sequi, nisi necessitate quadam domi detineatur, ut nuper diximus, atq; ita hæc crimina, licet sint graviora adulterio, ut objicit Corras. *d.c.4.* tamen non solvunt conjugium, quia graviora quidem sunt absolutè, aut in Repub. sed non in conjugio, in cujus pernitiem directò vergit adulterium.

7. *Adulterium disrumpit vinculum conjugij.*

Cætera, quæ *in d.l. consens.* enarrantur crimina, ad conjugii ipsius naturam pertinent, & quia vinculum ipsum attingunt, & fidem conjugalem frangunt, plus videntur habere ponderis ad ejus dissolutionem, quam quævis ex reliquis. Et de adulterio quidem dubium non est, quia adulter prava sua inclinatione ultrò recessit à fœdere, & sacrilego ausu separavit, quod Deus conjunxit. Abrupto autem vel dissecto vinculo innocens persona meritò libera pronuntiatur, quia à generali divortiorum interdicto ipse Christus excepit causam adulterii. *Matth. 5. & 19.* Verum

rum Alciatus adulterium dupliciter accipit, proprium & Spirituale, & dum utrumq; proponit, tanquam causam divortii, sub hoc pallio invehit omnia crimina, quæ separant hominem à Deo. *arg c. 4. & 5. 28. q. 1.* Canonistæ pro tertia causa separationis quoad thorum & habitationem constituunt Spiritualem fornicationem, seu hæresin. *c. de illa. de divort. c. fin. ubi Abb. & Ioh. Andr. de conv. conjug. Covar. part. 2. de matr. c. 7. §. 5. n. 7. Alphons. à Castr. lib. 2. de just. hæret. punit.* idq; contra manifestum præceptum Apostoli 1. *Cor. 7.* qui vetat fidelem abscedere ab infideli, si infidelis non detrectet cohabitare. Quod si verò pertinaciter & vi velit hæreticus conjugem in suos pertrahere errores, tum demum consulendum erit saluti animarum, nec demonstrat voluntatem cohabitandi, qui dolo vel vi in id unicè incumbit, ut conjugi innocenti ob veritatem & sincerum cultum Dei negotium facessat, & molestiam creet. Nec tum ratio Apostoli amplius locum habet: *In pace vocavit nos Deus*, nec spes est conversum iri tam importunum hæreticum ad fidem, cujus lucri gratia inæqualia conjugia tolerantur. Si verò sit absq; insidiis animæ, aut vi, propter solam hæresin, thorum & habitationem non licet parti fideli deserere, ut supra diximus. Nam Metaphoricum adulterium, sub nomine veri adulterii à Christo non comprehendi ex addita ratione patet, quia hæresis aut infidelitas non discindit vinculum à Deo nexum, quemadmodum adulter carnem suam ab uxore divisit, postquam illam applicuit scorto, aut adulteræ. Proinde, cum odiosa non sint, ultra casus expressos extendenda, per adulterium accipimus solum illud peccatum, quo immediatè dividitur nexus conjugalis, & illud rectè inter causas divortiorum ab Impp. refertur.

8. An etiam adulterium spirituale.

9. Si accesserit violenta ad errores coactio.

10. Fornicatio Spirit. non continetur sub adulterio

Quædam verò adduntur huc pertinentia, ex quibus quidem non demonstratur, sed verisimiliter præsumitur adulterium. Virum enim repudiandi facultas uxori datur, *si vir familia vel uxore inspiciente cum impudicis mulieribus cætum inierit. Viro* verò, *si mulier viro ignorante vel nolente convivia extraneorum appetierit: si eo ignorante sine justa causa foris pernoctarit: si extra viri voluntatem ludis & spectaculis inhæserit: si cum viris voluptatis occasione lavetur: si vivo marito cum alys de suis nuptys sit locuta.* Et mulieris quidem castitatem arctioribus cancellis circumdedit lex, quia adulterio gravius peccat, supponendo fœtum scorteum, majoremq; famam in ea patitur fornicatio, & deniq; quia procliviores ad libidinē præsumuntur

11. Multa alia crimina ad adulterium revocantur.

12. Quare mulieres Imp. castitati diligentius illigaverit.

fœminæ

prohibentur. *Vide & Ian. Duf. in itin. Const.* Muscovitæ inter honestas mulieres non annumerant, quæ domi non vixit conclusa. *Sigism. Baro in hist. Musc.* Quam arctè contenteq; hodie serventur honestæ uxores adhuc in Italia, nemo ignorat, nisi qui limina eius nunquam calcavit: ad quod ex pristina Roman. severitate adhuc superesse videtur. Nam 15.
& olim Sulpitius, Sempronius, & Antistius, uxoribus nuncium remisere, quod inscio viro, ludos spectassent, quod aperto capite foras prodiissent, quod in publico cum infami libertina sermones copulassent. *Val. lib. 6. c. 3.* Hinc factum, ut tam severos se exhibeant Impp. in eas mulieres, quæ saltem documentum præsumti adulterii impudica conversatione dedissent, aut ad ea loca properassent, unde in illud crimen præcipites traherentur, quemadmodum balneas apud Turcas amoris conciliatrices vocat Busbeq. *d. Epist. 3.* & Plautus ait:

Romani dimiserunt uxores ex suspitione adulterij.

Qua vult cubare, pangit saltem suavium 16.

Donatus *ad illum Terent. vers. Extrema linea amare haud nihil est. Eunuch act. 4. sce. 2.* quartum locum in linea amoris assignat *Osculo*, ut & vulgaris versiculus, *quem refert gl. 1. in l. quod ait lex. de adult.*

Ex osculis lascivis nasci suspitionem adulterij.

Visus & alloquium, tactus, post oscula factum. Nam, ut ait Ovid.

Oscula qui sumsit, si non & cætera sumsit,
Hæc quoq; quæ data sunt, perdere dignus erat.

Quemadmodum percussio homicidij ita colloquium & amplexus præparatorium est libidinis, ait Aug. *in l. 2. col. fin. de priv. de l. gl. in l. 1. de var. & extraord. crim. in c. non oportet. dist. 81. in c. nec aliqua. 27. q. 1.* Tacitus *lib. 14. Ann. in pr. lasciva oscula*, vocat *prænuntias flagitij blanditias*, 17.
& refert Isernia ex Cicer. quod *osculum sit pars adulterij. c. 1. §. turpiter luserit. Quib. mod. feud. amitt.* Propterea ex his & id genus violentis conjecturis, tanquam exordiis adulterii, progrediebantur Rom. ad facienda divortia, quoniam quicquid præsumant Canones de amplexu & secreto sermone Clericorum, *t. de cohab. Cler. gl. in c. absit. 11. q. 3. Specul. de præsumt. §. 2. vers. 1. Angel. in malef. gl. che hai adulterato, col. 3.* quos adeò ab omni criminis suspitione alienos reputat Specul. *in t. de judic. deleg. §. superest*, ut eos judices tolerari posse in propria causa censeat: Non omnes, qui uxorũ oscula delibant, præsumuntur benedictionem affricare, aut orationem in aures immurmurare. Aliud suadet ætas & coacta continentia:

A juvene & cupido credatur reddita virgo?

 Baldus

Baldus ne ipsum quidem Thomam Cantuar. Archiep. post martyrium,
18. ut referunt, in album Sanctorum relatum excipere & extra suspitionem
criminis ponere voluit, *c.1. ut lit.pend. ut repetit Corrasius Misc.c.7.n.7.* Dif-
ficile est credere, quod narrat Cyprian. *lib.2.Ep.11.* de virginibus cœliba-
tum professis, quæ in eodem lecto cum viris manebant, & tamen per in-
spectionem obstetricum se virgines probabant. Asprenas *apud Sen. 1.*
Contr. 2. virginitati ne in sacerdotis quidem ædibus satis prospectum
censeas: *Non legerem te*, ait, *sacerdotem, etiam si Sacerdoti servisses.*
Nazianzen. *in gnom. distich.* contubernalem mulierem vetat haberi à Mo-
nacho. Concilium Nicænum vetuit à clericis haberi mulieres quas σu-
19. νεισάκτους Græci, Latini *subintroductas* vocant, *c. Interdixit. dist. 32.* qua-
rum usu presbyteris etiam interdixit Nicol. *in c. nullus. dist. ead.* & integro
sermone habentes συνεισάκτους perstringit Chrysost. Causam adjicit Eu-
seb. *lib.7. histor. Eccl. c.26.* de Samosateno agens, quod licentia cohabitan-
di quidam abusi in fornicationem inciderint. *Subintroductas* autem
vocant Imperatores *Extraneas* mulieres, *l. cum qui probab. 19* *ubi latè*
Godofr. C. de Episc. aud. quæ non sint conjuges, & cohabitent tamen patro-
cinii causa, cum parentibus & tutoribus destituantur, *ut Chrysostom. in ea*
orat: explicat. Beatus Rhen. ad c 26. lib.7. Eus. Cujac. 2. observ. c.29. Feudum
20. certè amittit, Vasallus qui lasciviter osculatur uxorem Domini *d.c.1. quib.*
mod feud. amitt. & communis est opinio Baldi, *in c. tuæ. de procurat.* quod
uxor ob osculum alteri concessum perdat dotem, quasi adulterii rea, *Ioh.*
Lupin. rubr. de donat. §.78. n.10. Sylva nupt. libr. 4. n 76.78. quod sic limitat
Nicol. Bellon. *in rubr. n. 181. C. de Edend.* & ex eo Covarr. *par. 2. de matr. c 7.*
§.6. n. 4.5. ut non aliter procedat, quam quod per indubitatam præsum-
tionem inducatur culpa adulterii, à qua si mulier se fortioribus docu-
mentis liberaverit, ex sola suspitione ne dotem quidem amittat. Interim
ab omnibus valida præsumtio adulterii, & tentatæ pudicitiæ ex osculo
induci creditur, adeò ut in urbe Neapolitana capitale sit osculari aliquam
mulierem, *Grammm. cons. crim. 48. Cæsar Vrsill. in addit. ad dec. 276. Affl. ubi Af-*
flict. hanc rem in utramq; partem disputat. & Athenis olim Pisistrati uxor ad
patibulum rapi volebat incontinentem juvenem, qui filiæ ejus præ a-
more osculum in via impresserat. Eam tamen Pisistratus repressit,
Si amicos, inquiens, *tã duriter tractabimus, quid faciemus inimicis?*
Antonius Vererius Dux Venet. proprium filium Aloysium in carcerem
conjecit, quod invitæ mulieri osculum præripuisset. *Boss. in tract. crim. Pe-*
trus Martell. in hist. princ. Venet.

Sed

Sed hæc omnia temperanda sunt ex moribus cujusque regionis. Nam si quis Gallicas mulieres, *Sylv. nupt. lib. 4. n. 78.* aut Anglicas, *Alb. Gent. 6. de nupt. c. 5.* aut Belgicas, *Kornem. de virg. c. 23.* tam strictis circumscribere vellet custodiis, ut Italicas, summam libertati earum inferre injuriam videretur. Usq; adeo melius præsumunt de suis uxoribus Germani, Galli, & Angli, quam Itali. Turcæ etiamsi levissimis de causis ab uxoribus discedant, tamen, ob balnearum frequentationem eas ædibus depellere nequeunt. *Busbeq. Epist. 3.* Quis à publicis colloquiis &, ut ipsæ eos indigetant, lepidis discursibus abigere Gallicas posset fæminas, quis à spectaculis Anglicas, nisi qui mores adeoq; naturam ipsam earum prius invertere cogitaret? vulgò Angliam vocant *delitias & paradisum fæminarum, gehennam equorum:* Et totos dies & illic & in Gallijs deducuntur mulieres otiosæ per plateas & hortos confabulatū, quod sine suspicione stupri in Italia tentari à nemine posset. Quemadmodum igitur ob osculum non aliter perditur dos, quam quatenus argumentum præbet præsumto adulterio, à quo tamen mulier accusata se contrariis indiciis eripere potest: *Alciat. 2. parerg. c. 20. Deo: in rubr. de jud. col. 1.* Ita causæ hæ omnes, quas *ex d. l. consens.* ad adulterium attinentes collegimus, divortio faciendo sufficientes non sunt, nisi quatenus aggravant adulterii probationem. Mulieris enim est domum servare, *Tit. 2. 1. Tim. 5.* nec per compita, fora, spectacula, per omnes vicos & angulos circumrepere, ut Xenoph. *in Oecon.* demonstrat ex mollitie & teneritate muliebri. Sabinæ virgines, cum spectatum venissent ludos alienos, alienæ libidini pudorem inscitæ prodiderunt. *Liv. lib. 1.* Sara peregrinatione longinquiori devenit in periculum adulterii coacti, & Dina, cum prodiret visum filias regionis, inauspicatò incidit in Sichemum, qui partim vi, partim blanditijs, animum ejus ad fornicationem deflexit. *Gen. 34.* Hujus periculi prævertendi gratia, Græci & præcipuè Lacedæmonij, *Plut. in Apoph.* jusserunt mulieres à scenis excesse, quem morem in suam Remp. translatum ille Romanos testatur Æmil. Prob. *in proœm. vit. Impp.* & Augustus, cum spectaculorum errores corrigeret, Fœminis gladiatores, quos promiscuè olim spectari solemne erat, non nisi ex superiore loco concessit spectare.

22. Aliæ nationes magis fidunt mulieribus, aliæ minus.

23. Causæ ex quibus nascitur præsumtio adulterij, quantum operentur.

24. Fæminas pudicas fas non est lascivè circumcursitare, aut se ostentare.

Athletharum verò spectaculo muliebrem sexum omnem adeò submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in

sequentis diei matutinum tempus: edixeritq; mulieres ante horam quintam venire in theatrum non placere. *Sueton. in Aug. c. 44. in fin.* Minutia Vestalis, propter mundiorem cultum, in stupri suspitionem venit, & sub terram defossa viva fuit. *Liv. lib. 7.* Posthumia ibidem causam incestus dixit ob suspitionem elegantioris cultus, ingeniumque liberius, quam virginem deceret, parum abhorrens à fama. *Liv. lib. 22. Plut. in lib quom. ex inim. cap. sit emol.* Alia in crimen incestus vocata fuit, quod versum edidisset:

Felices nuptæ: moriar, nisi nubere dulce est.

Et hanc excusaturus Seneca ait:

Non illi cultus luxuriosior: non conversatio cum viris licentior. Unum crimen vobis confiteor. Ingenium habet. Lib 6. contr. 8. Numa, etiamsi indultum raptis uxoribus honorem integrum relinqueret, verecundiam tamen majorem iis imposuit, curiositate interdixit, sobrietatem & silentium imperavit, vino abstinere voluit & marito absente, de rebus quoq; necessariis verba ab iis fieri vetuit. *Plut. in com. Num. & Lycurg.* Spartanæ uxores, quam virgines apertam ferebant, velamine claudebant faciem, cujus rationem assignabat Charillus: *quod virgines maritum sibi circumspicere, uxores inventum custodire deberent. Rhdig. lib. 13.*

26. Rectè igitur violentam & indubitatam præsumtionem pariunt hæc & si quæ his occurrunt æqualia, *c. ex literis. c. tertio loco. de præsumt.* usq; adeò ut Justinianus impunem habeat eum, qui deprehensum in occulto colloquio, suspecto loco, cum uxore sola, occiderit, ut adulterum, dummodò ter admonitus, ut ab illicitis hiscè congressibus sibi temperaret, non desierit ad mulierem redire. *§ hic quoq; Auth. ut lic. matr. & av. Auth. si quis ei. C. de adult. Afflict. de jur. protimis. col. 27. Sylv. Nupt. lib. 1. n. 102.*

Supersunt præterea quædam alia crimina & machinationes, non quidem directò in perniciem adulterii, sed alterius conjugum aut communis sobolis, tendentes, sed quarum noxa demùm ex consequenti redeat in ipsum vinculum conjugii, ut sunt, *veneficium in conjugem & liberos: si vir uxoris vitæ fuerit insidiatus, aut insidiantibus non restiterit: si verberibus ingenua indignis eam affecerit: Si uxoris castitati insidiatus aliis etiam eam adulterandam tradere tentaverit: si adulterii intentatam actionem non probaverit:* Breviter, ut

in

in jure Novissimo dicitur: *Si quocunq; modo insidiatus fuerit*. Ex parte uxoris verò: *si vitæ mariti insidiata sit, aut insidiantes sciens non indicarit: si manus audaces viro injecerit: si abortum sponte fecerit: si vivo marito cum aliis de suis nuptiis sit locuta.* Nam hinc infertur suspicio tam adulterii, quam insidiarum. In lege Romuli adjicitur *suppositio clavium*, & ut vulgò creditur, *falsi partus.* Verum ex nulla harum causarum in foro conscientiæ divortium peti aut concedi potest, quia in exceptione Christi non continentur. Utut enim veneficium simile faciat adulterio Alber. Gentil. *6 de nupt. c.5.* nunquam adeò sibi invicem similia statui possunt, quin essentia differant, & proinde jure optimo reddenda sit Gentili propria responsio *d. li.6. c.14.* non esse hic argumentandum aut ab una causa inferendum ad aliam, & malo more Judæorum non addendum causis divortiorum.

Veneficium nunc in genere accipitur, pro clancularììs vitæ humanæ insidiis, nunc in specie, pro insidiis parentum, liberorum, conjugũ, domesticorum aut familiarium, quod inter causas divortiorum posuit Romulus cum additione, Φαρμακείαν τέκνων, ex quo capite accusatur noverca *apud Sene. lib. 4. contro. 29.* Romani diu veneficium ignorarunt, donec anno V. C. 423. M. Claudio Marcello, T. Valerio Coss. primores civitatis inopina morte, pari eventu passim morerentur, & ancilla, coquendis medicamentis adhibita, Cossulibus insidias mulierum proderet. Deprehensæ enim sunt plures, quam 170, hujus maleficii consciæ & participes, quas omnes Senatus damnavit, *Liv. lib. 8. Val. 2. c. 26. Sabellic. Enn. 4 lib. 4.* Repetita postea sæpe quæstio, *Liv. lib. 40.* & Publilia & Licinia, nobiles fœminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, cognita causa, cum prætori prædes, vadesq; dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt. *Flor. Epit. lib. 48.* Quod si pari contentione hodie in veneficia inquireret magistratus, & comperta puniret, disputatione hac nihil opus esset. Sed paucis annis post, cum Scipio Africanus, qui pridie fortis ac validus domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus esset, & Sempronia uxor, in suspicionem traheretur, tanquam Venenum ei dedisset, hinc maximè, quod soror esset Grachorum, cum quibus simultas Africano fuerat, de morte tamen ejus nulla quæstio acta. *Flor. Epit. Liv. 59.* Unde Valer. *lib. 5. c. 3.* inter ingratæ patriæ exempla id retulit, quod autorem cædis maluerit ignorare, quam vindicare. Ceptum est igitur quæri de remediis mitioribus, cum graviora magistratuum indulgentia abhorreret.

27. *Quid per veneficium intelligatur.*

 horreret.

horreret. Imperatores, suspectos veneficii & insidiarum convictos conjuges, tanquam conjugio, quod improba machinatione dehonestassent, indignos, prorsus separandos censuerunt. *d. l. consen. Borcbolt. cons.* *16. q. 1. lib. 1.* Canones thorum saltem & habitationem distraxerunt, *c. 1.*
28. *Veneficium non solvit conjugium.* *ubi Bald. in fin. col. 1. Ut lite non cont. c. ex transmissa. c. literas ubi Abb. col. 2. de rest. Spol. c. 1. ubi Abb. & Prap. de divort. gl. in c. de benedicto. verb. Cautela. 32. q. q 1.* quousque ne tum quidem progrediendum est, si saluti ejus, cui paratum demonstratur veneficium, per satisdationem, cautionem, aut aliter consuli possit, *gl in c. ex transmissa, verb. sufficiente caut. de rest. Spol. Hippol. de Mars. ad l. ult. n. 21. C de sicar. ad l. un. n. 259. de rapt. virg. Vuesenb. in parat. t. de divort. & repud. n. 11. Covarr. part. 2, matr. c. 7. §. 5. n. 3. Beust. de Matrim. part. 2. c. 19. Sneidevv. part. 4. de nupt. n. 16.* quia nec hæc quidem thori & ædium separatio licita est, aut conscientias tutas & securas reddit, sed
29. *Nisi necessitas tollat legē* admittitur majoris mali vitandi gratia. Quæ autem *sic admittimus*, ait Chrysostomus, *nolentes præcipimus, quia malas voluntates hominum ad plenum prohibere non possumus, hom. 73. in c. 19. Matth. c. hac ratione. 31. 1.* Parti innocenti, cui locatæ fuerunt insidiæ, redeundum quidem esset ad maritum, sed quia impeditur periculo vitæ, quod indubitatum cogeretur simul adire, excusat ipsam necessitas, & proinde si *satisdatio, ut ait gloss. in c de Benedicto. 32. q. 1. in verb. sub cautela. in fin. malevolum propositum non mutat, arg. §. fin. Inst. de suspect. tutor.* nec de occultis machinationibus satis caveri potest, præstat, salvo conjugii vinculo, exacerbatos animos ad tempus sejungi, quam vel utrumque vel alterutrum in discrimen vitæ conjici. Magistratui verò in parato est remedium
30. *Magistratui ostenditur aliud remedium.* multò & justius & convenientius, ut scil. partem noxiam, & quæ reconciliari, aut ad stabilem se deduci tranquillitatem pati nolit, carceri tam diu mancipet, donec ad meliorem frugem revertatur, & si non amore, saltem metu pœnæ à domesticis injuriis abstineat. Sic enim pœna contingeret solum reum, & innocenti personæ non induceretur jugum ini qui divortii, quo ex matrimonio & ædibus mariti, præter suam culpam excluderetur.

31. *De sævitia* Quod idem valet quoq; in casu sævitiæ, ob quam, *ut ait Iason in l. quidam cum filium. n. 3. de verb. obl.* contingit quotidiè uxores à maritis secedere, conquerentes, se malè ab eis tractari. Ubi verò, ut in morbo inveterato, nihil proficiunt monita, nihil blanditiæ, nihil pœnæ & supplicia, sed speratæ reconciliationi repagula, nullis comminationibus perrumpenda,

rumpenda, objicit pertinax ira & inexpugnabile odium, utrum ad totalem separationem, & partis innoxiè vapulantis liberationem, post frustra expectatam & sæpius tentatam reconciliationem, devenire magistratui liceat, propter opinionum dissensiones dubium est. Lutherus & Philipp. *in lib. de conjug.* decisionem committunt arbitrio Judicis, quà ratione conscientiis consuli posse censeat, quib. subscribit VVigand. *in libell. de divort.* Testatur Borch. *in tract. de Grad.* in ducatu Megap. se sæpè vidisse diremta matrimonia publicè contracta, ob supervenientes implacabiles inimicitias, cui respōdet Cothm. *cons. 10. n. 204. li. 1.* & quanquā Beust. *part. 2. de matr. c. 8. ad fin.* Melanchtonem dubitave loqui dicat, & nihil de nucleo quæstionis decernere, tamen non obscurè indicat, quid sibi videatur, dum ait: *Sævum & incorrigibilem maritum, magistratus Politici imperio coercendum esse, qui non solum vitam innocentis personæ tueri debet, sed etiam debet ejus conscientiæ consulere, ne fracta dolore & indignatione tandem abjiciat invocationem, aut aliquid injustè faciat, ut dicitur: Furor fit læsa sæpius patientia.* Per divortium quoad thorum & domum consulitur vitæ: sed conscientiis qui possit aliter consuli, quam si jugo servitutis perpetuæ, & coacto cælibatui extrahantur. Et de persona quidem non pertinente ad Ecclesiam apertè revocat legem Theodosij, quod probat etiam Beza *de divort. pag. 206.* ex consuetudine Ecclesiæ Genevensis, nec aliter sentire potest, si desertoris definitionem *pag. 155.* traditam, inconvulsam servare velit. Dicit enim non tantum eum desertorem dici, qui cohabitationem deneget, sed qui impias conditiones pertinaciter requirat, perinde ut Pauli Apostoli locum interpretatur Innoc. *3. in c. quando. §. Si enim alter infid. de divort.* quando ait: *Altero, qui infidelis est, vel nullo modo, vel non sine blasphemia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente.* &c. Reprehendit quidem Bezæ hanc definitionem Alber. Gent. *6. de nupt. c. 14.* quia deserere & abigere, non sunt idem, sed reprehensio illa non est magni momenti, quia licet diversæ sint actiones, desertio & ejectio, tamen posterior vehit posteriorem in tergo, & auxilium certè omne denegat, qui immerentem excludit domo, & fructu conjugii privat. Desertionem enim definimus perinde, ut Aristot. amicitiā *8. Eth.* non per distantiam locorum, sed denegationem officiorum conjugalium. Qui n. thoro expellit uxorem simul

32. *Quod solvat nuptias.*

33. *Qui nimium sævit in uxorem, utrum sit desertor.*

ſimul & domo, omnes conjugii fines præſcindit, & proinde penitus deſerit conjugem, cui conſilium dat Apoſtolus & licentiam novarum nuptiarum, quod hoc loco non incommodè trahunt ad perſonam innocentem Hemming. *de conj.* Chytræ. *in c.19. Matth. autoritate Philippi & Luth.* quibus contradicunt Brenr. & Sarcer. *de cauſ. matr.* Beza *de divort: pag. 204. 205.* Alber. Gent. *6. de nupt. c. 5. 14. & ſeqq.* Beuſt. *de Matrim. part. 2. c. 8.*

34. *Probatur affirmativa.* Nam ſi per deſertionem injuſtam etiam Fidelis liberari partem innocentem, ſupra rectè oſtendimus, eò quod deterior infideli ſit, qui familiam negligat & Eccleſiam ludibrio habeat, ut confiteri cogitur ipſe Beza. *pag. 206.* Deſertor verò & is habendus ſit, qui impias conditiones à conjuge requirit, adeoque multò magis, qui, quem cohabitandi animum habeat, continuis verberibus & ſubinde repetitis inſidiis ſatis declarat, quive ejectam domo & deſertam uxorem, in conſortium tolerabilis & honeſtæ vitæ recipere pertinaciter recuſat; cur non eadem pœna

36. ſtatuenda, ubi idem delictum. Nec ſic augetur numerus cauſarum divortii, quia violenta exactio certam deſertionem ſibi comitem habet. Rectè autem monet Hemming. Omnia eſſe tentanda prius, quam ad extremum remedium, & irreparabile divortium procedatur. Si enim abſens maritus tam diu expectandus, ut ſupra diximus, dandum hic quoque plurimùm erit tempori, cùm quo odia, ut plurimum deferveſcere ſolent, & expectandum, donec, vel *Leniat albeſcens animum capillus,* vel morbus aliquis, aut inopinum infortunium ad pœnitentiam furioſum reducat animum, vel preces perſonæ innocenter patientis à Deo aliud remedium exoraverint.

CAPUT



CAPUT VII. ET ULTIMUM.

DE POTESTATE MARITALI.

SUMMARIA.

1. *Viro in uxorem competere Imperium jure naturæ, divino & humano.*
2. *Utrum uxor per matrimonium deducta in potestatem viri, remaneat simul in potestate parentum.*
3. *Imperium maritale consistere in humanitate, non in atrocitate.*
4. *Utrum potestas maritalis extendatur usq; ad verbera.*
5. *Utrum maritale imperium contineat in se potestatem vitæ & necis.*
6. *Utrum & quousq; uxor sit socia aut Domina domus.*

SECT. I.

Viro in uxorem competere imperium jure naturæ, divino & humano.

1. *Sacas olim certasse cum sponsis, de futuro imperio.*
2. *Viro competere imperium in uxorem jure Naturæ.*
3. *Quia natura est præstantior.*
4. *Mulierem alere comas in signum subjectionis.*
5. *Cujus rei gratia olim etiam velabatur.*
6. *Contra naturã arripere virũ officia fœminæ, & fœminam viri.*
7. *Pensa esse propria fæminarum, non sceptra*
8. *Inter feras ipsas, fœminas cedere maribus.*
9. *Vt jus, ita & potestas conjugalis est à natura.*
10. *Mores viri imponere fœminis necessitatem legis.*
11. *Sacras literas tribuere imperium viro, adimere uxori.*
12. *Etiam ante lapsum.*
13. *Mulier cur facta ex latere, & non ex pede.*
14. *Ab omnibus gentibus prædicari subjectionem mulierum.*

hhh 15. Mulie-

15. *Mulierem ab obedientiâ non excusari per ignorantiam.*

16. *Mulieres ipsas naturaliter execrari γυναικοκρατουμένους.*

17. *Quantopere spernantur ab omnibus viri, qui uxoribus serviunt.*

18. *Multa mala privatim & publicè ex γυναικοκρατίας.*

19. *Summam injuriam esse, si quis damnetur sub jugum uxoris.*

20. *Mulieres imperiosas seipsas ponere in infamiam.*

21. *Mulierem splendere honore viri.*

SVperest in hac arenâ, extremi meta laboris, de *Potestate*, quæ debetur marito in uxorem, quæ quia tota ferè pertinet ad jus publicum, & non tantum in Romanorum, sed & aliarum gentium Rebuspubl. diversimodè distributa, aucta & limitata fuit, Politico diligentius, quam quicquã aliud consideranda venit. Apud Sacas olim, si quis puellam uxorem du-

1. *Sacæ certare soliti cū mulierib. de imperio.* cere cuperet, à pugna imperium auspicabatur, & mulier non alia lege ad obsequium viro tenebatur, quam si virtute ejus victa in certamine succubuisset: si triumphasset, imperium in se à viro cum honore auferebat. *Ælian.lib.12. var.hist.* Periculosum hoc erat, & *infida plenum opus alea*, imò etiam ridiculum, ne dicam stultum, jus suum in discrimen deducere, & fortunæ lubricum arbitrium velle experiri, cum ex lege possis agere, & DEI jussu, naturæ sententia, hominum consensu, adjudicatum imperium repetere.

2. *Viro competit Imperium jure Naturæ.* De naturæ sententia, si velis naturæ interpretem audire, multis ille argumentis rem conficit *8. Eth.c.10.& 11. 1. Polit.c.4. & ultim.* quorum potiora strictim tangemus. Simplicius *comm. in Enchir. Epict. §. Omnia officia*, affectionem maritalem *mediam* statuit *inter naturalem & voluntariam*, quod eatenus quidem verum est, quatenus uxor non annascitur viro, ut liberi parentibus: sed jus tamen personarum, voluntate sua unitarum, prorsus ex natura prodit, & ab hominum prudentia confirmatur. Ibidem enim addit Simplic.

3. *Imperium naturale esse, quo præstantius dominetur deteriori, c. est ordo. 33. quæst. 5.* idque conspici in toto universo. Atqui hoc eodem argumento evincit Aristot. *8. Ethic. c.11.* naturale esse dominium viri in uxorem, quia ex lege & ordine naturæ, mulier semper est deterior, & minus instructa ijs dotibus, quibus ditatos oportet eos, qui im-

imperium cum fructu sint gesturi. Nec enim animus mulieribus datus est, sive satis catus ad prospiciendum & deliberandum, sive satis cordatus, ad exequendum, nec corpus satis firmum ad labores foris domive, imperii gratia, subeundos: quod quoties respiciunt mulieres, & quam parum consilio & auxilio polleant, recogitant, toties se subjectionis suæ à natura tacitè admoneri, sibi persuadere debent. Eadem enim docuit ipsas comam alere in signum subjectionis, quod ut ait Lucian. ἡ κόμη καὶ εἰς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειραμένος οὐκ ἐλευθέριον φησίν τινα εἶναι, quasi retro sparsa coma servitutis indicium præbeat, quemadmodum Romani pueros ante annos liberæ pubertatis tondere non solebant, ut innuit Horat. *libr. 4. Od. 10. & notat in comm. Acron. & Mancinell:* Unde Concilium Gangrense apposité ad nostrum propositũ & *singulariter*, ut ait Romã. *sing. 594. statuit. Quacunque mulier, religioni judicans convenire comam sibi amputaverit, quam tamen DEUS ad velamen ejus & ad memoriam subjectionis, illi dedit, tanquam resolvens ius subjectionis, Anathema sit: c. quacunq; 2. dist. 30.* ad quod c. item ad *c. 2. 20. q. 3.* notat Archidiac. perperam fieri quod Rhegii & Mutinæ Moniales tondeantur, cum *in d. c. 2.* tonsura assignetur solis Monachis, & duo JCti *in Clem. 3. verb. continentes, de sent. ex comm. mulieribus propterea relinqui crines dicunt, ut mariti habeant, quo eas trahere possint & ligare, Gul. à Mon. Laud. & Card. in 1. oppo. ibid.* quorum sententiam reprehendit Joh. Montan. *in tr. de bigam. q. 2.* Romani olim, ductum prævia naturæ secuti, velamine voluerunt capita mulierum ita obnubi, ut sine eo foras nefas esset ipsas conspici, quippe, cum multi ex hac sola causa divortium cum uxoribus fecissent. *Valer. lib. 6. c. 3. Plutarch. in præcept. Connub. cap. 32.* Rationem explicat Isidorus. *2. de offic. Eccles. cap. 15.* inquiẽs: *Fœminæ, dũ maritantur, ideò velantur, ut se noverint semper maritis suis subditis esse & humiles, c. fœminæ. 30. q. 5.* Et Ambrosius, *si is est autor, in 1. ad Corinth. Mulier debet velare caput, quia non est imago DEI, sed ut viro ostendatur subiecta*, quod eodem sensu inculcat Apostolus. *1. Corinth. 11.* Prolixius Hieronymus *ad Tit.* explicans, illud: *Admone juvenculas subditas esse*:

4. Mulier alit comas in signum subjectionis.

5. Cuius rei gratia olim velabatur.

Verbum Domini blasphematur, cum vel contemnitur Dei prima sententia & pro nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur Evangelium, dum scilicet contra legem fidemq; naturæ, ea quæ Christiana est, & ex lege Dei subjecta, viro imperare desiderat, cum etiam gentiles fœminæ viris suis serviant communi lege naturæ.c.cum caput c.mu-

6. *Contra naturam est, ut vir mulieris, & mulier viri subeat officia.*

lierem.c.mulier debet. 33. q. 5. Tiraq. l.1. Connub. prolixè. Neviz. libr. 4. Sylv. Nupt.n.18.19. Aristoteles *in Eth.Nicom.* monstrosè & contra naturam scribit virum succumbere mulieri, perinde ut Epiphan. Seras taxat, quod viri in illorum regione texant, culinas curent, pensa trahant, liberosq; educent, mulieres econtra virilia subeant officia, *lib. 3. hæres. c. 6.* quo more usos olim Ægyptios & Gorgonas, autores sunt Herod. *in Euterp.* Mela. *libr.1.* Diodor. *libr.4.* & paulò virilius apud Anglos à pensis saltem abstinent viri. Alias enim & culinas curant, & lectos sternunt, & texunt & lavant, dũ hortos & ambulacra & porticus perambulandi,& in theatris Florales spectandi copia mulieribus detur. VVestphali verò, & qui illic versus Gallias incolunt fallendi otii gratia, ne pensa quidem abhorrent, quæ olim Augusta Narseti Eunucho magni opprobii loco misit,

7. *Pensa propria fœminarum.*

Zon.& Diac. in Iusti. & cum sui regniq; pernitie in Gynecæo traxit socordia Sardanapali. Euelthon Salaminis princeps, arma sibi subministrare petenti vicinæ reginæ, fusum aureum, columq; penso circumdatum remisit: *arma & tela virorum, quasillum & telas mulierum propria esse, Herod. libr. 4.* quemadmodum adhuc vulgo, in aliena falcem mittentes mulieres ad focum & colum revocare solemus, *cum Ovid. 12. Metam.*

Columq;
I cape cum calathis & stamina pollice torque.

aut etiam ad templa & preces: *cum Virgil.7.Æn.*

Cura tibi Divûm effigies & templa tueri.
Bella viri pacemq; gerunt.

Nec Spartanæ sponsæ præter colum & fusum quicquam sponsi ad domum dotis loco afferebant, *Plut. probl. 30.* ne forte dotis amplitudine superbientes contra viros sese efferrent. *Aristot: 2. Polit. cap. 7.* Qui hunc ordinem, à natura ipsa dictitatum, invertunt, & mulierum arbitrio se comiter submittunt, ecquid dissimile faciunt iis gentibus, quæ postquam mulieres peperissent, viros, puerperarum loco in lecto

cto decumbere jubebant, puerperis vero ipsis provinciam ijs ministrandi injungebant, ut de Tibarenis Apoll: *Rhod 2. Argon:* de Corsicis Diodor *lib. 6.* de Hispanis Cal: Rhod: *18. c. 22.* refert. Ipsa animalia bruta, ex quorum inclinatione ICti jus naturale spectari volunt, scintillas non obscuras fœmineæ observantiæ secum circumgestant. Leæna enim cibum non tangit, nisi satiato Leone, Gallinæ nunquam armant se in Gallum, oves sequuntur hædum, cervæ catervatim circumsistunt maritum & ubiq; plus roboris à natura datum est masculeo, quam fœmineo sexui, adeò ut masculum pro forti, effeminatum pro imbelli passim usurpemus, & Botanici hoc ipso discrimine herbarum quoq; qualitates distinxerint, Speciosiores & efficaciores marium, cæteras, fœminarum nomine indigetantes. De Simijs narrat Scalig: *ex: 213. Fœminam à marito, tanquam malæ tractationis ream, etiam addita Vultus acerbitate castigari, nempe supercilio, rictu, murmure, irati patris atq; reprehensoris mariti; animum præ se ferre.* Quid multis? Ius & amicitia in eodem consistunt, & ex eodem fundamento nascuntur. 8. *Eth. c. 10.* Atqui amicitiam seu societatem conjugalem monstravit natura ipsa. 1. *Polit c. 1* Eadem igitur jus quoq; addidit, quod, ut amicitia inæqualis est & secundum excellentiam, necessariò importat imperium excellentioris in deteriorem.

8. *Brutorū fœminæ cedunt maribus.*

9.

Inferior matrona suo sit, Prisce, marito;
Non aliter fiunt fœmina virq; pares. Mart. libr. 8.

Homerus patremfamilias constituit regem domus, & ex consequenti uxoris: *odyss. 1:* 10.

Mores viri, lex fœminarum.

Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο.

Aristot: 2 *Oecon c. 1.* mores viri pro lege impositos uxori censet: *Existimare debet mulier benè composita, mores viri esse legem suæ vitæ impositam sibi à Deo, per conjunctionem matrimonij & consortij.* *Cas. ibid: q. 5.* Et Melissus *in Epist. ad Claret.* αἱ ἀνδρὸς θελήσεις νόμος ἄγραφος. Probè ait Arist: à Deo impositam esse hanc legem mulieri, quia Deus autor & director naturæ. 12. *Metaph: c. ult.*

Nos verò de lege Dei certiores reddidit sacra pagina, quæ virum constituit *caput mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ephes. c. 5.* A capite verò omnia membra leges accipiunt & *Quæcunq; mulier* ait Hierom: *ad Tit: non subijcitur viro, hoc est, capiti suo, eiusdem cri-* 11.

Sacræ literæ tribuũt imperium viro.

 minis

minis rea est, cuius & vir, si non subÿciatur capiti suo, hoc est, Christo. c. cum caput. 33. q. 5. Imò turpiter excedit mandatum divinum Gen: 3. *Conversio tua sit ad virum* ut LXX reddiderunt, *& ipse dominabitur tibi*, quod licet inter imprecationes adiiciatur, tanquam pœna peccati: tamen etiam ante lapsum mulierem factam, ut vir ei dominaretur, & ad eum ipsa serviendo converteretur, tradit August: *libr.* 11. *de Gen. ad lit:* c. 37. *Maritum* enim *habere dominium mulieris meruit natura, non culpa.* Durities & pertinacia accessit, per peccatum. Perer. libr: 4. in Genes: disp: de imper: homin: Ambros: in libr. de Paradis: id probat ex eo, quod Adam, tanquam futurum caput mulieris, primo sit creatus, quò faciunt & verba Apostoli. ex. 11. Corinth. c. 1. *Vir non est creatus ex muliere, sed mulier ex viro. Nec vir creatus est propter mulierem, sed mulier propter virum, &* proinde mulierem decet caput tegere: & apertius 1. ad Tim: c. 2. *Non permitto mulieri docere nec dominari viro. Adam enim primo formatus est, post illum Eva, nec Adam seductus fuit, sed Eva, quæ peccatum induxit in mundum.*

12. *Etiam ante lapsum.*

13.

Hinc enim imbecillitas eius patet etiam ante lapsum, cuius ratione subiiciebatur directioni viri. Scholastici dicunt mulierem non esse desumtam ex pede, ne conculcaretur à viro: Sed nec ex capite, ut Minervam fabulantur Poetæ, ne dominium affectaret in virum. *gl. in c. nec illud. Verb: Costa.* Opinantur quidam ex sinistro latere detractam costam, quia fæmina futura erat imbecillior. *Perer: libr. 4. in Gen: c. 2. v. 22. q. 4.* Hieron: *in qq. in Gen:* idem deducit ex nomine *Istah*, quod imposuit Adam Evæ, & vulgata traduxit: *viraginem*, Pagninus, *virissam*, Symmachus, *teste eodem Hier:* ἀνδρὶν. *Sapienter autem* ait *huiusmodi nomen mulieri est impositum, ut mulierum quæque disceret ex sui nominis notione ac significatione, quantopere virum observare ac revereri deberet, nimirum, ut suæ principium & seminarium substantiæ.* Apostoli, præceptum hoc de subjectione omnium animis prima creatione implantatum, sæpissimè repetiverunt, 1. *Corinth:* 11. & 14. *ad Tit:* c. 2. *ad Ephes:* c. 5. 1. *ad Tim:* c. 2. 1. *Petr.* c. 3. eiusq; rationem

14. addit

addit Paulus *ad Tit: c. 2. ne male audiat verbum Domini* : si scil: secus vivant mulieres, quam latè diducit D. Petrus *d. c. 3.* præsupponens, etiam alienigenis & Ethnicis honestum videri ex residua rectæ rationis luce, ut mulieres viris dicto sint audientes. Advocat verò etiam & prædicat obedientiam Saræ, fidelium matris, quæ virò obsecundabatur, Dominum eum vocans, quemadmodum & Megistona Timoleontis uxor, quantumvis Ethnica, jussa ab Aristotimo Eliensium Tyranno, maritum ab obsidione literis minatoriis avocare, si uxorem suam & cæterorum, quæ captivæ detinebantur, servatam cuperet, cordate respondit: *Si quid virilis prudentiæ in te esset, non utiq; juberes mulieres maritis suis quicquam præscribere, sed nos ad ipsos, tanquam Dominos nostros permisisses proficisci. Plutarch: de Clar. Mulierib:* Scævola testamentum mulieris cujusdam his verbis retulit *in l. Lucius 88. §. quæ marito. de legat: II. Mavi & Semproni, dilectissimi filij, præcipitote omne, quod ex hæreditate bonis ve Titij, Domini mei, Patris vestri ad me pervenit mortis eius tempore* &c: & Paulus literas alterius non absimili stylo inseruit *in l. Ea quæ. 57. de donat: inter vir. & ux: Cum petenti mihi à te relatum est, Domine carissime.* &c. Clitipho & Melite *apud Stat: Achill:* sponsionem nuptialem sic auspicantur: *perquam sanctè juravimus: Ego quidem, me illam amaturum, Illa verò, me sibi conjugẽ ascuturã rerumq; omnium suarum Dominum habituram.* Satius enim est & reverentiæ à natura monstratæ magis conforme, ut maritus, cui dominium in manus datum est, dominus, quam uxor, cui obtemperandi tantum gloria relicta est, blandiendo domina vocetur, eodem tropo, quo Papa se vocat Servum Servorum, cum dominetur dominis Dominorum.

Sit igitur hoc primò constitutum: Mulierem debere obsequium & reverentiam imperio maritali, nec ut à quibusdam aliis peccatis, per ignorantiam, posse excusari, quia scelesta & affectata censetur ignorantia, quæ contra ius naturale & divinũ prætexitur. Quod si absq; juris & debiti officii cognitione sit adhuc voluntati mariti deberet uxor se, tanquam legi non scriptæ, accommodare, ut ait Eurip: *in Oedyp: Uxor, quæ sapit, viro inservit, quæ non sapit, eũ spernit.* Audivimꝰ n. ab Apostolo Saram prædicari propter obsequiũ, viro præstitũ, *1. Petr. 3.* dãnari au- 15. *Mulier per ignorantiam ab obedientia non excusatur.*

16. *Mulier de-[illegible] turpe-[illegible] [illegible] [illegible] fa-[illegible]ia.*

ri autem immorigeras omnes, tanquam per quas nomen Dei blasphemaretur *ad Tit. c. 2. d. c. cum caput. 33. q. 5.* Eccquæ tam insana mulier, quæ in tantum probrum ultrò se conijcere velit, si optio detur? Conscientiam cuiusquam interroga, annon ad objectam superbam γυναικοκρατείαν, sit exarsura, & quasi magno convitio affecta, iniuria sibi id exprobrari exclamitatura? quemadmodum qui amicas domi alunt, earum contubernia sibi obiici, ægrè ferunt, nec tamen, quas sibi dedecori esse sciunt, dimittere curant, atq; ita facta sua verbis condemnant. Illud enim optimum malis admiscuit natura, ut seipsos oderint, & foris damnent, quod domi remotis arbitris agunt. Nulla enim mulier, nisi prorsus effrons, de imperio in maritum publicè se effert: & tamen, quod pudet dicere, non pudet ipsas facere: Erubescunt á peregrinis audire, quæ non erubescunt in proprios maritos perpetrare. Rectè & verè Plutarchus *de precept: connub: Sicut opulenti coluntur, quando Philosophos colunt: At quando Philosophi colunt opulentos spernuntur: Ita mulieres coluntur, quando viros colunt, viri autem spernuntur, quando serviunt uxoribus.* Et sui igitur honoris gratia, & ne coniiciant maritum in infamiam, incompetens illud imperium ad Dominum remittere, & naturæ suæ congrua opera captare deberent mulieres. Nihil enim funestius cogitari potest imperiosa

17 *Viri, qui mulieribus [illegible], quã sæpe spernantur.*

muliere, quæ si voti compos fiat & clavum marito extorqueat, in indubitatam eum ponit infamiam: sin pari pervicacia obsistat maritus, & se virum præstare obstinet, periit pax domestica, & dum certatur de imperio, *aut Divisum Imperium cum Iunone Iupiter habet*, Salus familiæ negligitur, nec in publicum quicquã meditari aut operari potest, cui domi luctandum est, & quicquid superest otij, turbis domesticis insumendum. *Multos foris claros*, ait Plin.: *in Paneg. domestica destruxit infamia, & ne maximi cives haberentur, hoc effecit, quod mariti minores essent. Nec enim eum liberum censet Cicero, cui mulier imperat, cui leges praescribit, jubet, vetat, quod videtur, cui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit, dandum est, si vocat, veniendum, si eÿcit, abeundum. si minatur, extimescendum.*

Nil unquam invita donabit conjuge, vendet,
Hac obstante nihil: nihil, hac si nolet, emetur.

Hac

Hac dabit affectus, ille excludetur amicus
Jam senior. Iuvenal.Satyr.6.

Antonii felicitati funus fecit servitium, & amor, quo se præter Romanum morem obstrinxerat Cleopatræ, ita ut liberos ejus inter hæredes nūcupasset, *Sueton.in Aug.c.16.* & à sinu illius avelli non posset, *Plutarch.in Anton.* Actiacamq; victoriam mallet Augusto cedere, quam imprudenter abeuntem Cleopatram deserere. *Dion. in Aug.* Quin etiam Augustus causam belli hinc accersebat: Quod Cleopatræ daret, quæ essent populi Romani, quasi præstigiis quibusdam factum esset, ut ei veluti mancipium serviret. *Xiphil.in Dion. Aug. n.10.* Nec ipse Augustus dicteria & risum populi effugere potuit, quod Liviæ præter decorum & autoritatem Imperatoriam deditus esset & obsequens, idq; eo omine præsagitum putabant, quod aquila in sinum Liviæ projecisset albam gallinam: Cæsarem enim, felicitate singulari spectatum, in sinu ejus atq; omnino in potestate fore. *Xiphil. in Dion. Aug. n.7.* Cumq; de ornatu mulierum & virorum continentiæ præcepta dare conaretur, risu exceptus fuit, quod domi nō haberet de iis rebus loquendi libertatem. Cum multis enim rem habebat, Liviæq;, quam vivo marito ejus duxerat, erat, (ut ajebant) subjectus. *Xiphil.ibid. n.14.* Bunduica regina Britanniæ & Claudium & Neronem ad exercitus contemnit, quod alter Messalinæ imperio, alter Agrippinæ obnoxius fuerit. *Dion. in Ner.* Miezislaum II. odio & contemtui habuerunt Poloni, quod Rixæ uxori nimis obsequeretur, & de ejus consilio omnia ageret. *Crom. lib. 3.* Dura quidem est omnis servitus, sed quando deterior servit meliori, & sub jugum deprimitur, cui vindicias secundū libertatem asserunt omnia jura, quà humana quà divina, ea demum insuetum tergum durissimè premit & injuriâ pressum magno afficit probro. Olorus Dacorum Rex, cum Dacos, quod contra Bastarnas infeliciter pugnassent, summa ignominia afficere vellet, sub imperium muliebre eos damnavit, quasi fastigium contumeliæ in imperio muliebri existeret. *Iustin. lib. 32.* Aristot. 2. *Polit. c. 7.* Laconum Rempubl. meritò ex eo reprehendit, quod propter dotium amplitudinem ferè transierit in potestatem mulierum, de qua juris communis eversione etiam conqueritur Plutarch. *in Agid.n.3.*

18. *Incommoda muliebris Imperij.*

19. *Summa injuria, damnari sub jugum muliebre.*

Dum verò hac ignominiâ maritos afficiunt uxores, an ipsæ extra periculum ejus expertes manent? Socrati Alcibiades miserat egregiam placentam. Eam Xantippe ab amasio amatori dono datam, ut ejus amo-


20. *Mulieres imperiosæ seipsas infamant.*

ſimul & domo, omnes conjugii fines præſcindit, & proinde penitus deſerit conjugem, cui conſilium dat Apoſtolus & licentiam novarum nuptiarum, quod hoc loco non incommodè trahunt ad perſonam innocentem Hemming. *de conj.* Chytræ. *in c.19. Matth. autoritate Philippi & Luth.* quibus contradicunt Brent. & Sarcer. *de cauſ. matr.* Beza *de divort: pag. 204.205.* Alber. Gent. *6. de nupt. c.5.14. & ſeqq.* Beuſt. *de Matrim. part. 2. c. 8.*

34. *Probatur affirmativa.* Nam ſi per deſertionem injuſtam etiam Fidelis liberari partem innocentem, ſupra rectè oſtendimus, eò quod deterior infideli ſit, qui familiam negligat & Eccleſiam ludibrio habeat, ut confiteri cogitur ipſe Beza. *pag. 206.* Deſertor verò & is habendus ſit, qui impias conditiones à conjuge requirit, adeoque multò magis, qui, quem cohabitandi animum habeat, continuis verberibus & ſubinde repetitis inſidiis ſatis declarat, quive ejectam domo & deſertam uxorem, in conſortium tolerabilis & honeſtæ vitæ recipere pertinaciter recuſat; cur non eadem pæna

35. ſtatuenda, ubi idem delictum. Nec ſic augetur numerus cauſarum divortii, quia violenta exactio certam deſertionem ſibi comitem habet. Rectè autem monet Hemming. Omnia eſſe tentanda prius, quam ad extremum remedium, & irreparabile divortium procedatur. Si enim abſens maritus tam diu expectandus, ut ſupra diximus, dandum hic quoque plurimùm erit tempori, cum quo odia, ut plurimum defervescere ſolent, & expectandum, donec, vel *Leniat albeſcens animum capillus,* vel morbus aliquis, aut inopinum infortunium ad pænitentiam furioſum reducat animum, vel preces perſonæ innocenter patientis à Deo aliud remedium exoraverint.

CAPUT



CAPUT VII. ET ULTIMUM.

DE POTESTATE MARITALI.

SUMMARIA.

1. *Viro in uxorem competere Imperium jure naturæ, divino & humano.*
2. *Utrum uxor per matrimonium deducta in potestatem viri, remaneat simul in potestate parentum.*
3. *Imperium maritale consistere in humanitate, non in atrocitate.*
4. *Utrum potestas maritalis extendatur usque ad verbera.*
5. *Utrum maritale imperium contineat in se potestatem vitæ & necis.*
6. *Utrum & quousque uxor sit socia aut Domina domus.*

SECT. I.

Viro in uxorem competere imperium jure naturæ, divino & humano.

1. *Sacas olim certasse cum sponsis, de futuro imperio.*
2. *Viro competere imperium in uxorem jure Naturæ.*
3. *Quia naturâ est præstantior.*
4. *Mulierem alere comas in signum subjectionis.*
5. *Cujus rei gratia olim etiam velabatur.*
6. *Contra naturã arripere virũ officia fœminæ, & fœminam viri.*
7. *Pensa esse propria fæminarum, non sceptra.*
8. *Inter feras ipsas, fæminas cedere maribus.*
9. *Ut jus, ita & potestas conjugalis est à natura.*
10. *Mores viri imponere fæminis necessitatem legis.*
11. *Sacras literas tribuere imperium viro, adimere uxori.*
12. *Etiam ante lapsum.*
13. *Mulier cur facta ex latere, & non ex pede.*
14. *Ab omnibus gentibus prædicari subjectionem mulierum.*

15. *Mulierem ab obedientiâ non excusari per ignorantiam.*

16. *Mulieres ipsas naturaliter execrari* γυναικοκρατουμένους.

17. *Quantopere spernantur ab omnibus viri, qui uxoribus serviunt.*

18. *Multa mala privatim & publicè ex* γυναικοκρατία.

19. *Summam injuriam esse, si quis damnetur sub jugum uxoris.*

20. *Mulieres imperiosas seipsas ponere in infamiam.*

21. *Mulierem splendere honore viri.*



Vperest in hac arenâ, extremi meta laboris, de *Potestate*, quæ debetur marito in uxorem, quæ quia tota ferè pertinet ad jus publicum, & non tantum in Romanorum, sed & aliarum gentium Rebuspubl. diversimodè distributa, aucta & limitata fuit, Politico diligentius, quam quicquã aliud consideranda venit. Apud Sacas olim, si quis puellam uxorem du-
1. *Saca certare soliti cũ mulierib. de imperio.* cere cuperet, à pugna imperium auspicabatur, & mulier non alia lege ad obsequium viro tenebatur, quam si virtute ejus victa in certamine succubuisset: si triumphasset, imperium in se à viro cum honore auferebat. *Ælian.lib.12. var. hist.* Periculosum hoc erat, & *infidæ plenum opus aleæ*, imò etiam ridiculum, ne dicam stultum, jus suum in discrimen deducere, & fortunæ lubricum arbitrium velle experiri, cum ex lege possis agere, & DEI jussu, naturæ sententia, hominum consensu, adjudicatum imperium repetere.

2. *Viro competit Imperium jure Naturæ.* De naturæ sententia, si velis naturæ interpretem audire, multis ille argumentis rem conficit *8. Eth.c.10. & 11. 1. Polit.c. 4. & ultim.* quorum potiora strictim tangemus. Simplicius *comm. in Enchir. Epict. §. Omnia officia*, affectionem maritalem *mediam* statuit *inter naturalem & voluntariam*, quod eatenus quidem verum est, quatenus uxor non annascitur viro, ut liberi parentibus: sed jus tamen personarum, voluntate sua unitarum, prorsus ex natura prodit, & ab hominum prudentia confirmatur. Ibidem enim addit Simplic.

3. *Jmperium naturale esse, quo præstantius dominetur deteriori*, *c. est ordo. 33. quæst. 5.* idque conspici in toto universo. Atqui hoc eodem argumento evincit Aristot. *8. Ethic. c. 11.* naturale esse dominium viri in uxorem, quia ex lege & ordine naturæ, mulier semper est deterior, & minus instructa ijs dotibus, quibus ditatos oportet eos, qui im-

imperium cum fructu sint gesturi. Nec enim animus mulieribus datus est, sive satis catus ad prospiciendum & deliberandum, sive satis cordatus, ad exequendum, nec corpus satis firmum ad labores foris domive, imperii gratia, subeundos: quod quoties respiciunt mulieres, & quam parum consilio & auxilio polleant, recogitant, toties se subjectionis suæ à natura tacitè admoneri, sibi persuadere debent. Eadem enim docuit ipsas comam alere in signum subjectionis, quod ut ait Lucian. ἡ κόμη καὶ εἰς τὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειραμένος οὐκ ἐλεύθερον φησίν τινα εἶναι, quasi retro sparsa coma servitutis indicium præbeat, quemadmodum Romani pueros ante annos liberæ pubertatis tondere non solebant, ut innuit Horat. *libr.* 4. *Od.* 10. *& notat in comm. Acron. & Mancinell*: Unde Concilium Gangrense apposité ad nostrum propositũ & *singulariter*, ut ait Romã. *sing.* 594. *statuit. Quacunque mulier, religioni judicans convenire comam sibi amputaverit, quam tamen DEUS ad velamen ejus & ad memoriam subjectionis, illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, Anathema sit. c. quacunq;* 2. *dist.* 30. ad quod c. item ad *c.* 2. 20. *q.* 3. notat Archidiac. perperam fieri quod Rhegii & Mutinæ Moniales tondeantur, cum *in d. c.* 2. tonsura assignetur solis Monachis, & duo JCti *in Clem.* 3. *verb. continentes, de sent. ex comm. mulieribus propterea relinqui crines dicunt, ut mariti habeant, quo eas trahere possint & ligare, Gul. à Mon. Laud. & Card. in* 1. *oppo. ibid.* quorum sententiam reprehendit Joh. Montan. *in tr. de bigam. q.* 2. Romani olim, ductum præviæ naturæ secuti, velamine voluerunt capita mulierum ita obnubi, ut sine eo foras nefas esset ipsas conspici, quippe, cum multi ex hac sola causa divortium cum uxoribus fecissent. *Valer. lib.* 6. *c.* 3. *Plutarch. in præcept. Connub. cap.* 32. Rationem explicat Isidorus, 2. *de offic. Eccles. cap.* 15. inquiẽs: *Fœminæ, dũ maritantur, ideò velantur, ut se noverint semper maritas suis subditis esse & humiles, c. fœminæ.* 30. *q.* 5. Et Ambrosius, *si is est autor, in* 1. *ad Corinth. Mulier debet velare caput, quia non est imago DEI, sed ut viro ostendatur subiecta*, quod eodem sensu inculcat Apostolus. 1. *Corinth.* 11. Prolixius Hieronymus *ad Tit. explicans, illud: Admone juvenculas subditas esse:*

4. *Mulier alit comas in signum subjectionis.*

5. *Cuius rei gratia olim velabatur.*

Verbum Domini blasphematur, cum vel contemnitur Dei prima sententia & pro nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur Evangelium, dum scilicet contra legem fidemq; naturæ, ea quæ Christiana est, & ex lege Dei subjecta, viro imperare desiderat, cum etiam gentiles fœminæ viris suis serviant communi lege naturæ. c. cum caput c. mulierem: c. mulier debet. 33. q. 5. Tiraq. l. 1. Connub. prolixè. Neviz. libr. 4. Sylv. Nupt. n. 18. 19. Aristoteles *in Eth. Nicom.* monstrosè & contra naturam scribit virum succumbere mulieri, perinde ut Epiphan. Seras taxat, quod viri in illorum regione texant, culinas curent, pensa trahant, liberosq; educent, mulieres econtra virilia subeant officia, *lib.* 3. *hæres. c.* 6. quo more usos olim Ægyptios & Gorgonas, autores sunt Herod. *in Euterp.* Mela. *libr.* 1. Diodor. *libr.* 4. & paulò virilius apud Anglos à pensis saltem abstinent viri. Alias enim & culinas curant, & lectos sternunt, & texunt & lavant, dũ hortos & ambulacra & porticus perambulandi, & in theatris Florales spectandi copia mulieribus detur. VVestphali verò, & qui illic versus Gallias incolunt fallendi otii gratia, ne pensa quidem abhorrent; quæ olim Augusta Narseti Eunucho magni opprobii loco misit, *Zon. & Diac. in Iusti.* & cum sui regniq; pernitie in Gynecæo traxit socordia Sardanapali. Euelthon Salaminis princeps, arma sibi subministrare petenti vicinæ reginæ, fusum aureum, columq; pensò circumdatum remisit: *arma & tela virorum, quasillum & telas mulierum propria esse, Herod. libr.* 4. quemadmodum adhuc vulgo, in aliena falcem mittentes mulieres ad focum & colum revocare solemus, *cum Ovid.* 12. *Metam.*

6. *Contra naturam est, ut vir mulieris, & mulier viri subeat officia.*

7. *Pensa propria fœminarum.*

Columq;
I cape cum calathis & stamina pollice torque.

aut etiam ad templa & preces: *cum Virgil.* 7. *Æn.*

Cura tibi Divûm effigies & templa tueri.
Bella viri pacemq; gerunt.

Nec Spartanæ sponsæ præter colum & fusum quicquam sponsi ad domum dotis loco afferebant, *Plut: probl.* 30. ne forte dotis amplitudine superbientes contra viros sese efferrent. *Aristot:* 2. *Polit. cap.* 7. Qui hunc ordinem, à natura ipsa dictitatum, invertunt, & mulierum arbitrio se comiter submittunt, ecquid dissimile faciunt iis gentibus, quæ postquam mulieres peperissent, viros, puerperarum loco in le-

cto

ꝺto decumbere jubebant, puerperis vero ipsis provinciam ijs ministrandi injungebant, ut de Tibarenis Apoll: *Rhod 2. Argon:* de Corsicis Diodor *lib. 6.* de Hispanis Cæl: Rhod: *18. c. 22.* refert. Ipsa animalia bruta, ex quorum inclinatione ICti jus naturale spectari volunt, scintillas non obscuras fæmineæ observantiæ secum circumgestant. Leæna enim cibum non tangit, nisi satiato Leone, Gallinæ nunquam armant se in Gallum, oves sequuntur hædum, cervæ catervatim circumsistunt maritum & ubiq; plus roboris à natura datum est masculeo, quam fæmineo sexui, adeò ut masculum pro forti, effeminatum pro imbelli passim usurpemus, & Botanici hoc ipso discrimine herbarum quoq; qualitates distinxerint, Speciosiores & efficaciores marium, cæteras, fæminarum nomine indigetantes. De Simijs narrat Scalig: *ex: 213.* *Fæminam à marito, tanquam malæ tractationis ream, etiam addita Vultus acerbitate castigari, nempe supercilio, rictu, murmure, irati patris atq; reprehensoris mariti, animum præ se ferre.* Quid multis? Ius & amicitia in eodem consistunt, & ex eodem fundamento nascuntur. 8. *Eth. c. 10.* Atqui amicitiam seu societatem conjugalem monstravit natura ipsa. *1. Polit c. 1* Eadem igitur jus quoq; addidit, quod, ut amicitia inæqualis est & secundum excellentiam, necessariò importat imperium excellentioris in deteriorem.

8. *Brutorū fæminæ cedunt maritis.*

9.

> *Inferior matrona suo sit, Prisce, marito;*
> *Non aliter fiunt fæmina virq; pares.* *Mart. libr. 8.*

Homerus patremfamilias constituit regem domus, & ex consequenti uxoris: *odyss. 1:* 10. *Mores viri, lex fæminarum.*

> Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο·

Aristot: *2 Oecon c. 1.* mores viri pro lege impositos uxori censet: *Existimare debet mulier benè composita, mores viri esse legem suæ vitæ impositam sibi à Deo, per conjunctionem matrimonij & consortij.* *Cas. ibid: q. 5.* Et Melissus *in Epist. ad Claret.* αἱ ἀνδρὸς θελήσεις νομὸς ἄγραφος. Probè ait Arist: à Deo impositam esse hanc legem mulieri, quia Deus autor & director naturæ. *12. Metaph: c. ult.* 11.

Nos verò de lege Dèi certiores reddidit sacra pagina, quæ virum constituit *caput mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ephes. c. 5.* A capite verò omnia membra leges accipiunt & *Quæcunq; mulier* ait Hierom: *ad Tit: non subijcitur viro, hoc est, capiti suo, eiusdem cri-*

Sacræ litteræ tribuūt imperium viro.

minis rea est, cuius & vir, si non subijciatur capiti suo, hoc est, Christo. c. *cum caput.* 33. q. 5. Imò turpiter excedit mandatum divinum *Gen:* 3. *Conversio tua sit ad virum* ut LXX reddiderunt, *& ipse dominabitur tibi*, quod licet inter imprecationes adiiciatur, tanquam pœna peccati: tamen etiam ante lapsum mulierem factam, ut vir ei dominaretur, & ad eum ipsa serviendo converteretur, tradit August: *libr.*
12. *Etiam ante lapsum.* 11. *de Gen. ad lit:* c. 37. *Maritum* enim *habere dominium mulieris meruit natura, non culpa.* Durities & pertinacia accessit, per peccatum. *Perer. libr:* 4. *in Genes: disp: de imper: homin:* Ambros: *in libr. de Paradis:* id probat ex eo, quod Adam, tanquam futurum caput mulieris, primo sit creatus, quò faciunt & verba Apostoli. *ex.* 11. *Corinth.* c. 1. *Vir non est crea-*
13. *tus ex muliere, sed mulier ex viro. Nec vir creatus est propter mulierem, sed mulier propter virum, &* proinde mulierem decet caput tegere: & apertius 1. *ad Tim:* c. 2. *Non permitto mulieri docere nec dominari viro. Adam enim primo formatus est, post illum Eva, nec Adam seductus fuit, sed Eva, quæ peccatum induxit in mundum.*

Hinc enim imbecillitas eius patet etiam ante lapsum, cuius ratione subiiciebatur directioni viri. Scholastici dicunt mulierem non esse desumtam ex pede, ne conculcaretur à viro: Sed nec ex capite, ut Minervam fabulantur Poetæ, ne dominium affectaret in virum. *gl. in c. nec illud. Verb: Costa.* Opinantur quidam ex sinistro latere detractam costam, quia fœmina futura erat imbecillior. *Perer: libr.* 4. *in Gen:* c. 2. v. 22. q. 4. Hieron: *in qq. in Gen:* idem deducit ex nomine *Ischah*, quod imposuit Adam Evæ, & vulgata traduxit: *viraginem*, Pagninus, *virissam*, Symmachus, *teste eodem Hier:* ἀνδρίν. *Sapienter autem* ait *huiusmodi nomen mulieri est impositum, ut mulierum quæq; disceret ex sui nominis notione ac significatione, quantopere virum observare ac revereri deberet, nimirum, ut suæ principium & seminarium substantiæ.* Apostoli, præceptum hoc de subiectione omnium animis prima creatione implantatum, sæpissimè repetiverunt, 1. *Corinth:* 11. & 14. *ad Tit:* c. 2. *ad Ephes:* c. 5. 1. *ad Tim:* c. 2. 1. *Petr.* c. 3. eiusq; rationem
14. addit

addit Paulus *ad Tit: c. 2. ne male audiat verbum Domini* : si scil: secus vivant mulieres, quam latè diducit D. Petrus *d. c. 3.* præsupponens, etiam alienigenis & Ethnicis honestum videri ex residua rectæ rationis luce, ut mulieres viris dicto sint audientes. Advocat verò etiam & prædicat obedientiam Saræ, fidelium matris, quæ virò obsecundabatur, Dominum eum vocans, quemadmodum & Megistona Timoleontis uxor, quantumvis Ethnica, jussa ab Aristotimo Eliensium Tyranno, maritum ab obsidione literis minatoriis avocare, si uxorem suam & cæterorum, quæ captivæ detinebantur, servatam cuperet, cordate respondit: *Si quid virilis prudentiæ in te esset, non utiq; juberes mulieres maritis suis quicquam præscribere, sed nos ad ipsos, tanquam Dominos nostros permisisses proficisci.* *Plutarch: de Clar. Mulierib:* Scævola testamentum mulieris cujusdam his verbis retulit *in l. Lucius 88. §. quæ marito. de legat: II.* *Mævi & Semproni, dilectissimi filij, præcipitote omne, quod ex hæreditate bonisve Titij, Domini mei, Patris vestri ad me pervenit mortis ejus tempore* &c: & Paulus literas alterius non absimili stylo inseruit *in l. Ea quæ. 57. de donat: inter vir. & ux:* *Cum petenti mihi à te relatum est, Domine carissime.* &c. Clitipho & Melite *apud Stat: Achill:* sponsionem nuptialem sic auspicantur: *perquam sanctè juravimus: Ego quidem, me illam amaturum, Illa verò, me sibi conjugẽ asciturã rerumq; omnium suarum Dominum habituram.* Satius enim est & reverentiæ à natura monstratæ magis conforme, ut maritus, cui dominium in manus datum est, dominus, quam uxor, cui obtemperandi tantum gloria relicta est, blandiendo domina vocetur, eodem tropo, quo Papa se vocat Servum Servorum, cum dominetur dominis Dominorum.

15. *Mulier per ignorantiam ab obedientia non excusatur.*

Sit igitur hoc primò constitutum: Mulierem debere obsequium & reverentiam imperio maritali, nec ut à quibusdam aliis peccatis, per ignorantiam, posse excusari, quia scelesta & affectata censetur ignorantia, quæ contra jus naturale & divinũ prætexitur. Quod si absq; juris & debiti officii cognitione sit adhuc voluntati mariti deberet uxor se, tanquam legi non scriptæ, accommodare, ut ait Eurip: *in Oedyp: Uxor, quæ sapit, viro inservit, quæ non sapit, eũ spernit.* Audivimꝰ n. ab Apostolo Saram prædicari propter obsequiũ, viro præstitũ, *1. Petr. 3.* dãnari au-

Hac dabit affectus, ille excludetur amicus
Jam senior. *Iuvenal.Satyr.6.*

Antonii felicitati funus fecit servitium, & amor, quo se præter Romanum morem obstrinxerat Cleopatræ, ita ut liberos ejus inter hæredes nūcupasset, *Sueton.in Aug.c.16.* & à sinu illius avelli non posset, *Plutarch.in Anton.* Actiacamq; victoriam mallet Augusto cedere, quam imprudenter abeuntem Cleopatram deserere. *Dion. in Aug.* Quin etiam Augustus causam belli hinc accersebat: Quod Cleopatræ daret, quæ essent populi Romani, quasi præstigiis quibusdam factum esset, ut ei veluti mancipium serviret. *Xiphil.in Dion. Aug. n.10.* Nec ipse Augustus dicteria & risum populi effugere potuit, quod Liviæ præter decorum & autoritatem Imperatoriam deditus esset & obsequens, idq; eo omine præsagitum putabant, quod aquila in sinum Liviæ projecisset albam gallinam: Cæsarem enim, felicitate singulari spectatum, in sinu ejus atq; omnino in potestate fore. *Xiphil. in Dion. Aug. n.7.* Cumq; de ornatu mulierum & virorum continentiæ præcepta dare conaretur, risu exceptus fuit, quod domi nō haberet de iis rebus loquendi libertatem. Cum multis enim rem habebat, Liuiæq; quam vivo marito ejus duxerat, erat, (ut ajebant) subiectus. *Xiphil.ibid. n.14.* Bunduica regina Britanniæ & Claudium & Neronem ad exercitus contemnit, quod alter Messalinæ imperio, alter Agrippinæ obnoxius fuerit. *Dion. in Ner.* Miczislaum II. odio & contemtui habuerunt Poloni, quod Rixæ uxori nimis obsequeretur, & de ejus consilio omnia ageret. *Crom. lib. 3.* Dura quidem est omnis servitus, sed quando deterior servit meliori, & sub jugum deprimitur, cui vindicias secundū libertatem asserunt omnia jura, quà humana quà divina, ea demum insuetum tergum durissimè premit & injuriâ pressum magno afficit probro. Olorus Dacorum Rex, cum Dacos, quod contra Bastarnas infeliciter pugnassent, summa ignominia afficere vellet, sub imperium muliebre eos damnavit, quasi fastigium contumeliæ in imperio muliebri existeret. *Iustin. lib. 32.* Aristot. 2. *Polit. c. 7.* Laconum Rempubl. meritò ex eo reprehendit, quod propter dotium amplitudinem ferè transierit in potestatem mulierum, de qua juris communis eversione etiam conqueritur Plutarch. *in Agid.n.3.*

18. *Incommoda muliebris Imperij.*

19. *Summa injuria, damnari sub jugum muliebre.*

Dum verò hac ignominiâ maritos afficiunt uxores, an ipsæ extra periculum ejus expertes manent? Socrati Alcibiades miserat egregiam placentam. Eam Xantippe ab amasio amatori dono datam, ut ejus amo-

20. *Mulieres imperiosæ seipsas infamant.*

rem accenderet, indignè suo more ferens de canistro ejectam conculcavit pedibus. Tum Socrates, cum arrisisset, inquit: *Numquid non tu simul carebis ea?* *Ælian. libr. 11. c. 12.* Ita dum uxor maritum, annon se quoque unà in contemtum ponit. Si enim una caro, si una persona sunt conjuges, alterius sive bona sive adversa fortuna necessariò redundat in alterum, imprimis, cum mulieres erigantur ex honore maritorum, & cadant ex eorundem infamia. Phormionis uxor nesciebat alium, sibi proprium, ornatum, quam quod se ex rebus gestis viri splendere diceret. *Plutar. de Mus.* Impp. Romani ajunt: *Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. l. mulieres. 13. C. de dignit.* quod & scriptum est *in l. 9. C. de incol.* nec retinere judicantur mulieres charitatem generis, nisi Clarissimis nupserint. *l. 1. C. de dignit.* Quæ enim priorum dignitatum oblita est, non rursum ex prioribus juvabitur, ut statuit Justin. *Nov. 22.* super muliere post primas nuptias inferioris conditionis homini nubente. *l. cum te 10. de nupt.* Virginiam patritiam, postquam Volumnio plebejo nupserat, matronæ patritiæ excluserunt iis sacris, quæ in sacello pudicitiæ patritiæ fiebant, atq; ea idcirco plebejæ pudicitiæ novam aram dicavit. *Liv. lib. 10.* Bærrhina *apud Apul. lib. 2. Metam.* ait ad Luciam: *Parens tua & ego ex familia Plutarchi ambæ prognatæ sumus, & eandem nutricem simul bibimus & in nexu germanitatis unà coaluimus, nec aliud nos, quam dignitas discernit, quod clarissimas illa, ego privatas nuptias fecimus.* Nam ne Senatorum quidem filiæ Clarissimatus honorem retinent, nisi Clarissimis nuptæ. *l. fœmina 8. de Senat.* Cum igitur honor uxoris dependeat ab honore mariti, tantum sibi mulier detrahit, quantum marito: quod Hieron. *ad Celant. de rat. rectè vivend.* his verbis admonet: *Servetur imprimis viro auctoritas sua, totaq; à te discat domus, quantum illi honoris debeat: tu dominum illum obsequio tuo: tu magnum illum tua humanitate demonstra, tantò ipsa honoratior futura, quantò illum amplius honoraveris.*

21. *Mulier splendet honore viri.*

Vtrum

Utrum mulier traducta per deductionem in potestatem mariti maneat simul in potestate parentum.

SECT. 2.

1. *Facti quadam species ex Pausan. proponitur.*
2. *De jure Romano uxorē non transire in potestatem mariti.*
3. *In muliere nupta, tribus fit injuria, patri, viro & mulieri.*
4. *Patri relictam facultatem occidendi filiam adulteram.*
5. *Hottom. excipit filiam, quæ ducta est ex coëmtione.*
6. *Sed vana utitur distinctione.*
7. *Inquiritur in rationem juris Romani.*
8. *A quo recesserunt Græci.*
9. *Sententia sororis Salviani de hac quæstione.*
10. *A Romanis recesserunt Longobardi & Galli.*
11. *Quo jure utuntur adhuc hodie Franci.*
12. *Item Germani & Saxones.*
13. *Apud Saxon. separatio familiæ habetur pro emancipatione.*
14. *Quid juris apud Hispanos & Anglos.*
15. *Sententia Iuris Canonici.*
16. *Pro quibus omnibus disputatur contra jus civile Romanorum.*
17. *Quicquid perturbat jus maritale, pugnat contra SS. literas.*
18. *Ius autem Roman. necessariò perturbat jus maritale.*
19. *Dum pater prohiberi non potest; quin jure suo utatur.*
20. *Lapsus Alberici Gentilis.*
21. *Ius maritale necessario tollit potestatem patriam.*
22. *Lex divina repugnat Romanæ.*
23. *Alberic. Gentilis responsio rejicitur.*
24. *Viduæ ex jure Saxon. cur nubant sine consensu parentum.*

POstquam potestas viro in uxorem asserta est, videndum superest, utrum cum maritali possit remanere patria. Facti speciem præbere potest historia Aristodemi, qui cum filiam ex oraculi jussu immolandam obtulisset, prodiit Messenius civis, qui se Sponsum puellæ ferebat, eamq; negabat amplius esse in potestate patris, cum sibi desponsa esset, & per sponsaliorum jus extra patriam potestatem traducta, in suam transiisset. Sed cum intercessio sponsi facile repelleretur, partim favore sacri propositi, partim quod sponsa nondum ingressa esset domiciliū & potestatē viri, ipse officioso sed scelesto mendacio finxit puellā à se compressam, pro virgine immolari non posse, qua voce in furorem adactus 1. *Facti species ex Pausan.*

pater, occisæ filiæ uterum aperuit, & publica fide proci fraudes detexit. *Pausan. lib. 4.* Et sponsus quidem optimo jure ab actione repelli potuit: *Ærod. libr. 4. rer. judicat. t. 14. c. 1.* utrum maritus potuisset, autoritate legum Romanarum dubium redditur.

2. *De jure Rō. uxor nō transit in potestatem viri.*

Nam cum arctissimè liberi innecterentur potestati patriæ, adeò ut Justinianus nulli genti talem potestatem tribuat. *§. 2. Inst. de patr. potest.* nexus ille per nuptias non solvebatur, nec ex ullo, qui extet, scriptore probari posse dicit Hottom. *de rit. nupt. c. 22.* per nuptias solvi potestatem patriam, cum è contrario infinitis documentis probari possit, mulierem nuptam adhuc esse in potestate patris, ut expresse videre est. *l. 3. §. prohibetur. de donat. inter vir. & ux. l. 1. §. ult. l. 2. de liber. exhib. l. 1. §. 1. de agnosc. & alend. lib. l. quotiens. 29. sol. matr. l. 1. C. de bon.*
3. *quæ liber. l. 4. C. solut. matr. l. dissentientis 5. C. de repud.* Inde enim est, quod Cato dicit *in orat. pro l. Opp. Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt: In manu esse parentum, fratrum, Virorum. Liv. lib. 33.* Inde est, ut si uxori non emancipatæ à quoquam fiat injuria, tribus simul facta videatur, *l. 1. § ult. l. 8. §. 2. de injur.* ipsi uxori, ejusq; marito, in cujus familiam & dignitatem ascripta est, *l. familiæ appell. §. 1. de V. S. l. fœminæ. de Senat. l. cum quædam. de jurid.* &
4. denique patri, in cujus remansit potestate, *ut colligit Accurs. ad d. §. 2.* Inde est, quod Hermogenianus *in d. l. 2. de liber. exhib.* interdictum quidem marito det de uxore exhibenda & ducenda, sed de dominio velit patrem à marito conveniri. Inde est, quod pater filiam in adulterio deprehensam occidendi potestatem adhuc residuam habeat. *l. patris. ad l. Iul. de adult.*

5. *Distinctio Hottomani.*

Licet verò leges hæ indistinctè comprehendant quasvis uxores, quacunq; ratione domum deductæ fuerint: Hottom. tamen *in d. c. 22. & seqq. & Inst. de his, qui sunt sui jur.* promiscuā illam locutionem ascribere nititur Triboniano, & discrimen facit inter nuptias ex coemtione, & nuptias ex usu & farre, cujus diversitatis meminit etiam Boet. *2. Com. in Top. Cic. Isidor. 5. Etymol. Arnob. 4. contr. gent. Gell. lib. 3. c. 2.* Duabus quippe po-

6. *Rejicitur.*

sterioribus relictas uxores in potestate patris, non item priori. Cæterum, præterquam, quod sine causa Tribonianus istac suspitione prægravetur, nulli fundamento subnititur vetusta illa distinctio, cum posteriori ætate locum non invenerit. Nam confarreatio, *ait Boet. 2. Top. Cicer.* solis Pontificibus conveniebat & Tacitus *libr. 3. Ann.* confarreandi consuetudinem aut omissam aut inter paucas retentam scribit: Quod si

etiam

etiam in usu mansisset, sive primam eius institutionem, sive progressam consuetudinem intueri velis, tam per eam, quam per coemtionem uxor conveniebat in manū mariti, Sic enim Halyc: *de ll. Rom*: *Romulus mulierem, nuptam quod ex sacratis ll. in manum mariti convenisset, omnium rerum ac sacrorum participem esse lege sanxit. Nominabāt autem prisci sacras nuptias, Farracia, quod coniuges eodem farre vescerentur, quo & victimas respergebant. Ita hæc lex uxores, quod non haberent, quò confugerent, cogebat se in unius mariti mores fingere* Vlpian: vero. *t. 9. Inst*: *Farre convenitur in manum certis verbis*. etc. *Vsum* verò licet Boet: *in Top*: Cic: distinguat à *coemtione*, & hac sola constitui *matremfamilias* dicat, *quæ conveniat in manū viri & sit viro mulier materfamilias loco filiæ*: tamen hæc glossa redarguitur ab ipso Cicerone: *in orat*: *pro Flacc*: *In manum convenerat*: *Quæro, Vtrum usu, an coëmtione? Vsu non pòtuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui. Coemtione? Omnibus ergo autoribus* etc. Conspicuè enim præsupponit, etiam usu convenisse uxorem usurpatam in manum viri & si hac in manum conventione excipiatur mulier à potestate patris, non magis excipietur coemtione, quam usu.

Cùm igitur constet de iure Romano *Bald. in l. 9. de donat*: *int. vir*: *& ux*: *in l. 17. sol. matr*: *Accurs*: *in d. l. 8. §. 2. de injur*: *Accurs*: *Bartol. Bald. Salyc*: *in d. l. si uxor. C. de condit*: *insert*: *Dec*: *in l. 2. de R. I. Donell. 2. Comm. jur*: *civi*: *c. 26. Corras. ad l. 2. §. fuit autem. in pr. n. 17. de orig. Iur. Duaren*: *t. sol*: *Matrim*: *Ioh*: *Calvin*: *in Lexic*: *verbi uxorem*. consequens est, de eius ratione & æquitate disputationem instituere, cum multarum gentium mores à Romanis hic discidium fecerint, *ut ipse Bald*: *confitetur in l. 11. C. de nupt*: Nam de Græcorum sententia in universum judicium fieri potest, ex versibus Euripidis: 7. *Inquiritur in rationem juris Rom.* 8. *Græcorum lex à Rom: diversa.*

γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ λέχους.

Item ex actione civis Messenii in sponsam, *apud Pausan*: *libr. 4*. & legem Lycurgi conceptis verbis repetit Plutarch: *in Lacon*: qua uxor jubebatur in Mariti potestatem transire, & ædibus paternis valedicere. Mulier quædam Lacæna compellata ad concubitum ab amasio, quod in ea Rep: flagitiosum non erat, *Ælian*: *libr. 3. Var*: *c. 20*. conformiter

huic loci respondit. *Cum puella essem, didici parenti parere, & hoc egi. Mulier autem viro.* *Hinc ergo, si justa roges, manifestum facias primum*, perinde ut Palladia soror Salviani, mariti voluntatem contra parentum vota secuta, ita se excusat ad parentes loquens:
9. *Nunquam vos vitiositate, aut contumacia offendi. A vobis sum viro tradita, à vobis conjugi mancipata. Teneo, ni fallor, mandata vestra: haret sensibus meis sanctum piæ praeceptionis arcanum: morigeram me, ut puto, ante omnia viro esse jussistis. Vestra voluntati obsecuta sum, vestra jussioni obtemperavi. Illi in omnibus parui, cui me parere voluistis. Invitavit me ad religionem, invitavit ad castitatem. Date veniam, turpe credidi reluctari.* Salvian. Epist. 4.
10. Longobardi uxores adeò in potestate & mancipio suo habebant, ut domi quoq; convictas morte damnarent. *in ll. Rotar. & Luitpr. Bald. l. 11. t. de nupt. Accurs. & Faber. in §. 1. Inst. ad SC. Tertull. Ioh. Sichard. in l. ubi adhuc. de jur. dot.* Galli jam olim, si Cæsari credimus, *In uxores sicuti in liberos potestatem habebant, lib. 6. bell. Gall.* quam ab iis vel mutuati sunt, vel secum induxerunt Franci. Consuetudo enim ubique obtinuit, ut quemadmodum *in consuet. Picta. l. 15.* scribitur. *Continuo, quam vir & fæmina, sive nobiles, sive ignobiles, matrimonium simul inierint, ex more gentis, uxor sit in potestate mariti, non patris.* Tiraq. l. 14. *Connub.* De Bituricensi testatur Boër. *in consu. Bituric. t. 1. §. 4. col. 2. & t. de consuet. matrim. §. 2. col. 5.* & in genere Le corps de droict. Franc. *livr. 5. Ioh:*
11. *Fabr. in §. 1. Inst. de SC. Tert. Masuer. §. Item filia. t. de injur. §. Item. de consuet. t. de dote. Chassan. rubr. cons. Burg. § 1. vers. 2. n. 6. Boer. decis. 197. Papon. 3. Not. 10. t. des lettres incidentes en civil. Godsred. ad l. 3. C. de emanc. lib. Anton. Fab. Iurispr. Pap. t. 8 pr. 4. Illat. 5.* Ad Germanos utrum pertransierit jus Longo-
12. bardorum dubitat Joh. Sichard. *d. l. ubi adhuc.* De jure Saxonico, cum nupta statim transeat in potestatē & tutelam mariti, wenn er das Brautbette beschritten *lib. 1.* Landrecht *art. 31.* wenn ein Mann ein Weib nimpt *art. 45. in verb.* vnd ob wol ein Mann. *lib. 3. art. 45. ubi gl. in verb.* der Mann ist *Gl. in art. 26.* Weichbild *n. 46. Coler. decis. 66. n. 12. Mauser. ad t. de nupt. in rubr. col. 7. Frid. Pensold. in addit. ad decis. col. 286. n. 214.* non poterit simul manere sub potestate patria, quia in duorum potestate una persona non est, *l. 5. §. ult. Commod. l. quod contra. 141. §. uni duo. de R. I. Anton. Fab. Iurisprud. Papin. t. 8. princ. 4.* & tutorem nequit habere, qui in patris potestate

De jure Saxon.

state existit. §. *permissum. Inst. de tutel.* Dubiam quidem sententiam hanc pronuntiat Modestin. Pistor. *in intell. sing. ad l. 1. Landr. art. 11. Dauth. in tr. de testam. t. qui test. fac. poss. n. 158. & seq.* eò quod Zobel. jus commune expressè à Saxonico correctum non esse affirmet. *ad art. 45. lib. 3. & ad art. 31. lib. Landr. ad text. Germ. lit. F.* Sed litem decidere voluit Elector peculiari constitutione, *part. 2. Const. 10.* sanciens, ut vice & loco emancipationis habeatur separatio, non quidem habitationis, *lib. 1. Landr. d. art. 31. in verb.* Sie sondern sich mit der kost/ oder nicht/ sed familiæ, adeò, ut dum ingreditur lectum viri uxor, simul egrediatur imperio paterno, prout communiter interpretes Juris Saxonici decidunt, *Fachs. diff. 8. Reinhard. part. 6. diff. 24. Consult. super. const. Elect. vol. 2. part. 1. q. 59. n. 3. Coler. decis. 12. n. 4. decis. 41. n. 8. decis. 2 22. & ibi in addit. Pensold. n. 12. Grassal. libr. 1. recept. sent. §. fuit as. q. 4. n. 9. circa fin.* quam consuetudinem per totam Germaniam extendit Rauchb. *lib. 2. qq. Iur. civ. & Sax. q. 18. n. 24.* Dan. Moller *ad d. const. 10. n. 1.* VVesenb. *in parat. de his, qui sui vel alie. n. 3.* Nec video, cur non comprehendat *d. Const. 10.* etiam filios, cum certum sit apud Interpretes Liberos à parentibus separatos, ut loquitur Beust, non censeri amplius in potestate parentum. *part. 1. de Sponsal. n. 20.* Tam autem separatur filius matrimonio, dum propriam exorditur familiam, quam si negotietur de suo, aut in aliud se conferat domicilium, vel invito patre, quæ causa ad emancipationem sufficere vulgò creditur. *Moller. in d. Const. 10. n. 9. & lib. 2. Sem. c. 16. n. 4. Coler. d. decis. 41. n. 9. Dauth. ubi supr. Schrad. ad t. quibus mod. jus patr. pot. solv. Inst. Bruckm. in lib. 1. cons. 1. n. 12. & in tr. de Regal. §. soluta potestas. c. 1. n. 81. Schepliz. in addit. ad consuet. March. part. 3. t. 4.* Apud Hispanos plana est ex regia *Taur. 47. ubi Gomez.* quia, contracto matrimonio filius liberatur ab imperio patris. Apud Anglos, quamprimum contractum est matrimonium, omnia, quæ sunt in potestate sponsæ, ex patria potestate transeunt in maritalem. *Smith. libr. ultim. de Republic. Angl. cap. 8.* De jure Canonico, quod Civili hic adversari dicit Baldus, nemini dubium esse potest *ex c. Est ordo & seqq. 33. quæst. 5.* quibus probare intendit Gratianus: Mulierem viro in omnibus debere subesse, non tantum in ijs, quæ impedirent jus conjugii, ut limitat Alberic: Gentil: *libr. 4. de Nupt: cap. 6.* disputans pro jure Roman: contra Bodinum, *Borcholt: cons. 16. q. 1. libr. 1.* quanquam ne sic quidem nodum solvit, quem nexuerunt Martyr: *in loc. Comm. ad 4. præcept:* Hottom: *d. c. 22. & seqq. de rit: nupt:* Bodin: *1. de Republ: c. 3.* Montecat: *in libr. 1. Polit:* Kirchner: *disp: 1. de Rep. coroll. 7.*

13. *Separatio familiæ habetur loco emancipat apud Saxones.*

14.

15.

Etenim

16. *Contra jus Romanum.* Etenim patriæ potestati ita meta ponenda est, ne perturbet, aut omnino supprimat jus conjugale, quod Deus & natura assignarunt viro. Fieri enim non potest, quin, si mulier duorum dominorum, patris & mariti imperio teneatur, patre ad instantiam iratæ filiæ prohibente, quod maritus imperavit, potestas sua marito aut prorsus adimatur aut ita turbetur & eludatur, ut nullius futura sit momenti. Dionysius Halyc: *libr.* 2. prædicat nuptias ex confarreatione, quod iis uxor planè traderetur in manum viri: *Ita* ait *hac lex uxores, quod non haberent, quò confugerent, cogebat se in unius mariti mores fingere.* Sed si ad imperium paternum, tanquam ad asylum servi, aut ad equum dandi, se recipiendi copiam habeant, ecquas morigeras censes maritis futuras, ac non potius, antiquius, naturalius & magis venerandum mandatum patris contrà, tanquam clypeum, obiecturas? Prævidit hoc Vlpianus, & proinde si jure potestatis patriæ quis filiam alteri nuptam abducere vel exhiberi sibi desideret, *dubitari posse ait, an adversus eum interdicti exceptio danda sit, si forte pater concordans matrimonium, forte liberis subnixum velit dissolvere. Et certo jure utimur*, respondet, *ne benè concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur.* l. 1. §. *ult: de lib: exhib:* Quid si verò benè non concordent matrimonia, & hanc discordiam alat importunum imperium parentum, qui ut plurimum filiabus in peccato adiumento, auxilio in maritali injuria esse solent, sive amore liberorum ad querelas eorum præter modum propensi, sive quod se in liberis contemni & conculcari suspicentur: An tum è sinu mariti extrahenda est uxor mandato paterno, quemadmodum sæpius à Romanis factum accepimus? Nec enim prohiberi potest, quin iis, quos in sua potestate habet, jus dicat, ideoq; addit Vlpianus: *Patri persuadendum esse, ne acerbè patriam potestatem exerceat.* Cum enim jure retrahi à suo jure nequeat, verbis dehortandum putat esse. Et huic Vlpiani sententiæ è diametro repugnat responsio Gentilis *d. c.* 6. quod distinctæ sint potestates, patria & maritalis. Nam si distinctis limitibus à se invicem discernuntur, cur patri persuadendum est, ne acerbè potestatem, de jure sibi competentem exerceat, hoc est, ut de jure suo remittat, cum potius ex lege cogi deberet, ne potestate sua abuteretur, nec jurisdictionem maritalem involaret.

Margin notes: 17. — 18. *Quod perturbat jus maritale.* — 19. *Ne prohiberi potest pater.* — 20. *Lapsus Alberici Gentilis.*

Utrum verò patri hoc, quod monet Ulpianus, persuaderi queat, & quam facilè tenaces senes juri suo renuncient, rerum magistra experientia quotidiè confirmat. Limites verò nullos ponit Gentil. nec ponere potest. Nam si uxori ex ordine naturæ obediendum est viro, in omnibus, quæ honesta sunt, & præcipuè quæ ad rem familiarem, cui soli dedita debet esse uxor, attinent, quid relinquitur, in quo potestatem suam exercere possit pater. *Filia* sub *potestate* est, *uxor* sub *obsequio*, ait Ias. *l. 6. de re jud.* Concedo, sed is loquitur secundum jus Rom. quod versatur in quæstione. Adde quod uxor sit in officio mariti, *l. sicut. de oper. libert. l. sed si vir. de donat. inter vir. & uxor.* sed nec id sufficit, nec explicat totam subjectionem uxoris. An verò patri mulier non debet obsequiū, nec officium, cum ea soli viro assignet Gentilis? Certè distingui hæ duæ potestates non possunt, quin vel ambæ absumantur, vel alterutra saltem. Cæsaris & Dei potestates per diversos fines, & distinctas Respublic. dividuantur: Patria item & pater habent se ut publica & privata, quorum hæc cedunt illis: Sed utra duarum harum potestatum cedit alteri, quando versantur circa idem objectum? Non enim distinguuntur, nisi ratione lecti aut domus. Pono enim, exhibendam & ducendam esse uxorem: Certè Hermogenianus negat ejus rei copiam marito, nisi convento prius & exorato patre, in cujus potestate est, *l. 2. de lib. exhib. & suc.* Pone rixosam mulierem audacter obloqui viro: Cordatam dicet pater, & assensu suo alet contumaciam: vir expediet imperium, & malo nodo quæret malum cuneum. Ita aliter fieri non potest, cum patria potestas extendatur fere ad omnia, ad quæ extenditur maritalis, quippe circa idem objectum ambæ occupatæ, (quod in divisis potentijs aliàs accidere solet) quin se mutuò opugnant & impediant.

21. *Si mulier est in potestate viri, non est in potestate patris.*

Propterea lex divina voluntatem mulieris subjicit potestati mariti, & *Ipse*, inquit Deus, *dominabitur tibi*, *Gen. c. 3.* Mariti quippe, non patris alligatur imperio, quod Canones *33. quæst. 5.* probant ex eo: *Genes. 2. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ.* Scripturam Chaldaicam legere dicit Perer. *lib. 4. in Gen. c. 2. vers. 24. Propter hoc relinquet homo, lectum patris sui & matris suæ, id est, domum, & agglutinabitur uxori suæ.* Alberic. Gentil. *d. c. 6.* nihil hac sententia inferri respondet, quam arctam conjunctionem viri & uxoris. Dominium quidem mariti hinc non evincitur, cum tam de muliere, quam viro idem sit subintelligendum, & verba sequentia: *Erunt duo in car-*

22. *Lex divina repugnat Romanæ.*

kkk nem

nem unam, *Matth.* 19. priora explicant de unione: Cæterum non unio simpliciter hic proponitur, sed & separatio à parentibus, quos constat desertos non esse, quamdiu potestatem integram in liberos, tanquam partes familiæ retinent. Duo igitur ab Adamo dicuntur, quod ex uxore & marito fiat una caro, & quod hac insertione in familiam mariti uxor avellatur ex radice paterna, itaque fructus, quos fert, & quod lucrum ipsi annascitur, non fert parenti, sed marito, nec amplius illi, sed huic obsequi cogitur, si quando mandata in diversum eant. Propterea *in Concil. Tolet. IV.* Viduis datur facultas ex libero arbitrio conditionem sibi quærendi, *c. ult.* 32. *q*. 2. quod sub potestate constitutis non indulgeretur, ut retrò disputavimus, & continetur *in Novell. Constitut. Saxon. part.* 2. *const.* 20. *Consult. const. Elect. Vol.* 2. *p.* 1. *q.* 59. *in fin. Dan Moller. in Const. Elect* 10. *p.* 2. *num.* 8. licet de Jure Civili secus sit. *l. viduæ, ubi Dd. C. de nupt. l. si uxor. C. de cond. insert.* §. 1. *Inst. ad SC. Treb. l.* 22. §. 1. *de adult.*

23. *Responsio Gentilis rejicitur.*

24. *Viduæ cur nubant sine consensu parentum.*

SECT. 3.

Imperium maritale consistere in humanitate, non in atrocitate.

1. *Potestas maritalis debet revocari ad eam, quæ fuit ante lapsum.*
2. *Muliebrem naturam facilius regi pudore, quam terrore.*
3. *Amor pascendus est mutuo amore.*
4. *Odium pari odio naturaliter retaliamus.*
5. *Uxor melius regitur exemplo, quam virgis.*
6. *Durum remedium amoris.*
7. *Amor quantum quibusve ex causis faciat ad fœcunditatem.*
8. *Amor captandus propter comitem jucunditatem.*
9. *Non esse facile ad verbera properandum, ob fragilitatem sexus.*
10. *Cur mulier condita ex latere.*

1. *Quale imperium maritale fuerit ante lapsum.*

POstquam marito assertum est imperium in uxorem, cui parentes intercedere non possint, certis limitibus idipsum circumscribendum est, ne quod in pietate consistere debet, degeneret in atrocitatem, quemadmodum de patria potestate rescripsit Adrianus Imp. *l.* 5. *ff. ad l. Pompei. de parricid.* Voluntarium enim debet esse obsequium uxoris, & amicum imperium viri, quale ante lapsum in Paradiso fingit Augustinus *libr.* 11. *de Gen. ad lit. c.* 27. ***dilectionis potius, quam conditionis***,

quæ

quæ per imprecationem post lapsum accedens, odiosum & grave fecit onus reluctanti animo. Non enim cum uxore agendum, ut cum serva, sed ut cum socia, *ut docet Aristot. 8. Eth. c. 10. & seqq. 1. Polit. c. ult. & nos sub finem hujus cap. subjiciemus.* Quin etiam usu compertum est, ad demerendos & in fide & obsequio retinendos animos, mulieres, 2. *Fœminas melius regi pudore, quam terrore.*

Facilitate homini nihil esse melius neq; clementia. Ter. Ad 5. sc. 4. Rosæ mollitiem si molliter extremis digitorum delibes, flagranti nares perfundit odore, si premas fortiter, transadactis spinis pungit. Basilicon naribus leviter admotum reficit Spiritum cerebri: duriter tritum, Scorpionem ingenerat. Propterea Bernhar. *in Ep. ad Raym. de re fam. Malam uxorem,* ait, *risu potius, quam baculo castigabis.*

Et errat longè mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.
Mea est sic ratio & sic animum in duco meum:
Malo coactus, qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit.
Studet par referre: præsens absensque idem erit.
Hoc viri est, potius uxorem consuefacere,
Sua sponte rectè facere, quam alieno metu.
Hoc maritus ac Dominus interest. Hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare mulieribus. Ib. Act. 1. sc. 1.

Romani cum raptas in manu & arbitrio suo possiderent Sabinas, vi tamen non agebant, sed ad efficacissimas apud animos muliebres preces, palpum & blanditias confugiebant. *Nec mora,* ait Livius: *Jam admodum mitigati animi raptis erant. Liv. lib. 1.* Qui cogit, absterret quidem à scelere, qui amore inducit, invitat etiam ad benefaciendum, & cereum 3. *Amor amore pascendus.*

prælecti ingenium ad laudabile mutui amoris certamen provocat. *Nullum enim habet majus malum occupatus homo,* ait Senec. *Epist.19. & bonis suis obsessus, quã quod amicos sibi putat, quibus ipse non est.* Item, *Epist. 9. ad Lucil. Monstrabo tibi amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius venefica carmine si vis amari, ama.* cui colludit Martial. *lib. 6.*

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Oresten,
Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris, ama.

nec non Ovid. *Ut, ameris amabilis esto:*

Si tibi sum Phœbus, si sum tibi Juppiter, Ægle,
Cur tu non Daphne sis mihi, non Danae? Act. Sannaz. *lib. 1. Epigr.*

4. *Odium pari odio naturaliter retaliamus.* Naturali enim φιλαυτίᾳ nos magnifieri gaudemus, & ut amorem mutua benevolentia demereri studemus; ita odium pari aversatione multamus, quemadmodum L. Crassus senator dicebat ad L. Philippum Consulem: *Non es mihi, Philippe, Consul, quia nec tibi Senator sum. Valer. libr. 6. c. 1.* & orator Domitius apud Hieron. *ad Nepotian. Cur ego te habeam, ut principem cum tu me non habeas, ut senatorē. c. Esto subject. dist. 95:* & Episcopi Germaniæ scribebant ad Gregorium VII. *Quia nemo nostrum tibi hactenus fuit Episcopus: ita nulli nostrum à modo eris Apostolicus. In Epist. quæ incip. Cum primùm Ecclesia. § ult. in fin. Abb. Vrsperg. in Chron. Flac. Illyr. in catal. test. verit. ex actis comit. VVormat.*

5. *Uxor regenda exemplis* Qualem enim quisque suam vult esse uxorem, talem illam exemplo præstare debet, cum sit caput & Rex familiæ, *c. si ducturi, c. non mœchab. 32. q. 6.* & frustrà petit debitum, qui quod debet, non impendit. *gl. in d. c. Esto subjectus verb. Me. dist. 95.* Rectè Aristot. *1. Oecon. c. 4. Vir uxorem injuria ne lacessat, ne injuriam repatiatur.* Sed tu vis amari, & ne possis amari, das operam, jurgiis, opprobriis, verberibusve odium subinde incutiendo. Nec enim ullam hodie vivere mulierem credo, illi Muscovicæ similem, quæ ex verberū segete æstimabat amorem viri, & se contemni ilicò clamabat, atque fustibus probè non demulceretur: *Sigism. in hist. Musc.* juxta Leoninum versiculum:

Quo plus castigat, plus in amore ligat. Naviz. sylv. nupt. lib. 1. n. 108. nec modum illum excitandi amorem & cupidinē Veneris probaverim, quo quendam ad concubitum nunquam exurgere potuisse legimus, nisi plagis à muliere prius ad satietatē conscribillatū, cui licet subtexas Ro-

manas mulieres quæ in festis Lupercalib. discursantibus cum scuticis juvenibus ad plagas sese offerebant, persuasæ eas plagas prægnantibus ad faciliorem partum, sterilibus verò ad fæcunditatem proficere. *Plutarch: in Cæs:* Rustica hæc remedia iis præscribuntur, qui odorem moschi ferre nesciunt: Ingenuis animis amor mutuò amore pascendus est, & proinde seriò id sibi imperatum esse putabunt mariti: &

Pudore & liberalitate mulieres
Retinere satius esse credēt quam metu. Terent: *ubi supra.*

Sæpe enim, etiam apud bestias, plus proficit palpus, quam fustis, & hoc facit non tantum ad jucundiorem, sed & fæcundiorem vitam. *Amor*, ait Aetius *libr. 16. c. 26. geniturum conciliat. Ideò fœmina amantes creberrimè pariunt.* Rationem ex physicis licet petere, quod cupidius in amplexus ruant, facilius se exonerent, & Spiritu vivifico turgidum semen tenacius abscondant. Quid verò jucundius, ut ait Phocylides: 7. *Amor facit fœcundos.*

ἤ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέει φίλα, γηράσκοντι
καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος.

Quid delectabilius, quam Encomium illud, quo Plinius *Epist: lib: 8: ad Gemin:* afficit quendam Macrinum, *quod cum uxore vixerit annos XXXIX. sine jurgio, sine offensa.* Quid memorabilius, quam quod in domo Prioris S. Irenæi Lugduni legitur, tumulo viri inscriptum: *Patrona, quæ cum marito vixit annos XV sine ulla animi læsione.* &c. *Merul. 2. part: Cosmogr: lib. 3. c. 19.* Quid magis regium, quam quo maritum Eduardum III. regem Angliæ consolata est Philippa Comes Hainoviensis: *Nous avons en paix, en ioye, & en prosperité usè tout nostre temps: Froissard: libr. 1. c. 173.* Cannibales tantum tribuebāt amori conjugali, ut in eo & fortitudine bellica omne virtutum momentum collocarent. *Montaign. es Ess. ch. 30. liv: 1.* D. Petrus 1. *Epist. 3.* uno verbo complexus est omnia, qui, postquam mulieres viris exemplo Saræ, subjecerat, viros jubet iis cohabitare *secundum prudentiam,* & rationem ex fragilitate earum adiicit, quæ veniam ubiq; & conniventiam meretur. Valerius truci Catonis orationi pro Loppia sic respondet: *Vos in manu & tutela, non in servitio debetis habere eas & malle patres Vos aut viros, quam Dominos dici.* Item. *Patiendum quidem huic infirmitati est, quodcunq; vos censueritis. Sed quò plus* 8. *Jucundius amari, quam vapulare.* 9. *Ad verbera non properandum ob fragilitatem sexus.*

 potestis

potestis, eò moderatius imperio uti debetis Liv. libr. 35. in pr: Non enim ex pede, extracta est mulier, ut ad pedes proiici debeat sed ex
10. *Cur mulier condita ex latere.* latere, ut collateralis censeatur, *Chrysost: hom. 20. in Epist: ad Ephes: Lombard: & Comm: 2. dist: 18. Thom. 1. p. q. 92. art. 3. Gl. in c. nec illud. verb. Costa. 33. q. 5.* & quidem ex latere sinistro, *si Gloss. credimus,* in quod cordis basis, & fundamentalis amor propendet. Quin etiam ut latus & costæ sub brachiis sitæ sunt, & ab iisdem defenduntur: ita sub viro quidem collocant uxorem, sed cui defensionem ex superiori debeat maritus. *Perer: libr. 4. in Gen. c. 1. V. 22 q. 4. l. 2. de injur. §. patitur. Inst: Eod.*

SECT. 4. Utrum potestas maritalis extendatur usq; ad verbera.

1. *Damnatur sævitia viri in uxorem.*
2. *A mitioribus in omni medicina auspicandum.*
3. *Quare mulieribus diu connivendum sit.*
4. *Uxoris vitium aut ferendum aut tollendum.*
5. *An uxor verberari queat sine sacrilegio.*
6. *Non esse vecordiam Antonini Imp: imitandam.*
7. *Nec Adriani, aut Cabbæ Romani.*
8. *Uxorem verberari posse sine injuria.*
9. *Modo non verberetur sine causa.*
10. *Castigatio domestica nō infamat.*
11. *Verberans uxorem non punitur, nisi propter excessum.*
12. *Qui negent, uxores verberari posse.*
13. *Mulieres lenitate & indulgentia corrumpuntur.*
14. *Consilium eorū, qui rixosas uxores perferūt, ut palæstram patiētiæ.*
15. *Potest quis etiam propriam carnem, si corrupta sit, præscindere.*
16. *Metus aliquando corrigit, quod nescijt corrigere indulgentia.*

ARistot: 1. *Eth:* alios ait abstinere à malo, pudore, alios metu, quod de fæminis quoq; verum esse demonstrant duæ contrariæ orationes Catonis, & Valerii, *Liv: libr: 34.* quarum una leges fert impotentis ani-
1. *Sævitia viri damnatur.* mi mulieribus, altera disputat, quomodo indulgendum sit bonis, nec nos quidem benè concordantia matrimonia jure potestatis maritalis turbari ullo modo volumus. Quippe si tu fulmina & cuneos perpetim crepes, amburetur splendor nivei amoris, quatietur columen familiæ & dissipabitur flamma mutuæ concordiæ, quibus familiæ vinculis disruptis

ruptis quid speres amplius, nisi proximum interitum totius Oeconomiæ. Crudelem Medicum meritò dixeris, qui Elleboro defatiget, quos benedicta aliqua panacæa restituere posset, qui digitū dolore obsessum plane amputet, cum miti anodyno dolorem lenire posset & compescere: *Extrema primo nemo tentauit loco*: ait Sen: *in Agam: Act*: 2. Crudelem judicem, qui cum Stoicis, *si sibi regnum Permittant homines,*

2. *Omnis medicina incipienda à minimis*

Falce recisurum simili se parua minetur
Crimina cum maginis: *Horat*: 1. *Sat*: 3.

ac non *potius consilio omnia prius experiatur*, *quam armis*, cum Comico. *Eun: Act*. 4. *sc*. 7. Ne Deus quidem, nisi lente, procedit ad vindictam. &

Si, quoties peccant homines, sua fulmina mitteret.
Juppiter exiguo tempore inermis esset. *Ovid*:

Quis nostrum adeò rigidꝰ suorum errorum censor est, ut si quâ vel incuria, vel dedita opera lapsus sit, non sibi ignoscat & tacitè accusanti conscientiæ se excuset? Vxor verò non tantum corpore, sed & animo marito implantatur, adeo ut Apostolus seipsum odio habere dicat, qui uxorem suam odit. *Ephes*: 5. Propterea & cognoscendi & ignoscendi locus datur, nec statim, ut

3. *Conniuendum mulieribus.*

Tardius ascendit lectum, mensaue catillum
Evandri tritum manibus dejecit: ob hanc rem,
Aut positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens, *Horat*: 1. *Sat*. 3.

ad scuticam & horrenda provolandum est verbera, sed ex præscripto Varronis *in Sat: Menipp*: *Vxoris vitium aut ferendum, aut tollendum.* Ferendum, si sit leviusculum, si saluo honore dissimulari queat, si spes sit, errorem cum tempore conniventia superatum iri: Tollendum, si ferri nequeat, nec blandis remediis expugnari. Extremis enim malis, extrema tandem adhiberi convenit remedia. *Et ferrum & ignis sæpe medicina loco est*. *Sen: ubi supr*:

4. *Vxoris vitium aut ferendum aut tollendum.*

Quod enim hic quoq; quidam nimis pii videri cupiunt & cum Catone Censorio, sacrilegii instar habent si uxorem digito tangant paulò durius, *Plut: in Cat*: hi perinde faciunt, ut mulierosi judices, qui sceleratis prolixe gratiam faciunt, ne manus sanguine incestent, aut ut meticulosi chirurgi, qui gangrænam excindere verentur, ne quâ novaculam in partem sanam aberrare sinant. Iuppiter apud Homerum *Iliad*. 1. acrites

5. *An uxor sine sacrilegio verberari queat.*

acriter quidem objurgat Iunonem, sed ultra verba ad verbera non progreditur, nec id mirum, quia objurganti cesserat Iuno, & amor conjugalis non sinebat furorem ultra meritum provehi. Aliàs nec jurgari quidem conveniebat Deo, si sine jurgio potuisset uxoris voluntatem in suas leges cogere. Marci Aurelii consilium bonum est: *Uxorem admonendam sæpe, reprehendendam rarò, violentis manibus tractandam nunquam*, nisi pervicacia patientiam rumpat. Nam ubi de rigoris aut clementiæ laude agitur, exemplum ab Aurelio capiendum non est, quem in alteram partem, famæ studio per ambitionem, peccasse certum est. Nec in iis, quæ uxorem attinent, se satis gessit, aut viriliter aut honorificè, & vulgò à populo accusatum scribit eo nomine Capitol. *in M. Anton. Phil.* Satis enim constabat Faustinam apud Cajetam conditiones sibi & nauticas & gladiatorias elegisse, & Tertullam cum ea prandentem ipse Imperator deprehenderat, de quo mimus in scena, præsente Antonino, dixit, cum stupidus nomen adulteri uxoris à seruo quæreret, & ille diceret *ter Tullus*, & adhuc stupidus quæreret, respondit ille: *Iam tibi dixi, Tertullus dicitur.* Hæc tamen omnia turpiter dissimulauit Antoninus & cum admoneretur, ut repudiaret uxorem, si non dimitteret, respondisse fertur: *Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem*, id est imperium. Imò vivam matrem exercituum cognominauit & mortuæ divinos honores & Sacerdotes decrevit: Adulteros item, Tertullum, & Vtilium, & Orphitum, & Moderatum, ad varios honores promouit. Noxiam hanc patientiam, qua peccandi fenestra magis magisq; aperiatur petulantiæ muliebri, nemo maritorum sibi imitandam proponet, qui quantum in uxorem adulteram, jure communi liceat, percognitum habet. Perniciosa enim clementia est, quæ incentivum præbet delinquenti, *Ambros: ser: 8. in Psal: 118. August: Ep. 54. ad Maced: c. 1. 14. q. 6. c. licet. de Sim:* & infamen facit autorem suum. Adrianus suspectam adulterii uxorem Sabinam, vitandæ infamiæ ergò, dimittere neglexit, & Septicio Claro, præfecto prætorii & Suetonio Tranquillo Epistolarum magistro, multisq; aliis, qui apud eam familiarius egerant, quam reverentia domus aulicæ postulabat, non nisi successores dedit. *Æl. Spart: in Andrian: n. 6.* Cabbas Romanus solebat somnum singere, cum Mecænas uxori colluderet, & tum dicebat *se Mecænati dormire. Plutarch: in Amat.*

6. *Non esse imitandam veteritem Antonini impiratt.*

7. *Nec Adrianum.*

Cabbas Rom:

8. *Vxor verberari potest sine injuria.*

Non dubium est, quin satius fuerit, severitate prohibere infamiam, quam

quam conniventia post factum velle delere. Nec enim severitate uxorem ad officium cogere, injuria est, à quâ jubet Arist. *1. Oecon. c. 4.* maritum abstinere, ut objicit Casus *d. q. 1. c. 4.* Injuriam non facit, qui jus suum persequitur. *l. 5. & 6. ad l. Aquil.* Mulierem autem in manum viri jus & fas asseruit, de quo præcipit Ecclesiasticus. *c. 25. ad fin. Quemadmodum fluvius continetur intra alveum: ita debet coërceri voluntas uxoris.* Quæ si eum gratia obsequi detrectet, cogi potest cum ingratiis, quia jurisdictio sine vi & coactione elusoria est. Alciatus *in l. quidam cum filium. n. 15. de verb. oblig.* tum demum scribit uxorē non tractari, ut uxorē, *si sine causa verberetur.* Si enim stulta pervicacia justam mariti iram provocet, contra modicam castigationem expostulandi non magis causam habet, quam si pater in filium, *Proverb. 13. Plat. 9. de ll.* senior in juniorem propinquum, *l. 1. C. de emendat. propinq.* præceptor in discipulum severius animadvertat. *l. 5. ad l. Aquil. Alciat. de præsumt. reg. 1. præsumt. 3. Menoch. cas. 364. arb. jud.* Castigatio enim etiam realis non infamat, nec faciles ad divortia indulgenda leges civiles, divertendi causam uxoribus præbent, nisi si verberibus ingenuâ indignis affectæ fuerint, *l. consensu. C. de repud. Covarr. part. 2. matr. c. 7. §. 5. n. 5.* quod præterea etiam restringitur ad verberationem sine causa, *Nov. 117. §. si quis & ib. Gothofr.* adeò ut male Borcholt. *cons. 16. q. 1. in 1. arg. libr. 1.* Verbera quæcunque ingenuo homine indigna vocet & inter causas divortii annumeranda censeat. Etenim ex usu fori, maritus, qui castigando uxorem, modum excessit, non punitur, quod verberaverit uxorem. (Id enim ipsi licere putant jure potestatis, maritalis, *ex l. si adulterium. §. Imperator. de adult.*) sed quod modum excesserit, ut disputant latè Signorol. Hom. *cons. 63. quod incipit: Titius calce perc. n. 1. & 2.* Alciat. *d. præs. 3.* Dec. *in l. ut vim. n. 22. de just. & jur.* Bellovis. *lib. 1. pract. crim. c. 9. n. 17.* Decian. *in tr. crimin. lib. 9. c. 11. num. 14.* Marsil. *in pract. crim. §. quoniam. n. 90.* Tiraq. *l. 1. Connub.* Naoge. *in c. 51. Epict.* & constat *arg. l. 5. §. ult. & l. 6. ad l. Aquil. §. Atrox. Inst. de injur.* Angel. de Clavas. *in sum Angel. verb. Uxor. n. 3. Gl. & Archidiac. in c. si alterius. verb. Indicari. 7. q. 1. gl. in c. Unum orarium. verb. servum. dist. 25. Dd. in c. quemadmodum. de jurej.* quæ pœna arbitraria est, ut probat Menoch. *d. cas. 364. n. 14.* Nulla igitur injuria est, si castigetur uxor à marito, sed si sine causa & præter modum: Nec enim

9. Modò id non fiat sine causa

10. Castigatio nō infamat.

Capienda rebus in malis præceps via est: *Sen. in Agam.* sed perferendum & obdurandum, id quod ultrò largimur Montecat. *ad tex*

140. schol. pen. ad fin. 1. Polit. Ludovvic. Viv. *in lib. de offic. marit.* Bodin. *1. de Reb. c. 3.* Cas. 1. Oecon. *c. 4. q. 1.* Tiraq. *l. 8. & 9. Connub.* Borcholt. *cons. 16. q. 1. lib. 1.* donec patientia sæpius læsa degeneret in furorem. Tum enim inclinatis velis à castris Valerii transeundum ad castra Catonis, *& injiciendi freni impotenti natura & indomito animali. Extemplo simul pares esse ceperint, superiores erunt.* Nec enim ea est mulierum indoles, ut officium suum meminerint sponte sua sine vi, aut ut sine frenis maritalibus intra gyros licentiam suam coërcere velint, ut satis ostendit idem Cato istoc suo dicterio: *Nos imperamus hominibus cunctis, uxores nobis, Plut. in Cat. Maj.* quod paulò secus usurparat Themistocles: *Athenienses imperāt Græcis, Themistocles Atheniens. Themistocli, uxor uxori filius. Plut. de educ. puer. in Them. & Græc. Apophr.* & Plutarchus accommodat ad Cethegum, inquiens: *Præcia meretrix gubernabat Cethegum, Cethegus Rempubl. in Lucull. n. 3.* In oratione verò *pro L. Opp.* disertis verbis ex nimia virorū lenitate hoc incommodū obortū iri timet Cato: *Date frenos impotenti natura & indomito animali, & sperate ipsas licentia modum facturas, nisi vos faciatis. Minimum hoc eorum est, qua iniquo animo fœmina sibi aut moribus aut legibus injuncta patiuntur, omnium rerum libertatem, imò licentiam, si vera dicere volumus, desiderant. Quid enim si hoc expugnaverint, non tentabunt? Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam illarum alligaverint maiores nostri, per quaq; subjecerint viris. Quibus omnibus constrictas vix tamen continere potestis. Quid si carpere singula & extorquere & exæquari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis?* Queritur Arist. *2. Polit. c. 7.* Plut. *in Agid. & Cleom.* de imperio mulierum in Republic. Laconica. At eius rationem quoque reijcit Cato in pusillanimitatem virorum. *Nam si in sua,* inquit, *quisq; nostrum matrefamilias, jus & majestatem viri retinere instituisset, minus cum universis fæminis negotij haberemus. Nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri, hic quoq; in foro obteritur & calcatur, & quia singulas sustinere non potuimus, universas horremus. Equidem fabulam & fictam rem ducebam esse virorum omne, genus in aliqua insula conjuratione muliebri à stirpe sublatum esse. Ab nullo genere non æquè summum*

13. *Mulieres indulgentia corrumpitur.*

mum periculum est, si cœtus & concilia, & secretas consultationes esse sinas. Non igitur injuriis virorum, sed suæ malitiæ imputare habent mulieres, si quâ invitos ad verberandum everberent, & verba verberibus vendant. Plusquam Christianè suadet Chrysost. *hom. 26. super Epist. 1. ad Corinth.* rixantem uxorem tolerare, *tanquam domesticum gymnasium & palæstram patientiæ*, quemadmodum Socrates, mirante intemperies Xantippes in maritum Alcibiade, & rogante, *quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret? Quoniã*, inquit, *cum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, ut cæterorum quoq; foris petulantiam, & injuriam facilius feram.* Gell. libr. 1. c. 17. Seneca ad importunas mulierum occentationes aures perinde obturari volebat, atq; ad sibilum anserum, *lib. In sap. non cad. injur.* quod consiliũ, qui se putet, ultra quam præceptum & fas sit, posse operari, sequatur. Pecuniam in loco negligere maximium interdum est lucrum, & jus suum sæpe sartum tectum quis retinere nequit, nisi de eo cedat. Nos id agimus, ut ostendamus, refractariam uxorem sine crimine sacrilegii posse in ordinem severe cogi, quà verbis, quà verberibus, nec tum obstat, quod cum viro sit una caro, quam nemo unquam odio habuit, *ad Ephes. c. 5.* quodq; sua membra nemini liceat configere, ne seipsum confodiat. 5. *Eth. c. ult. c. admonere. 33. q. 2.* Distinguendum enim est inter carnem integrã & corruptam, inter membra sana, & putida. Illa sine sacrilegio non læduntur: his sine sacrilegio non parcitur. Quicquid enim gangræna ita depastum est, ut nullis medicamentorum blanditiis corrigi potuerit,

Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.

Nec maritum deterrere debet, quod vulgo dici solet

Jlle lavat laterem, qui castigat mulierem. Sylv. nupt. lib. 3. n. 108. *Laterem autem quantò magis quis lavat, tantò magis lutum facit.* 16. *c. Ille pœnitent. dist. 3. de con.* Nõ, itẽ, quod fustes plerunq; Elephantinum corium obducant, & callo morum pravitatem muniant. *Kirchner. disp. 1. de Rep. Cor. 7.* Nam ne fures quidem & latrones castigandi essent, quia sæpe post primam admonitionem, ad vomitum redeunt: & sæpe videmus timore sensim ad virtutis studium quasdam deduci, quas pudor, si ingenio relictæ fuissent, nunquam deduxisset. Namq; ut

Oderunt peccare boni virtutis amore: Sic
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

14. *Consilium eorum, qui rixosam uxorẽ ferunt, ut palæstram patientiæ.*

15. *Etiã propriã carnem quis potest præscindere.*

SECT. 5. Utrum maritale imperium contineat in se potestatem vitæ & necis.

Quin

QVin imò multæ gentes non in hoc solum gradu finierunt potestatem mariti in uxorem, sed eã usq; in vitam & necem extenderunt. De Gallis enim sic scribit Cæsar *libr: 6. bell: Gall: viri in uxores, sicuti in liberos vitæ necisq; potestatem habent. Et cum paterfamilias illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt, & de morte, si res in suspitionem venit, de uxoribus in seruilem modum quæstionem habent, & si compertum est, igni atq; omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* De Germanis Tacitus, *libr. de morib: German: Adulterarum pœna præsens & maritis permissa erat. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnẽ vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla est venia.* Bambergensis editio addit *parentes*, & sic legit: *Adulterarum pœna præsens & maritis & parentibus permissa*, quam lectionem probat Lipsius inquiens. *Maritos solos hic esse arbitros, satis crudum*, cum tamen sic usu receptum fuerit apud Gallos, ubi post mortem viri, de uxoris crimine, non parentes, sed propinqui mariti judicium agebant sanguinis, & paulò post Tacitus pœnam explicans, tribuit eam soli marito, sed coram propinquis infligendam, quem morem quoq; extitisse Roman. paulò post dicimus. Ex hac Germanorum seueritate fluxit lex Longobardorum, quà viris jus vitæ necisq; datur in uxores, *in ll. Longobard: t. qual: mul: liber: permiss. l. 2. de adult: Cuiac: in 2. Paul. recept: sent: t. 26. §. 1. Gl. in c. inter hæc. verb. liceat. 33. q. 2.* quam adhuc suo tempore in usu fuisse testatur Bald: *in l. velles. C. de revoc: donat:* Item Gothorum, ex cuius tenore Theodoricus Rex capitalis criminis accusatam uxorem remittit ad judicium privatum mariti, *apud Cassiod. libr. 5. variar: Ep: 32. Adijt nos innumeris vicibus Patzenis repetita conquestio: qui cum esset in expeditione felicissima constitutus, à Procula coniuge tua uxorem suam asseruit trina fuisse cæde laceratam: ita ut solo beneficio desperationis evaderet, cum non plagis fessa, sed jam crederetur extincta. Hanc nos, si tamen vera est, in fœmina quam maximè admirantes audaciam, transire non patimur impunitam. Atq; ideo decretis te præsentibus admonemus, ut si factum evidenter agnoscas, delatam querimoniam pudori tuo consulens maritali districtione redarguas: quatenus ex eadem causa ad nos que-*

1. Galli in uxores habuerunt jus necis

2. Item Germani.

Varia lectio in Tacito.

3. Longobardi

Goth.

res ita justa non redeat, & legibus noueris resecari posse, quod te oportuerat domestica districtione corrigere. &c. Quin & Thraces
4. *Thrac.* refert Plato *libr. 7. de ll.* solitos uxoribus uti instar seruorũ, præcipuè quod seruitia & ministeria, agros colendi, boues agendi, & si quæ sunt vilio-
& alij Barbar: ra, attinet, & generaliter Arist. 1. *Polit. c. 2.* universis Barbaris hunc morem tribuit, quod loco seruorum habeant conjuges, quem tamen ipse meritò, ut naturæ contrarium, improbat, imò ut quieti familiarum & tranquillitati publicè adversum, Romani partim desuetudine, par-
5. tim contrariis edictis extinxerunt. Romulus enim dederat potesta-
Lex Romuli. tem maritis, uxores domi ad mortem damnandi & interficiendi, non quidem ob quodvis facinus perpetratum, sed ob tria, quæ supra enarrauimus, crimina, *veneficium puerorum, adulterium & clauium suppositionem*, *Halycarn: libr. 2. Athen: libr. 10. c. 13.* ex *Polyb. libr. 6. Gell. libr. 10. c. 23.* sub qua comprehensa fuit & illa: *Si vinum gustasset. Inve-*
6. *Vsu recepta.* *nimus enim*, ait Plinius *libr. 14. c. 13. inter exempla, Egnatij Mecennij uxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumq; cædis absolutum à Romulo.* Egnatium Metellum vocat Valerius, & non accusatione tantum, sed & reprehensione vacasse cædem addit. *libr. 6. c. 3.* Altius exemplum repetit Arnob. 5. *contr: gent: Fatuam scil. à Fauno marito Latij rege virgis Myrteis, ad mortem cæsam fuisse, quod contrà morem clam vini ollam ebiberat.* Fabius Pi-
7. *Vinum gustare mulierib. erat capitale.* ctor *in Annal:* scribit. *Matronam, quod loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, resignasset, à suis, incertum, an etiam à marito, inedia mori coactam.* Italorum quippe olim in universum, ut hodie Turcarum mulieribus nefas erat vinum gustare, *Athen: libr. 10. c. 13.* unde Cato permisit osculo impresso explorare, utrum *temetum*, quod tum vino nomen erat, ut verbum temulentiæ, inde deriuatum, adhuc testatur, *Non: Marcell:* olerent mulieres, ut ita ex sinistra suspicione primùm inducta oscula, benignitate emollitorum morum traducta sint in testimonia benevolentiæ & amoris. *Salmuth. in not. 1. libr. ad Pancirol:* Vetitum porrò erat vinum bibere fæminis Milesiis, *Athen: libr: 10. c. 9.* Massalioticis *Ælian. libr. 2. Var. Cal: Rhod: lect: ant: li. 15. c. 6.* & Xenophon ait in genere: *Propè apud omnes gentes usitatnm est, ut mulieres aut omnino vini expertes sint, aut eo quam aquatissimo utantur.*

tur. libr. de Spart: Respub: Cum enim nihil magis ornet fæminam, quam pudor & nihil tam sit contrarium pudori, quam ebrietas, ut ex Noæ & Lothi historia patet, nihil in fæmina detestabilius occurrit, quam vini usus, ultra satietatem & valetudinis regulam. *Mulier ebria maximũ malum*, ait Syracid. *c. 26. quia pudori consulere, & ignominiã tegere nescit.* Ambros: *libr. de Abrah: c. 6.* ait: *Quæ sobrij cauemus per ebrietatem ignorantes committimus. Parum est, quod ea inflammat libidinem & accendit cupiditates corporis: ipsam quoq; mentem subruit & animum castis sensim extorquet.* Item paulò post: *Multi se fortes putant, num fortiores, quam Loth? num continentiores, quam Noe? Non utiq; vitia Patriarcharum scriptura exposuit, quos victos vino legimus, sed ut tu disceres, quid caueres. Ideo iteratum est exemplum ebrietatis, ut cõfirmaretur magisterium cautionis.* Plinius verò apposité *libr. 14. c. 22. Præmium summum ebrietatis, libido portentosa, ac iucundum nefas.* Plutarchus, cum per divortia explicuisset, quod de cæde interpretatus est Halycarn: addit: *bona eius, qui præter has causas uxorem ejecisset, publicata, partim Cereri, partim ejectæ uxori adjudicari debuisse:* *In Romul:* quæ sententia vehementer arridet Bodino *libr. 1. de Respubl: c. 3.* Quanquam enim pro repudiis, ex mutuo consensu mittendis, non admodũ pugnare velit, veritus, ne illud Christi audiat: *Quicunq; dimiserit, excepta fornicatione, Matth. 5. & 19.* extractum *ex c. 2. Genes:* & repetitum à Paulo. *1. Cor: 7. ad Ephes: 5.* tamen nihil censet esse funestius, quam ad arctissimam omnium rerum societatem adigere intestinis & nouercalibus odiis dissidentes conjuges, de qua thesi supra disputauimus & ostendimus, pericula hæc non fuisse vel Christo vel Paulo ignota, & tamen noluisse illos duriciei aut pertinaciæ hominum divortia in fraudem juris primæui, quemadmodum indulserat Moses, amplius indulgere.

8. Mulier ebria, magnum malum.

9. Non esse odia conjugum solvenda divortijs.

Quod verò porrò contendit Bodinus, satius esse, ut causæ divortiorum, seu uxoriæ, domi disputentur & definiantur à marito, quia ad potestatem, de qua hic agimus, per multum attinet, sicco pede prætereundum non est. Rationem enim adjicit suæ opinioni, quæ eidem facili negotio per jugulum reduci potest. Putat enim consulendum esse honori & dignitati utriusq;, nec secreta conjugii cum certa vel utriusq; vel alterutrius infamia judicibus propalanda. Sic Hebræi olim & Romani

10. An causæ divortior. potius domi, quã in foro disputari debeant.

11. *Ratio Bodini retorquetur.*

Romani cauſas in libellis divortio. ⁊m nullas exprimebant, & Paulus Æmilius propinquis uxoris dimiſſæ ne rationem quidē reddere dimiſſionis dignabatur, *ſe ſolum ſcire*, dicens *qua in regione pedem calceus premat. Plut. in Æmyl:* Nos verò ex eadem ratione inverſâ cenſemus publica judicia etiam in divortiis faciendis omninò neceſſaria eſſe ad inhibendam eorum frequentiam, & compeſcendam facilitatem virorum. Si enim priuato quiſq; odio poſſet uxorem ædibus eijcere, nec teneretur judici reddere rationem geſtorum, parum herclè proſpectum eſſet imbecillitati uxorum, quas vel faſtidium viri vel iracunda leuitas, vel novus amor, vel quævis alia cauſa minoris momenti de domo in domum circumagitatura eſſet, imò, ſi jus vitæ & necis ex veteri lege iterum adijceretur, inſontes ſæpe ad inferos detruſura. Propterea Germani non ſoli marito jus dabant in uxorem, ſed & propinquis ſimul, ut conſtat ex verbis Taciti paulò ante relatis.

12. *Olim non ſoli marito ſed & propinquis data copia judicandi.*

Apud Romanos par jus invaluiſſe ex unico Taciti loco *libr. 2. Annal:* manifeſtum euadit, dum ait: *Pomponia Gracina, ſuperſtitionis externæ rea, mariti iudicio permiſſa: Isq; priſco inſtituto propinquis coram de capite, famaq; conjugis cognouit, & inſontem nuntiauit.* Hoc jure, cum publica quæſtione detectæ eſſent, mulieres inceſti ſtupri per ſubterranea Bacchanalia damnatas, cognatis aut in quarum manu eſſent, tradebant Conſules, *ut ipſi in priuato animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publico animadvertebatur. Liv: libr. 49. Valer: lib. 6. c. 3.* Publilia item & Licinia nobiles fæminæ, quæ viros ſuos necaſſe inſimulabantur, cognita cauſa, cum prætori prædes vadeſq; dediſſent, cognatorum decreto necatæ ſunt. *Flor: Epit: libr: 58. Valer. d. c. 3.* Nec ſine veriſimili conjectura in conſortium paricidii trahũtur cognati Corneliæ Gracchæ, ſuſpectæ de procurata nece Scipionis Africani mariti, quod in eam quæſtionem nullam inſtituiſſent. *Flor. Epit. lib. 69.*

13. *Cui convenit lex Hiſpanorum.*

Optime autem convenit huic legi cum jure Hiſpanorum, *libr. 4. For. t. de adult. l. 1. libr. 8. Ordin: t. 5. l. 2. & l. 80. Taur:* quo maritus cogitur quidem adulteram cum adulteris coram judice accuſare & convincere, ſed convictos & damnatos de judicis ſententia, in manus ſuas recipit, ut de utriſq; ſtatuat pro arbitrio, ſiue pænam iis condonare, ſiue irrogare velit. Nam hac ratione remanet viro ſua autoritas illæſa & obviam itur præproperæ mariti vindictæ, conſulitur fragilitati ſexus & à temerario

divortio

divortio, seu accusatione pars, quæ se læsam fingit, disturbatur & retrahitur. Qui enim veretur arcana domus publico ludibrio exponere, mavult sæpe leviores offensiunculas tacitè secum concoquere, & mussitando supprimere, quam conjugi ea deferendi in publicum occasionem præbere. Nec enim omnes offensiones in capitales & indelebiles necessariò prorumpunt inimicitias, ut propter eas properandum sit ad divortia, sed ut Alcibiades, cum ex lege diem dixisset uxori, & illa cepisset qua suos, qua mariti errores pro excusatione explicare, plura dicere molienti sermonem ex ore præripuit, imò compresso ore reluctantem domũ abduxit & in gratiam pristinam recepit: *Plutarch. in Alcib.* Ita Romani ædem dicaverant Veneri viriplacæ, in qua offensi mutuis odiis conjuges tacitè conveniebant, & postquam suum quisq; animum declaverat alteri, quæq; aliis dicenda non putarent, taciturnæ Deæ dixerant, cum bona gratia domum recedebant. *Valer. Max. lib. 6. Cæl. Rhod. 12. lect. antiq. Ovid. 2. de rem. amor.* Distinguimus enim inter offensiones leviculas, quæ à bono viro, salvo honore & pudore, dissimulari queunt, & inter eas, quæ ex atrociori peccato oriuntur. Illas satius est domi intra domesticos arbitros & propinquos, componi, *Ærod. rer. jud. lib. 7. t. 1. c. 23.* cum marito privata quoq; jurisdictio, jure potestatis maritalis, in uxoris leviora crimina competat, quia vix est, ut non tam Iliacos intra muros peccetur, quam extra, &, non tam vir committat aliquandò tacenda, quam uxor, quæ utrinq; propalari ignominiosum esset, & periculi opprobriiq; plenum. Divortium enim sine causa ex hac ratione nulli concedendum disputat Alberic. Gentil. *6. de nupt. c. 4.* nisi principi, cujus autoritatis maximè interest, ne ex infortunio domestico subditis vilescat, & sic recessit ab uxore Carolus M. *Æmil. libr. 12.* cujus factum ratiunculis quibusdam suffulcit Pontifex, quas refutat Morn. *in hist. Myst. iniquit. Divus Augustus filiam intra pudicitia maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit: admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus civitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filia in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quæstuariam versa jus omnis licentia sub ignoto adultero peteret. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda,* ait Seneca, (*quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem redit*) *parum*

14. *Publica accusatio probatur.*

15. *Leviora peccata rectius domi componuntur.*

16. *Principis vitia tegenda.*

mmm *potens*

potens ira publicaverat. Deinde cum interposito tempore, in locum ira subijsset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, qua tam diu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exlamavit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa aut Mecœnas vixisset. libr. 6. de benef. cap. 32. Eo prætextu Adrianum item & M. Antoninum ad uxorū connivisse adulteria supra diximus & horum posterior Senatorum autoritati id inter cætera privilegia largitus est, ut quoties de eorum tractaretur capite, secretò fieret, nec in publico, nec cuiquam Equitum judicio interesse liceret. *Capitol. in M. Anton. Phil.* Sic interdum delatorum testiumve nomina supprimuntur, *Panorm: in c. preterea de sponsal.* & conjurationes, qui sapiunt, principes, pro loco & tempore scientes nesciunt, ne ex revelatione majus aliquod malum sibi accersant.

17. *Sed publica publicè vindicanda.* Cæterum, errores nefastos, & qui solvendo vinculo conjugali satis sint, propter dignitatem personarum, quæ eorum insimulantur, vir honestatis & Reipublic. amans dissimulare, & cum domi eos vindicare nequeat, in publicum vereri producere non debet. Aleret enim nequitiam, & conscium criminum se constitueret: nec habenda est ratio dignitatis illius, qui scelere dignitate se reddidit indignum. An Brutus debuit proditoribus parcere, ut parceret filiis? Cæsar certè uxorem ex sola suspitione dimisit, nihil veritus, ne id suæ autoritati fraudi esset, aut dignitati opprobrio: quin potius Imperatoriam uxorem voluit etiam suspitione vacuam esse. *Plutarch. in Cæs.* Quod enim tua culpa aut negligentia factum non est, tibi imputari, nisi à stultitia vulgi, non potest. De M. Antonino rectè Capitolinus: *Denique Antonino, cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: Deus usq; etiam nunc habetur. in M. Anton. n. 7.*

18. *Bona conscientia non fugit lucem.*

Aut enim accusator crimine vacat, aut cum reo seipsum condemnari petit. Si crimine vacat, dignitati ejus publica accusatione nihil detrahi potest, quin potiùs innocentia elucescit eò superbius, quò manifestius ad Solem eruitur, quemadmodum imperari ceptum scribit Macrobius, 2. *Saturn. cap.* 13. *pr.* ut patentibus januis pransitaretur & cœnitaretur: *sic oculis civium testibus factis, luxuriæ modum futurum*

rum. Marsyæ fratri Antigoni Maced. postulanti à Rege fratre, ut causam suam domi cognosceret, respondit Rex: *Si nihil præter jus agimus, melius fiet in foro, cunctis audientibus.* Plutarch: in Problem: Nec dandum quicquam personæ nocenti, cum indignis ex dignitate non sit subveniendum. Quin potius id agendum, ut quam potest, ignominiosè causa cadat. Multum enim Reipubl. interesse tradit Donell. *ad l. transigere. 18. num. 7. C. de transact:* adulteria non celari. *Etenim,* inquit, *cætera delicta sine incommodo civitatis ignorari possunt. Huc enim pertinet illa detegi, ut sontes supplicio afficiantur. Adulterium verò non tantum ob vindictam publicam prodest detegi, sed etiam, ut sciamus ex honestorum civium numero eximere eos, qui ex probroso coitu nati sunt, ne istorum macula honestorum consortium maculetur.* Si verò uterque pari vitio laborat, nec publicè accusare, nec privatim judicare maritus potest, quin semper uxori in parato sit exceptio ex Ambrosio: *Judicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso, quod condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne cum de alio judicat, in se ferat sententiam.* c. judicet. in princ: 3. quæst. 7. Et ne tum quidem Reipubl. interest, ut mutuis vitiis recompensata crimina maneant impunita. Propterea propter infamiam, quam metuit Bodinus, ab accusatione publica desistendum non est, (nec apud Romanos observatum fuit, ut nullam repudii causam libello insererent, ut objicit Bodinus, quia ex l. 12. tabul. causa addenda erat, ut patet ex verbis Ciceronis: Philipp: 2. *Volumniam Mimam res suas habere jussit, ex l. 12. causam addidit.*) Et hodie Turcæ, licet mulieribus paucis ex causis matrimonio renunciandi copiam faciant, causam tamen prius à judice cognosci volunt, *Busbeq: Epist: 3.* id quod facit primùm ad retrahendum faciles animos à levibus divortiis, ne turpitudines suas, priusquam divertant, prodere cogantur, nec non, ut consulatur imbecillitati fœminarum, & refrenetur iracundia præceps mariti, quæ causa est, quare ultrò Romani abstiterint à potestate Tyrannica, qua in uxores agrestes convenæ usi fuerant.

19. *Ubi agitur de sceleribus puniendis, non parcitur dignitati.*

20. *Vitium accusare nequit, qui ex vitio laborat.*

21. *Quare viro non sit tribuenda potestas in vitam uxoris.*

Non enim procedit ad judicium maritus, nisi apprimè ab uxore læsus. Ira verò nescit servare modum, quam ob rem castigari meritum servum dimisit Plato Speusippo: *ne iratus plus faceret, quam vellet. Sen. 3. de Ira. c. 12.* Confitetur ipse Bodinus. *d.c.3.* sicut maritalis amor omnes omnium amores & amicitias superat, sic etiam odia, quæ radices egerunt inter conjuges, omnium maximè implacabilia deprehendi, ut non minus eleganti, quam urbano exemplo docuit Leo Byzantinorum ad Athenienses legatus, quem cum in concione irriderent ob corporis brevitatem: *Cur,* inquit, *homuncionem ridetis, cujus uxor tam pusilla est, ut mariti genua vix attingat? Nam etsi angustissimo cubili continemur, nihilominus tamē, cum ira exarsimus, vix Byzantij mœnia, quantumvis ampla sint, capere utrumq; possunt.* Rationem adjicit Arist. 7. *Polit. c. 7. Magis irritatur animus contra familiares & amicos, quā contra ignotos, si ab illis contemtum se aut læsum putet.* 22. *Ira viri non servat modū.* *Quapropter Archilochius rectè, cum amicos incusaret, ad animum suum loquens inquit: Nonne tu ab Amicis transfixus es lanceis? Et hoc non sine ratione contingit. A quibus enim sibi deberi beneficium existimant, ab iisdem non solum privari beneficio, sed insuper lædi se censent.* Unde proverbio dicitur: Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ, & qui se nimium amant, hi se nimium odio habent. Tutum igitur non est, læso & irato marito privatim vindicandi potestatem facere, ne affectui indulgens justitiæ limites transiliat, & pænitendum exigat supplicium.

Nam jus vitæ & necis marito ademtum est, non tantum in cæteris casibus à Romulo expressis, sed in ipso adulterio, in quo plus quam ullibi aliás justo mariti furori indulserunt jura gentium. Athenienses licet publicum judicium darent in μοιχίαν, *Sigon. 2. de Republ. Athen. cap. 1.* & forte simplex adulterium infamia tantum notarent, adulteros sacris expellerent, ut supra diximus, tamen siverunt adulterum impunè occidi, si deprehensus fuisset ἐν ἔργῳ, *ut Haloander & Alciatus legunt*, quæ lectio consonat cum interpretatione Labeonis & Pomponii, *in ipsis rebus Veneris, l. quod ait Lex. 23. in princ. de adult:* nec non Vlpiani, *in ipsa turpitudine, d. l. 23. & l. 29 item in princ. Eod:* Harmenopuli, *libr. 6. t. 2.* ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τῆς μοιχίας quodi

quod alias dicitur ἐπ' αὐτοφώρῳ *Iob: 8. v. 4.* & Lucianus expressit *in Eunuch.* ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχειν, quæ lectio magis placet Budæo *in annot. ad d. l. 23* Covarr: *part. 2. de matr: c. 7. §. ult. n. 3.* Quomodocunq; verò legas, tam Draco, quam Solon, impune volebant adulterum uxoris cum uxore interfici posse, in ipso facinore deprehensum, *Plutarch. in Solon: Lysias in orat. de cæde Eratosth: Demosth: κατ: νεαιρ:* quod inde mutuò sumtum & ad usum Rom: traductum testatur Vlpianus *in pr. d. l. 23.* Romulus multò ampliorem potestatem maritis indulserat, ut supra diximus & videre est ex lege illius relata à Balduin: Manut: Prateo: *in ll. Rom:* Brisson: *ad l. Iul. adult: c. 2.* Ærod: *rer. jud. libr. 7. t. 1. c. 4.* tracta ex Halyc: *libr. 2.* qua nescio quam levi conjectura motus Cujacius negat pœnam mortis contineri, *libr. 6. obs. 25.* quasi non expressè jus occidendi nominet Gellius *libr. 10. c. 23.* & vocabulum ζημιοῦν ab Halycarn: usurpatum non quodvis pœnæ genus, sed solam mulctam significet. *Lips: in 4. Annal: Tac: Bodin. c. 4. Meth: histor:* Multum autem hanc potestatem mariti imminuit lex Iulia ab Augusto, huic vitio per semet obnoxio & facili *Dion. in Aug: Sueton: Aug: c. 65. 68. & seq. Cuiac: in parat ff. de adult: Heg: par: 2. q. 29. n. 59.* lata, *Sueton: in Aug. c. 34. l. 1. ad l. Iul. adult:* & cum patri, in cuius potestate esset adultera filia, præcipuum jus traderetur *l. patri 20. cum seqq: de adult:* marito id bonam partem ereptum fuit. *l. marito. 24. Eod.* cuius rationem reddit Papinianus, *l. nec in ea 22. §. fin. Eod:* Ideo patri, non marito mulierem & omnem adulterum remissum esse occidere, *quod plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capiat: cæterum mariti calorem & impetū facile decernentis fuisse refrenandum.* Alexander vocat *inconsultum dolorem l. Gracchus. 4. C. Eod:* cui ordinariam pœnam remittit, *quia nox & dolor justus factū relevant,* prout jam ante placuerat Divo Pio, *l. si adulterium 38. §. Imperator 8. ff. Eod* cum ex l. Iulia non quivis à maritò, ut à patre, sed vilis tantum adulter licitè occidi posset. *l. marito 24. in pr: ff. Eod:* Optima quidem est illa ratio ad coercendum jurisdictionem privatam mariti, ex qua nos quoq; supra disputavimus, tutum non esse, ut marito ulciscendi scelera uxoris facultas tradatur. Verum ex eadem ratione ne patri quidem fas erit, per iram manus conscelerare, ut *in c. de patre & filio*, contra Ius antiquum, & pro eo disputantes Bodinum & Alberic: Gentilem ostendemus.

24. *Adulter & adultera impunè interfi. ciuntur a viro.*

25. *An Romulus viris dederit jus mortis.*

26. *Quod Augustus sustulit.*

27. *Quæ ex causa.*

28. *An patri liceat occidere filiam adulteram, per potestatem patriam*

ICti quidem causam, quare patri & marito liceat in continenti animadvertere in filios seu uxores adulteras, accersunt ex potestate, adeo ut facultatem hanc detrahant Papinianus & Ulpianus omni patri, qui filiam in potestate non habet, nec non filiofamilias patri, qui adhuc in potestate est, *l. patri. l. sic eveniet l. Quod ait lex.* §. *1. de adult:* & Covarruv: *2. part. mart: matrim: c. 7.* §. *ultim: num: 4.* hinc interpretatur legem Regiam Hispan. *part: 7. t. 17. l. 14.* qua patri par potestas datur, ut & lege Rogerii Regis Siciliæ, *t. de pœn: uxor: in adult: depreh:* ut scilicet obtineat eo tantum casu, quando uxor est adhuc in potestate patris. Si loquitur Covarruv: de potestate patria Romanorum cum Papin: & Vlpian: frustra limitat legem ex ea potestate, quæ hoc temporis jam prorsus evaluit, & non nisi cum perturbatiose & pernicie Rerumpublic. reduci potest. Si de potestate naturali, quæ omnibus parentibus in liberos competit, ut ea nunquam extinguitur, ita nec distinctione ulla opus est, cum ex illa filia nunquam, nisi per mortem, emancipetur. Sed quia hæc potestas ad dominium vitæ non progreditur, nec inde homicidium adulteri excusari, & quasi licitum defendi potest, præcipuè cum in adulterum nulla jurisdictio competat vel patri vel marito.

In Covarruv.

29. *Cædes illa excusatur per per justum dolorem.*

Quicquid enim hujus est, quod leges gentium justo mariti vel parentis dolori indulserunt, non aliunde proficisci potuit, nisi, quod justo dolori veniam dandam putaverint. Vt autem vim vi repellamus, non opus est confirmata aliqua jurisdictione, sed privato cuique id liberum faciunt jura. Propterea in opere deprehensos & in continenti tantum puniri permittunt adulteros, *d. l. quod ait lex in princ: &* §. *ult:* qua quidem festinatione abstineri deberet, si legitima potestate post factum, dissipato calore furoris, liceret vindicare. Quin etiam pater nequit datam sibi licentiam exequi, nisi in domo vel domicilio suo & generi, *l. nec in ea.* §. *2. l. quod ait lex.* §. *2. de adult:* maritus non nisi domi suæ deprehensum adulterum potest interficere, *d. l. marito. in princ:* eò quod injuria ab adultero gravior inferatur, si non dubitet ædes ipsas incesto polluere, *d. l. 23.* §. *2.* cum potestate licita etiam alibi uti debuisset. Vindicare igitur cum ipsi tantum concessum sit injuriam, ut probat Vlpian: *in d. l. nec in ea.* §. *2. in c. 3. de sent: excomm:* & ad repellendam injuriam non opus sit ordinaria potestate, potest marito aut parentibus facultas in adulteros advertendi dari, etiam si nulla vitæ & necis potestas iis tribuatur. Facultatem dixi, quam indulgentiam aut conniventiam legis potius

tius dixerim, quia ex integro à culpa & pœna excusari non potest, qui manus cruentas in uxorem & adulteros temerè expediverit: *l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. de adult. l. Gracchus 4. C. Eod.* Nec eum quidem, quem legis autoritate tutum prædicat Alexander *in d l. 4.* Canones excusant, quia non magis homicidium committit, qui despectum occidit hominem, quam qui nobilem, & lex civilis conscientiam non obligat, nisi sit justa. *Domin. à Soto libr. 1. de just. & jur. quæst. 6. art. 4.* Quin etiam dum non jubet lex, sed permittit tantum, ex permissione agentem in foro interiore non excusat, quia, *ut ait Chrysostom: quæ permittimus, nolentes toleramus, quia malas voluntates hominum ad plenum prohibere non possumus. c. hac ratione. 31. quæst. 1.* Atque ita molliunt Canonistæ rigorem legum civilium, Felin. *in c. Ecclesia. S. Mar. num. 42. de constit.* Sylvestr. *in verb. homicidium. 1. quæst. 2.* nec non Scholast. *in 4. sent. 37.* quæ limitatio procederet rectè, si de sola conniventia leges civiles loquerentur: Sed quia jus hoc deducunt JCti ex potestate patria & maritali, non tam permittunt, quam sanciunt, & apertè vocant jus occidendi, *d. l. patri & l. nec in ea. §. 2. de adult.* Vnde leges civiles tanquam æquitati & juri divino contrarias prorsus reijcit Fortun. Garf. *de ult: fin: Illat: 11.* quod de legibus sancientibus facilè concedimus, de conniventibus non item, quia justo dolori aliquid indulgendum est, *d. l. Gracchus. C. de adult.* quem difficilimum est homini temperare, *d. l. 38. §. 8. ff. Eod.* Licet enim nefas sit in Clericum vel Monachum violentas manus injicere, & qui id attentaverit, Anathematis vinculo ita subjiciatur, ut ne ab Episcopo quidem absolvi queat, donec Apostolico conspectui præsentetur & eius mandatum suscipiat: *c. si quis suadente. 17. quæst. 4.* tamen ab hoc Anathemate liber est, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore vel filia propria turpiter inventum manus injecerit violentas, *c. si vero. 3. de sentent. excommun.* cujus Bernhardus illic *in gl: verb. turpiter.* rationem subjicit, *quia tam justum dolorem compescere non potuit.* Non datur quidem jus occidendi, aut, ut hoc saltem accipiamus, quod notat Fortun. *d. Illat. 11.* violenter percutiendi clericum, quem quis cum sorore invenerit: sed condonatur pœna justo dolori & inconsulto, quod arguat absentiam doli & animi ex proposito nocere volentis. Si enim uxorem adulteram, in quam potestatem obtinet maritus, non potest

inter-

30. *Occidens adulterum non excusatur prorsus à crimine cædis.*

31. *Quatenus lex civilis probatur, vel non probatur.*

rela justa non redeat, & legibus noueris resecari posse, quod te oportuerat domestica districtione corrigere. &c. Quin & Thraces
4. Thrac. refert Plato *libr. 7. de ll.* solitos uxoribus uti instar seruorū, præcipuè quod seruitia & ministeria, agros colendi, boues agendi, & si quæ sunt vili-
& alij Barbar: ora, attinet, & generaliter Arist. 1. *Polit. c. 2.* universis Barbaris hunc morem tribuit, quod loco seruorum habeant conjuges, quem tamen ipse meritò, ut naturæ contrarium, improbat, imò ut quieti familiarum & tranquillitati publicè adversum, Romani partim desuetudine, par-
5. tim contrariis edictis extinxerunt. Romulus enim dederat potesta-
Lex Romuli. tem maritis, uxores domi ad mortem damnandi & interficiendi, non quidem ob quodvis facinus perpetratum, sed ob tria, quæ supra enarrauimus, crimina, *veneficium puerorum, adulterium & clauium suppositionem*, Halycarn: libr. 2. *Athen: libr. 10. c. 13. ex Polyb. libr. 6. Gell. libr.*
6. *10. c. 23.* sub qua comprehensa fuit & illa: *Si vinum gustasset. Inve-*
Usu recepta. *nimus enim*, ait Plinius *libr. 14. c. 13. inter exempla, Egnatij Mecennij uxorem, quod vinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumq́; cædis absolutum à Romulo.* Egnatium Metellum vocat Valerius, & non accusatione tantum, sed & reprehensione vacasse cædem addit. *libr. 6. c. 3.* Altius exemplum repetit Arnob. 5. *contr: gent: Fatuam scil. à Fauno marito Latij rege virgis Myrteis, ad mortem cæsam fuisse, quod contrà morem clam vini ollam ebiberat.* Fabius Pi-
7. ctor *in Annal:* scribit. *Matronam, quod loculos, in quibus erant*
Vinum gustare mulierib. erat capital:. *claues cellæ vinariæ, resignasset, à suis, incertum, an etiam à marito, inedia mori coactam.* Italorum quippe olim in universum, ut hodie Turcarum mulieribus nefas erat vinum gustare, *Athen: libr. 10. c. 13.* unde Cato permisit osculo impresso explorare, utrum *temetum*, quod tum vino nomen erat, ut verbum temulentiæ, inde deriuatum, adhuc testatur, *Non: Marcell:* olerent mulieres, ut ita ex sinistra suspicione primùm inducta oscula, benignitate emollitorum morum traducta sint in testimonia benevolentiæ & amoris. *Salmuth. in not. 1. libr. ad Pancirol:* Vetitum porrò erat vinum bibere fæminis Milesiis, *Athen: libr: 10. c. 9.* Massalioticis *Ælian. libr. 2. Var. Cal: Rhod: lect: ant: li. 15. c. 6.* & Xenophon ait in genere: *Propè apud omnes gentes usitatum est, ut mulieres aut omnino vini expertes sint, aut eo quam aquatissimo utantur.*

tur. libr. de Spart: Respub: Cum enim nihil magis ornet fæminam, quam pudor & nihil tam sit contrarium pudori, quam ebrietas, ut ex Noæ & Lothi historia patet, nihil in fæmina detestabilius occurrit, quam vini usus, ultra satietatem & valetudinis regulam. *Mulier ebria maximũ malum*, ait Syracid. *c.26. quia pudori consulere, & ignominiã tegere nescit.* Ambros: *libr. de Abrah: c. 6.* ait: *Quæ sobrij cauemus per ebrietatem ignorantes committimus. Parum est, quod ea inflammat libidinem & accendit cupiditates corporis: ipsam quoq; mentem subruit & animum castis sensim extorquet.* Item paulò post: *Multi se fortes putant, num fortiores, quam Loth? num continentiores, quam Noe? Non utiq; vitia Patriarcharum scriptura exposuit, quos victos vino legimus, sed ut tu disceres, quid caueres. Ideo iteratum est exemplum ebrietatis, ut cõfirmaretur magisterium cautionis.* Plinius verò apposité *libr. 14. c. 22. Præmium summum ebrietatis, libido portentosa, ac iucundum nefas.* Plutarchus, cum per divortia explicuisset, quod de cæde interpretatus est Halycarn: addit: *bona eius, qui præter has causas uxorem ejecisset, publicata, partim Cereri, partim ejectæ uxori adjudicari debuisse*: *In Romul:* quæ sententia vehementer arridet Bodino *libr. 1. de Respubl: c.3.* Quanquam enim pro repudiis, ex mutuo consensu mittendis, non admodũ pugnare velit, veritus, ne illud Christi audiat: *Quicunq; dimiserit, excepta fornicatione, Matth. 5. & 19.* extractum *ex c. 2. Genes:* & repetitum à Paulo *1. Cor: 7. ad Ephes: 5.* tamen nihil censet esse funestius, quam ad arctissimam omnium rerum societatem adigere intestinis & nouercalibus odiis dissidentes conjuges, de qua thesi supra disputauimus & ostendimus, pericula hæc non fuisse vel Christo vel Paulo ignota, & tamen noluisse illos duriciei aut pertinaciæ hominum divortia in fraudem juris primæui, quemadmodum indulserat Moses, amplius indulgere.

8. *Mulier ebria, magnum malum.*

9. *Non esse odia conjugum solvenda divortijs.*

Quod verò porrò contendit Bodinus, satius esse, ut causæ divortiorum, seu uxoriæ, domi disputentur & definiantur à marito, quia ad potestatem, de qua hic agimus, per multum attinet, sicco pede prætereundum non est. Rationem enim adjicit suæ opinioni, quæ eidem facili negotio per jugulum reduci potest. Putat enim consulendum esse honori & dignitati utriusq;, nec secreta conjugii cum certa vel utriusq; vel alterutrius infamia judicibus propalanda. Sic Hebræi olim & Romani

10. *An causæ divortior. potius domi, quã in foro disputari debeant.*

11. *Ratio Bodini retorquetur.* Romani causas in libellis divortiorum nullas exprimebant, & Paulus Æmilius propinquis uxoris dimissæ ne rationem quidẽ reddere dimissionis dignabatur, *se solum scire*, dicens *qua in regione pedem calceus premat. Plut. in Æmyl:* Nos verò ex eadem ratione inversa censemus publica judicia etiam in divortiis faciendis omninò necessaria esse ad inhibendam eorum frequentiam, & compescendam facilitatem virorum. Si enim priuato quisq; odio posset uxorem ædibus eijcere, nec teneretur judici reddere rationem gestorum, parum herclè prospectum esset imbecillitati uxorum, quas vel fastidium viri vel iracunda leuitas, vel novus amor, vel quævis alia causa minoris momenti de domo in domum circumagitatura esset, imò, si jus vitæ & necis ex veteri lege iterum adijceretur, insontes sæpe ad inferos detrusura. Propterea Germani non soli marito jus dabant in uxorem, sed & propinquis simul, ut constat ex verbis Taciti paulò ante relatis.

12. *Olim non soli marito sed & propinquis data copia judicandi.* Apud Romanos par jus invaluisse ex unico Taciti loco *libr. 2. Annal:* manifestum euadit, dum ait: *Pomponia Gracina, superstitionis externæ rea, mariti iudicio permissa: Isq; prisco instituto propinquis coram de capite, famaq; conjugis cognouit, & insontem nuntiauit.* Hoc jure, cum publica quæstione detectæ essent, mulieres incesti stupri per subterranea Bacchanalia damnatas, cognatis aut in quarum manu essent, tradebant Consules, *ut ipsi in priuato animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animadvertebatur. Liv: libr. 49. Valer: lib. 6. c. 3.* Publilia item & Licinia nobiles fæminæ, quæ viros suos necasse insimulabantur, cognita causa, cum prætori prædes vadesq; dedissent, cognatorum decreto necatæ sunt. *Flor: Epit: libr: 58. Valer. d. c. 3.* Nec sine verisimili conjectura in consortium paricidii trahũtur cognati Corneliæ Gracchæ, suspectæ de procurata nece Scipionis Africani mariti, quod in eam quæstionem nullam instituissent. *Flor. Epit. lib. 69.*

13. *Cui convenit lex Hispanorum.* Optime autem convenit huic legi cum jure Hispanorum, *libr. 4. For. t. de adult. l. 1. libr. 8. Ordin: t. 5. l. 2. & l. 80. Taur:* quo maritus cogitur quidem adulteram cum adulteris coram judice accusare & convincere, sed convictos & damnatos de judicis sententia, in manus suas recipit, ut de utrisq; statuat pro arbitrio, siue pœnam iis condonare, siue irrogare velit. Nam hac ratione remanet viro sua autoritas illæsa & obviam itur præproperæ mariti vindictæ, consulitur fragilitati sexus & à temerario divortio

divortio, seu accusatione pars, quæ se læsam fingit, disturbatur & retrahitur. Qui enim veretur arcana domus publico ludibrio exponere, mavult sæpe leviores offensiunculas tacitè secum concoquere, & mussitando supprimere, quam conjugi ea deferendi in publicum occasionem præbere. Nec enim omnes offensiones in capitales & indelebiles necessariò prorumpunt inimicitias, ut propter eas properandum sit ad divortia, sed ut Alcibiades, cum ex lege diem dixisset uxori, & illa cepisset qua suos, qua mariti errores pro excusatione explicare, plura dicere molienti sermonem ex ore præripuit, imò compresso ore reluctantem domū abduxit & in gratiam pristinam recepit: *Plutarch. in Alcib.* Ita Romani ædem dicaverant Veneri viriplacæ, in qua offensi mutuis odiis conjuges tacitè conveniebant, & postquam suum quisq; animum declaverat alteri, quæq; aliis dicenda non putarent, taciturnæ Deæ dixerant, cum bona gratia domum recedebant. *Valer. Max. lib. 6. Cal. Rhod. 12. lect. antiq. Ovid. 2. de rem. amor.* Distinguimus enim inter offensiones leviculas, quæ à bono viro, salvo honore & pudore, dissimulari queunt, & inter eas, quæ ex atrociori peccato oriuntur. Illas satius est domi intra domesticos arbitros & propinquos, componi, *Ærod. rer. jud. lib. 7. t. 1. c. 23.* cum marito privata quoq; jurisdictio, jure potestatis maritalis, in uxoris leviora crimina competat, quia vix est, ut non tam Iliacos intra muros peccetur, quam extra, &, non tam vir committat aliquandò tacenda, quam uxor, quæ utrinq; propalari ignominiosum esset, & periculi opprobriiq; plenum. Divortium enim sine causa ex hac ratione nulli concedendum disputat Alberic. Gentil. *6. de nupt. c. 4.* nisi principi, cujus autoritatis maximè interest, ne ex infortunio domestico subditis vilescat, & sic recessit ab uxore Carolus M. *Æmil. libr. 12.* cujus factum ratiunculis quibusdam suffulcit Pontifex, quas refutat Morn. *in hist. Myst. iniquit. Divus Augustus filiam intra pudicitia maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit: admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus civitatem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quæstuariam versa jus omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. Hæc non tam vindicanda principi, quam tacenda,* ait Seneca, (*quia quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem redit*) *parum*

Marginalia: 14. *Publica accusatio probatur.* — 15. *Leviora peccata rectius domi componuntur.* — 16. *Principis vitia tegenda.*

potens ira publicaverat. Deinde cum interposito tempore, in locum ira subiisset verecundia, gemens, quod non illa silentio pressisset, qua tam diu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamavit: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa aut Mecœnas vixisset, libr. 6. de benef. cap. 32. Eo prætextu Adrianum item & M. Antoninum ad uxorũ connivisse adulteria supra diximus & horum posterior Senatorum autoritati id inter cætera privilegia largitus est, ut quoties de eorum tractaretur capite, secretò fieret, nec in publico, nec cuiquam Equitum judicio interesse liceret. *Capitol. in M. Anton. Phil.* Sic interdum delatorum testiumve nomina supprimuntur, *Panorm: in c. præterea. de sponsal.* & conjurationes, qui sapiunt, principes, pro loco & tempore scientes nesciunt, ne ex revelatione majus aliquod malum sibi accersant.

17. *Sed publica publicè vindicanda.* Cæterum, errores nefastos, & qui solvendo vinculo conjugali satis sint, propter dignitatem personarum, quæ eorum insimulantur, vir honestatis & Reipublic. amans dissimulare, & cum domi eos vindicare nequeat, in publicum vereri producere non debet. Aleret enim nequitiam, & conscium criminum se constitueret: nec habenda est ratio dignitatis illius, qui scelere dignitate se reddidit indignum. An Brutus debuit proditoribus parcere, ut parceret filiis? Cæsar certè uxorem ex sola suspitione dimisit, nihil veritus, ne id suæ autoritati fraudi esset, aut dignitati opprobrio: quin potius Imperatoriam uxorem voluit etiam suspitione vacuam esse. *Plutarch. in Cæs.* Quod enim tua culpa aut negligentia factum non est, tibi imputari, nisi à stultitia vulgi, non potest. De M. Antonino rectè Capitolinus: *Denique Antonino, cum suos mores semper teneret, neque alicujus insusurratione mutaretur, non obfuit gladiator filius, uxor infamis: Deusque etiam nunc habetur. in M. Anton. n. 7.*

18. *Bona conscientia non fugit lucem.*

Aut enim accusator crimine vacat, aut cum reo seipsum condemnari petit. Si crimine vacat, dignitati ejus publica accusatione nihil detrahi potest, quin potiùs innocentia elucescit eò superbius, quò manifestius ad Solem eruitur, quemadmodum imperari ceptum scribit Macrobius, 2. *Saturn. cap. 13. pr.* ut patentibus januis pransitaretur & cœnitaretur: *sic oculis civium testibus factis, luxuriæ modum futurum*

rum. Marsyæ fratri Antigoni Maced. postulanti à Rege fratre, ut causam suam domi cognosceret, respondit Rex: *Si nihil præter jus agimus, melius fiet in foro, cunctis audientibus*. Plutarch: in Problem: 19.
Nec dandum quicquam personæ nocenti, cum indignis ex dignitate non sit subveniendum. Quin potius id agendum, ut quam potest, ignominiosè causa cadat. Multum enim Reipubl. interesse tradit Donell. *ad l. transigere. 18. num. 7. C. de transact*: adulteria non celari. *Etenim*, inquit, *cætera delicta sine incommodo civitatis ignorari possunt. Huc enim pertinet illa detegi, ut sontes supplicio afficiantur. Adulterium verò non tantum ob vindictam publicam prodest detegi, sed etiam, ut sciamus ex honestorum civium numero eximere eos, qui ex probroso coitu nati sunt, ne istorum macula honestorum consortium maculetur*. Si verò uterque pari vitio laborat, nec publicè accusare, nec privatim judicare maritus potest, quin semper uxori in parato sit exceptio ex Ambrosio: *Judicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso, quod condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne cum de alio judicat, in se ferat sententiam*. c. judicet. in princ: 3. quæst. 7. Et ne tum quidem Reipubl. interest, ut mutuis vitiis recompensata crimina maneant impunita. Propterea propter infamiam, quam metuit Bodinus, ab accusatione publica desistendum non est, (nec apud Romanos observatum fuit, ut nullam repudii causam libello insererent, ut objicit Bodinus, quia ex l. 12. tabul. causa addenda erat, ut patet ex verbis Ciceronis: Philipp: 2. *Volumniam Mimam res suas habere jussit, ex l. 12. causam addidit*.) Et hodie Turcæ, licet mulieribus paucis ex causis matrimonio renunciandi copiam faciant, causam tamen prius à judice cognosci volunt, *Busbeq: Epist: 3.* id quod facit primùm ad retrahendum faciles animos à levibus divortiis, ne turpitudines suas, priusquam divertant, prodere cogantur, nec non, ut consulatur imbecillitati fœminarum, & refrenetur iracundia præceps mariti, quæ causa est, quare ultrò Romani abstiterint à potestate Tyrannica, qua in uxores agrestes convenæ usi fuerant.

Ubi agitur de scelerib: puniendis, non parcitur dignitati.

20. *Vitium accusare nequit, qui ex vitio laborat.*

21. *Quare viro non sit tribuenda potestas in vitam uxoris.* Non enim procedit ad judicium maritus, nisi apprimè ab uxore læsus. Ira verò nescit servare modum, quam ob rem castigari meritum servum dimisit Plato Speusippo: *ne iratus plus faceret, quam vellet. Sen. 3. de Ira. c. 12.* Confitetur ipse Bodinus. *d. c. 3.* sicut maritalis amor omnes omnium amores & amicitias superat, sic etiam odia, quæ radices egerunt inter conjuges, omnium maximè implacabilia deprehendi, ut non minus eleganti, quam urbano exemplo docuit Leo Byzantinorum ad Athenienses legatus, quem cum in concione irriderent ob corporis brevitatem: *Cur,* inquit, *homuncionem ridetis, cujus uxor tam pusilla est, ut mariti genua vix attingat? Nam etsi angustissimo cubili continemur, nihilominus tamē, cum ira exarsimus, vix Byzantij mœnia, quantumvis ampla sint, capere utrumq; possunt.* Rationem adjicit Arist. *7. Polit. c. 7.* *Magis irritatur animus contra familiares & amicos, quā contra ignotos, si ab illis contemtum se aut læsum putet.*

22. *Ira viri non servat modū.* *Quapropter Archilochius rectè, cum amicos incusaret, ad animum suum loquens inquit: Nonne tu ab Amicis transfixus es lanceis? Et hoc non sine ratione contingit. A quibus enim sibi deberi beneficium existimant, ab ijsdem non solum privari beneficio, sed insuper lædi se censent.* Unde proverbio dicitur: Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ, & qui se nimiùm amant, hi se nimium odio habent. Tutum igitur non est, læso & irato marito privatim vindicandi potestatem facere, ne affectui indulgens justitiæ limites transiliat, & pænitendum exigat supplicium.

Nam jus vitæ & necis marito ademtum est, non tantum in cæteris casibus à Romulo expressis, sed in ipso adulterio, in quo plus quam ullibi aliàs justo mariti furori indulserunt jura gentium. Athenienses licet publicum judicium darent in μοιχείαν, *Sigon. 2. de Republ. Athen. cap. 1.* & forte simplex adulterium infamia tantum notarent, adulteros sacris expellerent, ut supra diximus, tamen siverunt adulterum impunè occidi, si deprehensus fuisset ἐν ἔργῳ, *ut Haloander & Alciatus legunt*, quæ lectio consonat cum interpretatione Labeonis & Pomponii, *in ipsis rebus Veneris*, *l. quod ait Lex. 23. in princ. de adult:* nec non Vlpiani, *in ipsa turpitudine, d. l. 23. & l. 29 item in princ. Eod:* Harmenopuli, *libr. 6. t. 2.* ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ τῆς μοιχείας

quod

quod alias dicitur ἐπ' αὐτοφώρῳ *Iob: 8. v. 4.* & Lucianus expressit *in Eunuch* ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχειν, quæ lectio magis placet Budæo *in annot. ad d. l. 23* Covarr: *part. 2. de matr: c. 7. §. ult. n. 3.* Quomodocunq; verò legas, tam Draco, quam Solon, impune volebant adulterum uxoris cum uxore interfici posse, in ipso facinore deprehensum, *Plutarch. in Solon: Lysias in orat. de cæde Eratost: Demosth:* κατ: υσαις: quod inde mutuò sumtum & ad usum Rom: traductum testatur Vlpianus *in pr. d. l. 23.* Romulus multò ampliorem potestatem maritis indulserat, ut supra diximus & videre est ex lege illius relata à Balduin: Manut: Prattæ: *in ll. Rom:* Brisson: *ad l. Iul adult: c. 2.* Ærod: *rer. jud. libr. 7. t. 1. c. 4.* tracta ex Halyc: *libr. 2.* qua nescio quam leui conjectura motus Cuiacius negat pœnam mortis contineri, *libr. 6. obs. 25.* quasi non expressè jus occidendi nominet Gellius *libr. 10. c. 23.* & vocabulum ζημιοῦν ab Halycarn: usurpatum non quodvis pœnæ genus, sed solam mulctam significet. *Lips: in 4. Annal: Tac: Bodin. c. 4. Meth: histor:* Multum autem hanc potestatem mariti imminuit lex Iulia ab Augusto, huic vitio per semet obnoxio & facili *Dion. in Aug: Sueton: Aug: c. 65. 68. & seq. Cuiac: in parat ff. de adult: Heg: par: 2. q. 29. n. 59.* lata, *Sueton: in Aug. c. 34. l. 1. ad l. Iul. adult:* & cum patri, in cuius potestate esset adultera filia, præcipuum jus traderetur *l. patri 20. cum seqq: de adult:* marito id bonam partem ereptum fuit. *l. marito. 24. Eod.* cuius rationem reddit Papinianus, *l. nec in ea 22. §. fin. Eod:* Ideo patri, non marito mulierem & omnem adulterum remissum esse occidere, *quod plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capiat: cæterum mariti calorem & impetũ facile decernentis fuisse refrenandum*, Alexander vocat *inconsultum dolorem* *l. Gracchus. 4. C. Eod:* cui ordinariam pœnam remittit, *quia nox & dolor justus factũ releuant*, prout jam ante placuerat Divo Pio, *l. si adulterium 38. §. Imperator 8. ff. Eod* cum ex l. Iulia non quivis à maritò, ut à patre, sed vilis tantum adulter licitè occidi posset. *l. marito 24. in pr: ff. Eod:* Optima quidem est illa ratio ad coercendam jurisdictionem priuatam mariti, ex qua nos quoq; supra disputauimus, tutum non esse, ut marito ulciscendi scelera uxoris facultas tradatur. Verum ex eadem ratione ne patri quidem fas erit, per iram manus conscelerare, ut *in c. de patre & filio*, contra Ius antiquum, & pro eo disputantes Bodinum & Alberic: Gentilem ostendemus.

24. *Adulter & adultera impunè interficiuntur a viro.*

25. *An Romulo viris dederit jus mortis.*

26. *Quod Augustus sustulit.*

27. *Qua ex causa.*

tius dixerim, quia ex integro à culpa & pœna excusari non potest, qui manus cruentas in uxorem & adulteros temerè expediverit. *l. si adulterium. 38. §. Imperator. ff. de adult. l. Gracchus. 4. C. Eod.* Nec eum quidem, quem legis autoritate tutum prædicat Alexander *in d. l. 4.* Canones excusant, quia non magis homicidium committit, qui despectum occidit hominem, quam qui nobilem, & lex civilis conscientiam non obligat, nisi sit justa. *Domin. à Soto libr. 1. de just. & jur. quæst. 6. art. 4.* Quin etiam dum non jubet lex, sed permittit tantum, ex permissione agentem in foro interiore non excusat, quia, *ut ait Chrysostom: quæ permittimus, nolentes toleramus, quia malas voluntates hominum ad plenum prohibere non possumus. c. hac ratione. 31. quæst. 1.* Atque ita molliunt Canonistæ rigorem legum civilium, *Felin. in c. Ecclesia. S. Mar. num. 42. de constit.* Sylvestr. *in verb. homicidium. 1. quæst. 2.* nec non Scholast. *in 4. sent. 37.* quæ limitatio procederet rectè, si de sola conniventia leges civiles loquerentur: Sed quia jus hoc deducunt JCti ex potestate patria & maritali, non tam permittunt, quam sanciunt, & apertè vocant jus occidendi, *d. l. patri & l. nec in ea. §. 2. de adult.* Vnde leges civiles tanquam æquitati & juri divino contrarias prorsus reijcit Fortun. Garf. *de ult: fin: Illat: 11.* quod de legibus sancientibus facilè concedimus, de conniventibus non item, quia justo dolori aliquid indulgendum est, *d. l. Gracchus. C. de adult.* quem difficilimum est homini temperare. *d. l. 38. §. 8. ff. Eod.* Licet enim nefas sit in Clericum vel Monachum violentas manus injicere, & qui id attentaverit, Anathematis vinculo ita subjiciatur, ut ne ab Episcopo quidem absolvi queat, donec Apostolico conspectui præsentetur & eius mandatum suscipiat: *c. si quis suadente. 17. quæst. 4.* tamen ab hoc Anathemate liber est, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore vel filia propria turpiter inventum manus injecerit violentas, *c. si vero. 3. de sentent. excommun.* cujus Bernhardus illic *in gl: verb. turpiter.* rationem subjicit, *quia tam justum dolorem compescere non potuit.* Non datur quidem jus occidendi, aut, ut hoc saltem accipiamus, quod notat Fortun. *d. Illat. 11.* violenter percutiendi clericum, quem quis cum sorore invenerit: sed condonatur pœna justo dolori & inconsulto, quod arguat absentiam doli & animi ex proposito nocere volentis. Si enim uxorem adulteram, in quam potestatem obtinet maritus, non potest inter-

30. *Occidens adulterum non excusatur prorsus à crimine cædis.*

31. *Quatenus lex civilis probatur, vel non probatur.*

interficere maritus, ut notat gl. 1. *in c. inter hac 33. q.* 4. quam singulariter commendant Abb. & Felin: *in c. interfecisti. de homicid.* Jas: *in l. ut vim col.* 5. *de just: & jur.* Covarr: *part.* 2. *Matrim: c.* 7. §. 7. *n.* 15. & vulgò probat Gratianus *c. inter hac. cum capp. tribus seqq.* 33. *q.* 4. multò minus poterit adulterum, in quem juris nihil habet.

32. *Canonum sententia.* Itaq; Canonistarum unanimis sententia est, neq; adulterum, neq; adulteram, à quovis licitè occidi posse, ut patet ex Sylvestr. *in verb. homicidium.* 1. *q.* 6. Tiraq: *l.* 8. *Connub:* Thoma & Scholast: 4. *sent. d.* 37. Obiter tamen notare licet, d. CC. legibus civilibus non refragari, quoniam *in c. quicunq;*, damnat Pius Papa ad pœnitentiam eum, qui propriam uxorem sine causa & certa probatione interfecit, & aliam duxit.

33. *Qua non refragatur legib civilibus.* Qui verò adulteram in turpitudine deprehensam occiderit, causam habet, & certus est de probatione. In *c. admonere.* detonat Stephanus in obstulphum, propterea quod uxorem occidisset, sine causa mortis, non sibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ suæ, non inventam cum alio viro nefariam rem facientem. Leges verò civiles marito non assignant jus occidendi, nisi si deprehensa sit uxor ἐν ἔργῳ, & quidem in domo mariti. Omitto ridiculam rationem Stephani: *Occidere non debuisti, etiam ante cædis convictam uxorem, quia Deus non vult mortem peccatoris*, quæ ratio si valet, etiam publicæ vindictæ eripit adulteram, ut & illa Nicolai: *c. inter hac.* qua corrigere se dicit leges civiles, *quia sancta Dei Ecclesia gladium non habet, nisi Spiritualem, quo non occidit, sed vivificat.* Nec enim hic quæritur de foro & pœna Spirituali, ubi qui condemnat, condemnatur & mors peccatoris odiosa est in conspectu Domini, sed de foro & suppliciis politicis, quæ misericordia divina & Ecclesiæ humanitas non præscindit, quia dictum est: *Qui gladium accipit, gladio peribit.* Augustinus item loquitur simpliciter de adultera occisa, non de deprehensa in facinore: *c. Si quod verius.* 33. *q.* 2. Nos verò postquam potestatem vitæ &

24. *Homicidium uxoris nostro jure nunquam licitum.* necis ademimus maritis in uxores, homicidium uxoris nunquam posse licitum fieri statuimus & leges illud permittentes nimis redolere antiquam severitatem, educiq; ex injusta quadam, quæ maritis attributa fuit, potestate ostendimus. Potestas enim maritalis, perinde ut patria, non in atrocitate, sed pietate consistere debet. *l.* 5. *ad l. Pomp: de Parricid:* Utrum verò & quantum indulgendum sit, ultra id, quod licet, peccanti dolori justo, in tract: *de pœnis temp:* disputabimus.

Vtrum

Utrum & quousq; uxor sit socia aut Domina domus.

1. *Societas mariti & uxoris quomodo sit Aristocratica, si mulier est in potestate viri.*
2. *Iura Romana constituunt quasi duplicem familiam viri & uxoris.*
3. *Satius esse ut conjugum bona uniantur, quemadmodum unita sunt corpora.*
4. *Divisionem bonorum inducere discordias.*
5. *Conjugibus debere omnia esse communia.*
6. *Divisionem bonorum evertere jus maritale.*
7. *Ex lege Romuli uxor fiebat Domina bonorum.*
8. *Vnde redditur ratio interdicti de donat. inter vir. & uxorem.*
9. *De jure Saxon. bona conjugum esse indivisa.*
10. *Item Gothor. & Danor.*
11. *Saltem, quæ constante matrimonio acquisita fuerunt.*
12. *Consuetudo Marchiæ Brandeburgensis.*
13. *Totius Galliæ.*
14. *Hispaniæ.*
15. *Angliæ.*
16. *De sententia Iuris Canonici.*
17. *Quæ omnia probantur ratione ex jure societatis.*
18. *Acquisita constante matrimonio adjudicanda soli viro.*
19. *Vxor ad dominium bonorum mariti admittitur ante extraneos heredes.*
20. *Vt gaudeat fructu laborum suorum.*
21. *Vivo marito debetur dominium omnium bonorum.*
22. *Quod probatur autoritate ICtorum.*
23. *Iuris Canonici.*
24. *Statutorum Lubecensium.*
25. *Communio bonorum implicatur multis difficultatibus.*
26. *Ex societate contracta non posse inferri communionem bonorum.*
27. *Leonina societas inter conjuges non admittenda.*
28. *Virum debere ex familia sentire lucrum, quia sentit solus incommodum.*
29. *An dotem ex æquo liberis constituere teneantur ambo conjuges.*
30. *Viro ex societate plus deberi, quia plus confert.*
31. *Idq; etsi non probetur, præsumitur pro viro.*
32. *Mulier debet operas viro.*
33. *Et quid juris circa industriales.*
34. *Divisio bonorum facit uxorem insurgere in maritum.*
35. *De administratione, quæ conceditur viris in bona uxorum, ex consuetudinibus gentium.*
36. *Non esse uxorem habendam, loco servæ.*

37. *Quatenus uxor sit Domina domus* | 39. *Sed ut sociam.*
38. *Non esse uxorem habendam loco servæ.* | 40. *Et dominam domus, respectu familiæ.*

1. *Societas mariti & uxoris quomodo Aristocratica.* HActenus subjecimus uxorem Dominio viri, id quod Homerus indicat, quando Regem domus constituit patremfamilias. Aristoteles verò *8. Eth. c. 10. & 11.* Regium imperium attribuit patri in filios, marito in uxorem Aristocraticum, quod quo sensu accipiendum sit, ne quid potestati maritali decedat, sub finem breviter discutiendum est. Optimates enim, qui pari auctoritate præsunt Reipubl. in se singuli non habent mutuum imperium, quod marito nuper tributum est in uxorem. Nec

2. *Jura Rom. duplicem familiam constituunt viri & uxoris.* parum favent huic rei jura Romana, quæ quasi duplicem familiam constituunt, uxoris & viri, quemadmodum olim duplicem Rempubl. sibi constituisse tribunos clamabat Appius, *apud Liv. lib. 2.* distinctos servos, *l. 1. §. si vir. de SCt. Syll. l. 3. C. de donat. inter vir. & uxor. Scip. Gent. lib. 2 de donat. inter vir. & ux. c. 13.* distincta bona, & ex iis lucra, quorum respectu societates inter se contrahere possunt, *l. societas. §. fin. pro Soc. l. ex diverso. §. Item si mulier sol. matr. l. senatus. §. si quis societatem. de mort. caus. donat. l. alimenta. §. ult. de alim. & cib. leg.* utriq; conjugum attribuentia; quod si accipiatur de bonis paraphernalibus & extradotalibus, quæ ante contractum matrimonium cuiq; propria erant, fortè juri Canonico *c. 2. de donat. inter vir. & ux.* non erit contrarium, dum ibi jubentur dividi tantum ea, quæ constante matrimonio ex bonis propriis uxoris & viri emta fuerant, *ut notat gl. ult. in d. c. 2.* Æquius tamen videtur & unioni conjugali, nec non perfecto amori convenientius, ut, sicut in corporum, ita bonorum quoque communionem conjuges consentiant, nisi cariora habeant bona, quam corpus. Nam cui potestatem fecerunt corporis, quid dubitant facere bonorum?

3. *Conjugum bona debere uniri, cum corporib.*

Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere? ubi quid mihi lucri est
Te fallere? ait Davus *apud Terent. Act. 1. sc. 2.* Sic enim & ipse Cicero conjugium describit: *2. Offic. Prima societas in ipso est conjugio, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia.* Martialis introducit Nigrinam præter dotem etiam patrimonium viro tradentem. *lib. 4. Epigr. 75.*

Te patrios miscere juvat cum conjuge census,
Gaudentem socio participiq; viro.

Et sæpe evenit, ut, qui parcunt bonis, luere in corpore cogantur. Tantæ
discordiæ semina solent ex divisis bonorum dominiis & administratio- 4.
nibus sæpe subnasci, ut confitetur Scip. Gentil. *lib.1. de donat. inter vir. &
uxor. c.15. ad fin.* licet jure & æquitate communionem probari posse vehe-
menter dubitet, quam tamen, Lusitanorum, Hispanorum, Gallorum,
Saxonum, & multarum aliarum gentium mores aliter atq; aliter recepe-
runt, quia nihil tam est consonum individuo conjugum amori, quam
bonorum & malorum, opum & paupertatis, ex æquo participes esse: *l. si
cum dotem: 21. § si maritus. 7. solut. matr.* Propterea & in definitione con- 5. *Conjugum omnia esse communia.*
stituitur, *uxor divinorum & humanorum particeps, consors omnis
vitæ*, id est, interprete Connan. & aliis, *omnis fortunæ*. Durum est, si
prodigi res suas videat uxor, si in luxum consumi, maritus: Sed hanc sibi
quisq; pœnam putare debet temerarii & inconsulti matrimonii. Aut to-
lerabilius tibi videtur, verberibus, opprobriisve impunè defatigari, con-
tagiosoq; conjugis morbo excruciari, quod post semel nexum matrimo-
nii nodum patientia superandum est, quam bonorum aliquam facere ja-
cturam? Nautæ non ita judicant, qui *vitam jactura mercium*, ut ait
Curtius *lib.5. redimere non dubitant.*

Quin etiam sinceram suam potestatem erga injurias uxoris mari- 6.
tum vix tueri videmus, ubi potentior opibus distinctam ducit familiam *Divisio bonorum evertit jus maritale.*
mulier, mariti nulla in re, nisi ad officia lecti, indigens. Vnde corruptam
familiæ faciem, similē oligarchiæ ex censu, oriri refert Aristot. 8. *Eth. c.10.*
ἐνίοτε δ' ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. οὐ δὴ γίνονται κατ' ἀρετὴν
αἱ ἀρχαὶ, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν, καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις.
Quod cum prævideret Romulus, & imperium viro assertum cuperet
quam liberrimum, nec amorem animorum & corporum conjunctio-
nem, avaritia aut bonorum fortunæ cupidine divelli vellet, ita de com-
munione bonorum inter conjuges sanxit: *Mulierem nuptam, quæ ex* 7.
sacratis legibus in manum mariti convenisset, omnium rerum ac sa- *Romulus tribuit uxori dominium.*
crorum participem esse. Halyc. *lib.2.* ubi paulò post: *Uxor enim pudi-
ca, & marito semper obsequens, æquè ac ille, domus erat Domina,
& in ejus mariti bona succedebat hæres, sicuti parentis filia, ex asse
quidem, si is sine liberis ac intestato decederet: si prolem relinque-
ret, ex æquo cum liberis.* Vnde manavit illud: *Ubi tu Cajus ego Caja.*
Plut. in præcept. connub. & Problem. Rom. Balduin. in ll. Romul. Sigon. 1. antiq:

jur. Rom. c.9. Plutarchus hinc accersit rationem, interdictæ donationis
8. inter virum & uxorem vivos. *in probl. Rom.* quam omnibus Vlpiani & Pauli rationibus. *l.1.2.& 3. de donat.inter vir.& ux.* longè præferunt Montecat. *lib.1. Polit.part. ult.* Hottom. *de dotib.* cum tamen interdicto opus non fuisset, si donari nihil potuisset, ut contra utrumq; ex hoc & aliis argumentis disputat Scip. Gent. 1 *de donat.inter vir.& ux.c.6.& 15. Brisson.de rit.nupt.pag 17. Costal.in l.1. de donat.inter vir & uxor.Corras.2. Misc.c.25. in fin.& in l.ubi ita dō.n.10.de donat.caus.mort.* Ex hoc jure procul dubio prodiit, quod jure Saxonico cautum est, & moribus Francorum receptum: Bona conjugum esse indivisa, & constitutam inter eos tacitam societatem, ut paulò post subjiciemus. Landr. *libr. 1.art.31.Author. diff. diff.6. & Reinhard. diff.46.* idq; statuto confirmari posse tradunt Mynsing.*cons.52.n.*
9. *24.dec.6.* Geil. *lib.2.obs.78. n.9.* De jure quidem Saxonico non tantum dotis, sed & aliarum à muliere illatarum rerum fructus debentur marito, *Addit. ad Fachs. diff.34. lib.1. in fin. VVesenb.cons.63. n.4.& in parat.de jur. dot.n.11.verb.Iure tamen Saxon.Coler.decis.18. n. 4. ubi Iacob Schultes in addit. Frid. Pensold.in add.ad decis.286. Col. n.220.Rauchb.p.1.q.36. n. 13.* Heg. *part. 1.q.30.n.29. ex* Landrecht. *lib.1.art.31.* adeò ut paraphernalium & extradotalium à dote, quoad usum fructum, nulla remaneat differentia, quod nec gl. Lat.Landr. *lib.1.art.45.lit.D.* prorsus negare potest. Nam & bonorum uxoris omnium mobilium, præter utensilia, quæ *gerada* vocantur, hæres efficitur maritus. *libr. 1.* Landrecht. *art. 31. ubi notat Addit. lit. C. paulò ante fin. lib.3. art.76. vers.* hat aber die Fraw. quod viceversa obtinet etiam in successione uxoris in bonis mariti. *Pensold.in add. ad decis. Coler. 286.n.183.* Id quod Saxones secum videntur attulisse in Angliam. In Dania legem receptam esse non multùm diversam colligit Cypræ. *c.5.de Spons.* §. *14. ex Nomocan.Danico lib.1. c. 6.* De Gothis idem fit verisimile ex Cassiod. *5.var. Ep. 24. in pr.* ubi Johanna Andreæ jugali suo scribitur successisse legis munere.

Si tamen avaritiæ conjugum, vel quorum jussu & præscripto quæsitæ sunt conditiones, divisionem bonorum largiamur eorum, quæ cujusq; ante matrimonium initum propria fuerunt: saltem unam domum fas est constituamus post matrimonii contractum consummatum. Sicut enim in Republ. ita in familia duorum dominium non potest non funestum esse, & plurimis contentionibus obnoxium, dum ad suum quisq; tendit commodum, sive unâ prosit alteri, sive noceat. Consuetudo pervulgata

vulgata est, apud, Germanos, Gallos, Hispanos, Anglos, ut bona habeant indivisa. In jure Saxonico, *lib.1.Landr.art.31.* Sie haben kein gezweiet Gut zu jhrem Leib. *Zobel. in d. art. 31. gl. Lat. Coler. decis. 287. n. 1. de process. exec. part. 1. c. 2. n. 220. & seqq. part. 2. c. 3. n. 271. Reinhard. part. 6. diff. 21. Schrader. §. 1. n. 110. Inst. de rer. divis. Beust. ad l. 1. n. 209. de jurejur.* Vnde fluxit consuetudo Marchiæ Brandeb. Constitutione Electorali confirmata, ut præmoriente marito, uxor lucretur dimidium bonorum reliquorum, *Scheplitz in addit. ad consuet. March. Diestelm. part. 3. t. 2. §. 1.* & acquisita constante matrimonio æqualiter inter conjugum hæredes distribuenda judicarunt Scabini Brandeburgenses. *teste eodem d. t. 2. §. 2. in addit. n. 4.* Idem invaluit in plerisq; Galliarum provinciis, ut de toto regno Franciæ testantur Iohan. Andr. *in d. c. 2. de donat. inter vir. & ux.* Nicol. de Ubald. *in tr. success. ab intest. in 4. part. princ.* qui exorbitantem vocat consuetudinem & irrationabilem. In consuet. Bituricens. *t. de consuet. matr. §. 2.* conceptis verbis statuitur: *quod maritus & uxor sint communes in bonis mobilibus & acquestibus factis constante eorum matrimonio.* *Boer. ad d. §. 2.* In Burgund. *Femme mariée, est participante avec son mari, pour la moitiè de tous meubles, & acquests faicts, constant le mariage de son dict mari & d' icelle. t. des droicts & appartenances à gens mariez. §. 2. ibi Chassan. §. 2. & 9. Francisc. Curt. sen. cons. 43.* Item in consuet. Aurelian. *t. de societate inter vir. & uxor. c. 1. Pyrrh. ibid. pag. 61. & seq.* Nivernens. *t. des droicts & appartenan. à gens mariez. §. 2.* Burdegalens. *Ferro: ad consu. Burdeg. t. de retract. §. 23.* Parisiens. *Oldr ad. cons. 248. Costal. in l. 1. de donat. inter vir & uxor. Molin. ad consuet. Paris. §. 25.* Pictaviens. *Tiraq. in ll. Connub.* Rupellens. *Honorius 3. in c. ex parte. de consuet.* adeoq; communiter pervagatur hæc consuetudo totam Galliam & Hispaniam, *ut patet ex lib. 3. Fori t. 3. l. 1. lib. 5. Ordin. t. 4. l. 1. ex l. 14. & seqq. l. 50. Taur.* & pluribus in utramque partem comprobatur à Gomez. *ad d. 50. Taur. n. 70.* Montal. *ad d. l. 1. t. 3. lib. 3. For.* Didac à Segur. *in l. unum ex famil. §. sed si fundus. n. 24. circa fin. de legat. II.* Johan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. n. 61. & seqq.* Roder. Zoar: *in d l. 1. t. de acquis. matrim. constan. libr. 3. For.* Covarruv. *par. 2. matr. c. 7. §. 1. n. 6. 7. & libr. 3. var. resol. c. 19.* In Anglia quarundam civitatum municipalis consuetudo invaluit, ut deductis sumtibus funeris, quod superest, in duas æquales partes dividatur ab Ordinario, quem vocant, seu Episcopo ejus loci, quarum una cedit liberis, altera uxori. *Smith. in lib. 3. de Rep. Angl. c. 8.* Sunt, qui idem probari censeant

[Margin: 10. — 11. — 12. — 13. Consuetudo Galliarum. — 14. Hispanorum — 15. Angl. — 16. Sententia Iuris Canonici.]

aut ex jure Canonico *c.2. de donat inter vir. & ux. Montal. d.l.1. Mynsing. &. cons: 52. Scheplitz. in consuet: March: part: 3. t.2. §. 1,n.2. Cujac: in d c.2. & ante omnes gl: in c. cum societas verb. cum societas 27. q.2.* cum tamen gl. *in d.c, 2. circa fin:* secus sentiat, & *d.c.2.* accipiat de eo casu, quando uxor & maritus symbola, ex suis quisq; bonis contulerint. Tum enim ex jure societatis contractæ æqualiter lucrum participant, & inter se dividunt. *l.ex diverso.§.item si mulier Sol: matrim. l.societas. § fin: l.si non fuerit. §. Aristo: pro soc.* Et licet consuetudo hæc tam civili juri contraria sit, quam à Canonico non confirmata: tamen ex lege societatis valdè redditur probabilis.

17. *Redditur harum consuetudinis ratio.* Socii enim ex æquo domini sunt eorum, quæ ex societate acquirunt & lucrantur. *d.c.2.in fin: de donat: inter vir: & ux. l.1.§. ult: l.2. pro soc. & traditur vulgò in l. traditionibus. C.de pact:* Inter conjuges verò fingitur societas quædam constituta. *d.c.cum societas.27. q.2.c.2.de Sponsal.* si non bonorum omnium, saltem quorundam & mutuarum operarum, unde uxor socia viri dicitur, *l.1. de rit: nupt: l. 1. de act. rer. amot: lib: 1. Landrecht. art 31.* Adde quod benedictio Dei divites faciat. *Proverb: 10. Act: 14. Eccles: c.5. Gen: 33.* Deus verò sæpe bene facit toti domui propter pietatē unius fœminæ *Syrac: c. 26.* quemadmodum David pepercit stultitiæ Nabalis, propter prudentiam Abigail uxoris. *1.Sam: 25.* & Salomon ait: *Prov: 14. Prudens fæmina ædificat domum.* Iniquum autem fuerit à benedictione Dei repelli miseram fæminam, quæ illam pia sollicitudine promerita fuerit.

18. *Acquisita constante matrimonio adjudicantur viro.* Mihi verò semper probabilior & Politicis principiis magis consona visa fuit consuetudo Anglorum universalis, qua mobilia & diligentiâ utriusque conjugum quæsita bona solius mariti dominio adjudicantur dummodo uxori post mariti obitum, de victu abundè prospiciatur, quia æquitas exigit, ut extraneis & remotis hæredibus præferatur uxor, non tantum, quod in communionem corporis & bonorum ascita, quoad vixit maritus fuit, sed sua quoq; industria non parum momenti ad hæreditatem parandam attulit. Nam ex his rationibus etiam de jure civili u-

19. *Non tamen exclusa uxore* xor succedit ante consanguineos mariti infra decimum gradum *l.1.ff. & C. unde vir & uxor. Coler: decis: 287. n. 10. Sneidevv: Inst: de hæred: quæ ab intest: def: t. de succe: vir: & ux. n. 13.* & de jure Saxonico infra septimum, si limitationi Zobelii credimus. *in diff: 8.part: 3. n.5.6.7.* Ad dominium verò dimidii bonorum æquum est, ut ante omnes cognatos vocetur, propter arctam amicitiam, quam cum viro contraxit, & ut laborum & industriæ suæ solatium ex fructibus operarum capiat, nec limis oculis suo labore saginatum advenam conspiciens, cum Virgilio conqueri necesse habeat:

In

En queis consevimus agros?
Huc vivi pervenimus, advena nostri
(Quod nunquam veriti sumus) ut possessor agelli
Diceret, hæc mea sunt, veteres migrate coloni. *Eclog.9.* aut cum Fabio: *Quam ipse conseruisset arborem, sub ea indignum esse, alium legere fructum.* *Liv: lib: 10.* Sic enim iniquum censent JCti, ut, 20.
cum conventum esset inter conjuges, ut dos, soluto matrimonio, remaneret penes maritum, actio lucrandæ dotis detur hæredibus mariti ante uxorem mortui, ne, quod ab uxore profectum est, ad alienigenas devolvatur. *arg: si quis à non Domin; Inst: de rer: divis:* Quanto minus, quod ab uxore partum est, in alienam possessionem derivare convenit, cum, quæ à nobis parta sunt, impensius amemus, & tenacius retineamus, quam quæ ex hæreditate, sine nostra opera, nobis obvenerunt. *teste Aristot: 4. Eth: c.1.& 2.* Vivo verò marito justius est omnia acquiri cum pleno dominio, quemadmodum apud Anglos, *VVhatsoever thei VViues have before mariage, as soone, as mariage is solemnised, is their busbands. J meane, of mony, plate, jevvels, cattaile, & generallus all moveables. And VVhatsoever the get after mariage, they get to their husbands. The neither can give, nor sell any thing, either of their husbandes, or their ovvne. Theirs no moueable thing is by the lavve of England constante matrimonio, but as peculium servi aut filijfamilias, and yet in moveables at y death of her husband, she can claime nothing, but according, as hee shal vvil by his testament &c.* *Smith. libr.3. Reipubl. Angl. c.8* Propius enim accedit hæc consuetudo ad juris civilis dispositionem, & fortioribus sustentatur rationibus, quemadmodum non paucis quoque ex JCtis placet. *Panor.d.c.2.de donat.inter vir.& ux. Nicol.de Vbald.tr.de success.ab intest: in 4 part.pr.Ioh.Fab.in rubr.Inst.de nupt.Chassan.consuet.Burg.rubr.4.§.2.vers. Femme.n.16: Peckius.de testam. conjug.lib.2. c.1.n.1. Ioh.Frider.Sol.in tr.de bon: const.matr.acquis:q.9.à n.21.ad fin, Heg.lib.1. q.30. Covarr. part. 2.matrim: c.7. §.1.n.5.Pyrrh.in d.c.1.consuet. Aurel.Ioh.Lup.in d.rubr.de donat:inter vir.& ux. §.61.* In jure Saxonico, licet bona dicantur indivisa, *d.art.31.li.1.* Landr. tamen id gl.Lat. *li.1.art.45. lit.D.Coler.decis.287.n.2.* accipit de solo usufr.& sustẽtatione nõ de dominio aut lucris, & Heg. putat exponi posse, de usu promiscuo. *l.quārū.C.de furt.l.caterū.de usu & habit.li.1.q.29.n.31.* Licet etiã

Scabinos

Prattensi: *in Alex: consi: 133. vol: 4.* qua uxor non sibi, sed viro acquirit. Costal. vero *in d. l. 1.* consuetudines Galliæ supra allegatas Leoninam societatem inducere putat, quod facilè nobis fuerit hoc loco probare. Lucrum enim non intelligitur, nisi omni damno deducto, ut in notatis Mucii dicit esse Servius, *l. Mucius 30. pro soc.* Damna verò, quæ sequuntur societatem conjugalem soli marito incumbunt, dum uxor interim lucro tantùm fruitur sine damno. Etenim is solus cogitur onera matrimonij ferre, sustentare uxorem, alimenta præstare, & medicina ei succurrere, non tantum secundum dotis quantitatem, *l. si cum dotem. 22. §. Sin a. in fa-viss. 8. Sol. matr:* sed etiam, si nulla dos sit constituta, ex affectione maritali, *l. 13. C. de negot:* & ad id à judice compelli potest. *arg. l. 28. de relig.* Æquum igitur est, ut qui sentit incommodum, sentiat etiam lucrum. *l. quamvis in fin. de jure dot: juncta l. cum pater. de pact. dotal. l. id quod post empt: de per. & com. res vend. l. 15. qui in potest: §. ult: de legat: præscr. l. secundum nat. 10. de R. I. & c. qui sentit 55. Eod. in 6.* Valdè quippe durum censet Gregor. *lib. 5. Epist. c. 136. ut quis, unde nullum sensit commodum, sustineat injustè dispendium,* & indignissime factum clamat Patercul. *lib. 2.* à Sylla, quod *exclusos paternis opibus Senatorum filios ad onera ordinis sustinenda cogeret, & jura commodave ijs adimeret.* Quo jure igitur ad jura & onera poterit adigi maritus solus, *l. dotis fructus. l. plerumq. § servis. de jur: dot.* cum sine dispendio, commodorum & lucri æquè particeps fiat uxor. De jure civili pater tenetur dotem constituere filiæ & donationem ante nuptias filio. *l. ult. vers. Neq. enim leges. C. de dot. promiss: l. 14. C. de jur. dot. l. capite. 19. de rit: nupt: l. de pact: 6. de collat.* Hispanorum verò reges, cum communionem bonorum inter conjuges sanxissent, ipsius æquitatis violentiá victi, coacti quoq; sunt onus dotem & donationem propter nuptias constituendi à viro transferre in totam societatem. *l. 53. Taur:* Onera enim, ad utrumq; conjugum æqualiter spectantia, æquum est, æqualiter ab utroque ferri, si lucri ex æquo ambo quærunt potiri, quod Iohan: Lup. *in d. rubr. de don. §. 66. n. 7.* & Covarr. *li: 3. var: resol: n. 3.* etiam sic probant: Omne æs alienum, ait Paul, quod manente societate contractum est, de communi solvendum. *l. 27. pro soc:* Dos autem solvenda, est veluti debitum quoddam æris alieni, quod ex bonis patriis pro sustentatione debetur liberis. Et proinde sicut cætera debita pro dimidia parte solvenda sunt uxori, *qui est participante pour la moitié des biens meubles & acquests cõmuns entre son mari & elle:*

28. *Viro debetur lucrum, quia sustinet onus.*

29. *An dotem ex æquo constituere liberis teneantur ambo cõjuges*

ex consuet. ducat. & comit: Burgund: & Nivernens. l. 59. Taur. eò quod qui capit lucrum, sentire debet onus, *l. un: §. pro secundo.in fi. C.de cad: toll.* & onus annexum repudiare nequit, qui captat emolumentum. *l. neminem, ibi Bart: de leg: 2. l.quoniam. ibi Bald. C. de nat: lib. ut latè deducit Chassan: ad consuet. Burg: rubr: 4. §.9. vers. Qui est n.2. & 9.* Ita, quod patriis bonis q: ex lege naturæ annascitur debitum dotandi excuti nequit ab uxore, dimidio bonorum potiri cupiente. Alias enim divisionem institueret Leoninam, lucrum sine suo merito omne ad se rapiens, virum verò damnis fortasse gravioribus onerans, quam lucrum remaneret, si dotis & donationis propter nuptias, quæ liberis debentur, æstimatio deducta fuisset.

30. *Viro plus debetur, quia plus confert.* Præterea, qui plus ad societatem attulit, vel pecuniæ, vel operæ, vel cujuscunq; alterius rei, plus lucri ex ea percipere debet, *d. l. 29. in pr. pro soc.* adeò ut Cassius societatem hac quoq; lege posse iniri consenserit, ut lucrum commune sit quidem, sed damni nullam partem alter sentiat, quod tum demum valere credidit Sabinus, si opera unius respondeat damno, si solus naviget, si solus peregrinetur, pericula subeat solus. *d. l. 29. §.1.* Jam verò ita comparatum est plerunq; cum viro & uxore, ut ad augendam familiam uxor nihil ferè conferre præter parsimoniam queat, omnis verò opera, omnia pericula incumbant viro. Operæ, laborum & industriæ, ut tantum, vel ut aliquid mulier conferat, rarissimum est, *ait Scip.Gent. lib: 1.donat.inter vir: & uxo: c.15.circa fin.* ideoq;, cum ea, quæ rara sunt, à legibus non advertantur, hinc nata est præsumtio juris, à Quintio Mutio inducta,

31. *Præsumtio pro marito.* *Cum in controversiam venit, unde ad mulierem quid pervenerit, verius & honestius esse, quod nō demonstratur, unde habeat, existimari, à viro ad eam pervenisse, l. Quintus 51. de donat: inter vir & uxor. l. Etiamsi. 6. C. Eod.* Pomponius addit, circa uxorem hoc probatum à Mutio, evitandi turpis quæstus gratia. Eamq; præsumtionem eò usq; extenderunt JCti, ut quæcunq; in domo mariti inveniuntur, ejus esse præsumantur, nisi mulier liquidò possit probare contrarium. *Alciat. reg. 3. præs: 26. Menoch: 3. præs: 51. n.45. Mynsing: 2. cent. obs. 92. Corras: lib: 3. Miscell: n.2. Heg: d.q.30.n.14.Coler: decis: 287.n.7.* Mulier enim ultra colum & quasillos rarò sapit, & Accurs. proprium mulierum dicit esse, suere & texere. *in l. si paterno. C. de negot: gest.* Gravior & pensior cura remittitur ad virum, dum honestas non patitur, ut mulier circumcurset, & quæ necessitas rei familiaris exigit, hinc inde, privatim & in publico

publico expediat. *l. penult: de Edend. l. fœminæ. 2. de R. I.*

Putat verò præsumtioni locum non esse Chassan. *d. rubr. 4. §. 1. vers: Femme. n. 1.* si constet de notoria industria uxoris, *Bald: in l. si uxorem col: 3. C. de cond: insert:* quemadmodum & in multis casibus præsumtionem eludi notant Alciat. *d. præs: 26.* & Corras: *d. c. 5. n. 3.* Sed tum non agimus amplius ex præsumtione, sed ex eo jure, quo operæ & industriæ uxoris debentur marito. Licet enim *l. sicut 48. in pr. de oper: libert:* loquatur tantum de officio uxoris, & non quidem ingenuæ, sed libertæ erga patronum maritum: tamen constans JCtorum sententia est, operas uxoris saltem domesticas deberi marito, *per l. sed si vir. de donat. inter vir. & uxor: l. In eum 19. §. 1. de pecul. Addit: gl: Germ.* Sandr. *lib: 1. art. 13. n. 3. Scip. Gent: de donat: inter vir. & ux. lib: 2. c. 18. & 19. Peck: de testam: lib: 2. c. 9. in pr.* quia non debet ociosa domi sedere, nec si quid proficiat, mercedē à viro exigere, & lex divina testatur, mulierē viro creatam esse in subsidium & adjutorium. *Gen. c. 2.* Quicquid igitur ope istarum operarum acquiritur, nemini de jure acquiri potest, nisi marito, cui debitæ fuerunt *Tiraquell. de nobil: c. 20. n. 94. Heg. d. q. 30. n. 12.* Si verò præter operas domesticas negotietur mulier, aut alio artificio, sine opera viri, quid lucretur, de jure civili, fateor, nihil acquiri viro, nisi contracta sit societas. *d. l. alimenta. §. ult. de alim. & ub. leg. d. l. ex diverso. §. item mulier. sol. matr:* sed consuetudinum defensores, id pro se allegare non possunt, cum fingant omnium operarum societatem per conjugium ab initio contractam. Quod si etiam non sit, iniquum est, mulierem nolle suas operas & ex iis acquisitum lucrum in medium conferre, cum conferre teneatur maritus, præcipuè cum maritus posset uxorem domi ad operas sibi & familiæ debitas potiùs detinere, quam permittere, ut cum familiæ dispendio, communiumq; rerum neglectu foris rebus propriis intenta circumcursitet, aut alias communia negligat, propria curet, quemadmodum communium solemus esse negligentiores, ut *in c. de fam. sect. ult.* probavimus.

32. *Mulier debet operas viro.*

33. *Non tamen quascunq; de jure civili.*

An etiam ex æquo.

Quocunq; igitur modo verses & torqueas, sive communionem consuetudinariam, sive distinctionem bonorum civilem, utrinq; multa se ingerunt inconvenientia, quæ vix sine tricis expediri, aut sine turbis familiarum sopiri possunt. Johan. Fab. *in rubr. Inst. de nupt:* propterea vetat certas facere mulieres de parte, quam soluto matrimonio sunt habituræ, ne destruant filios primi mariti, quod pro certo sæpe contingere addit Chassan. *d. rubr. 4. §. 2. vers. Femme. n. 16.* Arist. 2. *Polit. c. 7.* ex opibus mulierum scribit prodire superbiam, dominium in viros affectan-

34. *Bonor. divisio facit uxorem exurgere in maritum.*

tem. Nec aliter fieri potest, si tantum ubiq; possideant, quantum viri ipsi. Nam qui poterit in officio retineri uxor, quam defraudatione successionis terrere non queant? quantum illam tibi cessuram credis, quam tuarum rerum juxta tecum Dominam constituere, velis nolis, cogeris? Par in parem non habet imperiũ, nec aliter fiunt *fœmina masq; pares*, quam si matrona inferior sit marito, ut retrò diximus *ex Martiale*. Jus quidem Saxonicum attribuit marito liberam administrationem, cum eidem indulgeat tutelam earum rerum, quæ sunt uxoris propriæ, *libr. 1. Landrecht. art. 31. & 45.* adeò ut nec rationem administrationis reddere teneatur, *Schrad. Inst. de tutel. n. 9. per gl. Weichbildt art. 26. n. 46. & gl. art. 45. Landr. lib. 1. n. 2.* nec, ut suspectus, removeri queat. *Schrad. ibid. per gl. easd.* Cæterum non magis supprimit dominium muliebre, quam consuetudines Galliæ aut leges Hispaniæ, quæ constante matrimonio, marito indulgent facultatem disponendi de mobilibus, aut, ut loquuntur, *hæreditagijs*, constante matrimonio acquisitis, *par donation, vendition, permutation, & autres contracts faicts entre les vifs. Consuet. utriusque Burgund. Borbon. Nivern. Bituric. & Paris. t. des droicts & appartenances à gens mariez. Car. Molin. in consu. Paris. §. 25. col. 1. Boer. ad cons. Bitur. t. de cons. matr. §. 2. & t. de cons. de jur. stat. pers. §. 5. Chassan. ad cons. Burg. rubr. 4. §. 3. Ioh. Lup. in d. rubr. de don. inter vir. & ux. §. 66. n. 24. Covarr. lib. 3. var. resol. c. 19. n. 2.* Administratio enim illa non est absoluta, nec nisi inter vivos, seclusa ultima voluntate, locum habet, & si fiat in præjudicium futuræ successionis uxoris, statim, quicquid per eam gestum & alienatum est, rescinditur, ut nullius roboris, & in fraudem conjugis factum, prout latè explicat Chassan. *in d. §. 3. ver. des heritages. n. 6. 7. Hieron. Pantzshm. lib. 2. q. 5. Moller. ad Const. 20. Elect. part. 3. Iacob. Schultes in addit. ad q. Modest. Pist. part. 1. q. 3. & cavetur etiam in consuetud. Marcb. part. 3. t. 2 §. 23. Diestel: attributis.* Tum etiam non affert marito dominium, sed imponit potius onus novæ sollicitudinis, *Covarr. d. c. 19. n. 2.* & inducit uxorẽ ad votum captandæ mortis. Quæ enim rebus suis pro arbitrio frui impeditur per vitam mariti, eam verisimile est, unicè exoptaturam, & si facultatem habeat & speret fore clam, etiam procuraturam mortem ejus, qui solus impedimento est, ne re sua uti possit, uti liber. Postquam jam ejus morte amplam in se transtulit hæreditatem, alieno labore partam, magno cum detrimento suæ libertatis, qui in ditem possessionem de novo adoptatur, experiri cogitur: *Otium & cibus quid faciat alienis*. Quæ enim seriis votis liberum

35. *De administr. quæ datur viro, in bonis uxoris.*

36. *Rejicitur.*

rum dominium unicè quæsivit, an illam putas in recens excussam servitutem sponte sua redituram? *Crede mihi,* ait Seneca, *regnare volet in divitijs suis, lib. 1. controv. 6.* & conditionibus ita circumscribet futuri Domini licentiam, ne novis suspiriis opus habeat, ut ex servitute denuò eripiatur. Nemo enim tam iniquè de se æstimat, ut malit alterius esse, cum possit esse suus.

Quatenus igitur dominium competat uxori, pro instituti ratione, dictum fuit. Respectu enim patrisfamilias uxor subjicitur viro: respectu verò familiæ regendæ, unà cum eo concurrit, cum familia utriusq; commixta sit & una domus, *l. 1. §. si vir. de SCt. Syllan.* Hoc indicare voluit Arist. *8. Eth. c. 10. 11. 12. 1. Polit. c. 8. 1. Oecon. c. 2.* Aristocraticum imperium inter conjuges constituens. Nec enim patremfamilias respicit, cui subordinatur uxor, sed familiam, quæ utriusq; imperium comiter exaudire tenetur, cum imperent ad communem utriusq; & totius familiæ utilitatē, quemadmodū Iamblych. ostendit *in Epist. de usu conjug. quam citat Stobæ. serm. 72. In hoc,* inquit, *convenient etiam, ut mas imperet; obediat mulier. Erit autem imperij forma, non qualis est herilis, ubi superioris utilitas curatur, nec qualis artium, ubi inferioris tantum cura est, sed similis Politica, in qua communis utilitas promovetur.* Plato. 5. *de Republ. Viros mulieribus, tanquam custodes gregi, praeesse oportet, utrosq; tamen communiter filiorum, totiusq; domus curam suscipere, quemadmodum Canes gregis custodes, fœminæ æquè ac mares, in eandem custodia curam incumbunt, unàq; venantur.* Plutarch. *in præcept. conj. Sicut, cum sumuntur duæ consonæ voces, nihilominus cantus graviori ascribitur: Ita in domo rectè instituta omnes res geruntur quidē consensu conjugum: viri tamen vel imperium vel consilium eluceat.* Improbè igitur Thraces, qui teneris mulierum corporibus abutebantur, ad fodiendos agros, & agenda armenta. *Plat. 7. de ll.* Improbè Galli, qui uxores non alio jure frui sinebant, quā quo olim Romani servos. *Cæs. lib. 6. bell. Gall.* Imò non improbè tantum, sed & contra naturam ipsam peccare scribit Ægid. *lib. 2. de regim. prin. c. 15.* qui mulieres detrudant in locū servorum, cum Aristot. *1. Polit. c. 1.* servum & mulierem natura distinctos dictitet, prout latius illic *ad tex. 7.* deducunt Thom. Victor. & Montecat. Ipsæ sacræ literæ jubent virum uxori cohabitare secundum scientiam, *1. Pet. 3.* & vocanti Deo, & commissum peccatum exprobranti respondit Adam, *ut est in vulgata & citat Gregor. in lib. 22. Moral. c. 13. Mulier, quam*

37. *Quatenus uxor sit Domina domus.*

38. *Uxor non est habenda ut serva.*


39. *Sed ut socia.*

 dedisti

dedisti mihi, Sociam, dedit mihi, Perer.*lib.4. in Gen. c.2. v.18.* rectè refutat sententiam Hebræorum explicatam à David: Kimhi.*li.Radic.* quod propterea dicatur mulier facta *coram viro*, ut si ei præsto & parata ad ministrandum atq; serviendum, more sc. servorum astantium coram Dominis suis, eorumq; non verba modo, sed & nutus observantium. Non enim facta est fœmina, ut serva, sed ut socia, non ex pede aut tergo, sed ex latere, ut supra latius explicavimus. Quin de jure civili socia sit nemini dubium est, *ex l.1. de rit. nupt. l.4. C. de crim. expil. hered.* & hæc societas, ut dicebant Cassius & Nerva, *quodammodo Dominam* eam faciebat, *l.1. de act. rer. amot.* quo respicit etiam Macrob.*lib.1. Saturn. c.15. in fin.* inquiens: *Primus dies nuptiarum verecundiæ datur, postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet*, quod his verbis, paulò secus exponit Varro, *lib.2. de vit. pop. Rom. postridie nova nupta libertatem auspicans uxoriam in domo mariti rem divinam faciebat.* Romani quippe sponsam in mariti domum deductam sic loqui jubebant: *Vbi tu Cajus, ego Caja*, *Plutar. in probl.* quod ex lege Romuli tractum est: *apud Halyc. libr. 2. Mulier viro legitimè conjuncta fortunarum & sacrorum socia illi esto, ut domus ille Dominus, ita hæc Domina*: *Balduin. in ll. Romul. Sigon. 1. Ant. jur. civ. Rom.* nec dubitarunt JCti inter leges suas reponere eorum verba, qui uxores Dominas vocabant, *l.41. de legat. III. l.ult. de aur. & arg. leg.* nisi nomen blandientis potiùs, quam imperium concedentis dixeris. Non enim mariti, sed familiæ domesticæ Domina statuitur mulier, ut scil. quæ maritus foras infert, ipsa domi conservet, quod præceptum Raguel quoq; Saræ filiæ commendat, *Tob.10.* & Ischomachus *in Xenoph. Oecon.* ait: *Quæ domi sunt, uxori peragenda relinquo.* Procopius Gazæus adjutorium in hunc sensum interpretatur, quod teneatur rem domesticam curare, sicut vir obligatur iis, quæ foris sunt, prospicere. *de quo vide Aristot. 1. Oecon. Xenoph. in Oecon. Clem. Alexandr. lib.3. Pædag.* Clitemnestra inter eas dotes, quibus se gaudium Agamemnoni domi, solatium foris procreasse jactitat, refert non tantum, quod pudice vixerit, sed & rem domesticam auxerit. εἴς τ' ἀφροδίτην σωφρονοῦσα, καὶ τὸ σὸν μέλαθρον αὔξουσα, *Eurip. in Iphig.*

40. *Mulieris est domui prospicere, absente marito.*

FINIS.



INDEX CAPITUM ET SECTIONUM.

In

In quo agitur de

Consensu, Errore, & metu Contrahentium, Item Consensu Parentum, & deductione ad domum, seu benedictione.

SUMMARIA.

1. *De consensu contrahentium.*
2. *De ignorantia, ex qua nascitur error.*
3. *De errore persona, quò pertinet sexus & virginitas.*
4. *Vtrum virginitas certis signis cognosci & probari queat.*
5. *De errore conditionis, & utrum peregrinitas vitiet contractum matrimonij.*
6. *Utrum contrahendum sit & valeat matrimonium inter nobiles & ignobiles.*
7. *Utrum pulcritudo in contrahendis nuptijs spectanda, & num deformitas notabilis vitiet contractum consummatum.*
8. *De dote constituenda, & utrum dotatam ducere expediat.*
9. *De metu, & violentia, quanam in quantum vitiet matrimonium.*
10. *De consensu parentum, an sit ad nuptias necessarius.*
11. *An & consensus tutorum & curatorum.*
12. *Utrum deductio ad domum aut benedictio sacerdotis pertineat ad Essentiam matrimonij.*

CAPUT IV.

De Polygamia & Concubinatu.

SUMMARIA.

1. *Quid per Polygamiam intelligatur.*
2. *An Polygamia sit probata vel concessa à sacris literis.*
3. *Polygamiam repugnare juri natura.*
4. *Polygamia quot secum trahat incommoda.*
5. *De concubinatu Judaorum & Romanorum.*

CAPUT

CAPUT V.

De solutione Matrimonii.

SUMMARIA.

1. *De conjugalis contractus perpetuitate.*
2. *Utrum Matrimonium morte solvatur.*
3. *De Reiteratis nuptijs.*
4. *Vtrum viduis liceat nuptias intra annum luctus repetere.*
5. *Utrum ducenda vidua, & de incommodis secundarum nuptiarum.*
6. *Secundas nuptias honestas esse, & nullo vitio laborare.*
7. *Utrum vinculum matrimonij in hac vita solvi possit.*
8. *De adulterio quid sit, & utrum capitis supplicio puniri debeat.*
9. *Vtrum maritus rectè faciat, si uxorem, culpa adulterij remissa, retineat, & viceversa, si uxor marito cohabitare pergat.*

CAPUT VI.

De Divortiis & eorum causis.

SUMMARIA.

1. *De permulatione & commodatione uxorum.*
2. *De divortijs, quid sint, utrum Judais olim fuerint licita & hodie sint Christianis.*
3. *De causis divortiorum in genere.*
4. *De primis duabus divortiorum causis, adulterio & desertione malitiosa.*
5. *Vtrum matrimonium inter Christianum & Paganum consistat.*
6. *An desertio solvat nuptias etiam inter Christianos.*
7. *Quid per desertionem propriè intelligatur.*
8. *Vtrum prater adulterium & desertionem alias divortiorum causas liceat vel Ecclesia vel Reipublic. introducere & primum de sterilitate & impotentia.*
9. *De furore & morbis, utrum solvant matrimonia.*

10. *Et deniq; de criminibus, tam in conjugium, quam contra Rempubl. commissis.*

CAPUT VII. ET ultimum.

De potestate maritali.

SUMMARIA.

1. *Viro in uxorem competere Imperium jure naturæ, divino & humano.*
2. *Utrum uxor per matrimonium deducta in potestatem viri, remaneat simul in potestate parentum.*
3. *Imperium maritale consistere in humanitate, non atrocitate.*
4. *Utrum potestas maritalis extendatur usq; ad verbera.*
5. *Utrum maritale imperium contineat in se potestatem vitæ & necis.*
6. *Utrum & quousq; uxor sit socia aut Domina domus.*

